

JOHANNIS JONSTONI,
Doctoris Medici,
POLYHISTOR,
seu
Rerum ab exortu Universi ad nostra usque tempora, per Asiam, Africam, Europam & Americam, in sacris & profanis gestarum
succincta & methodica SERIES.








JENÆ,
SUMTIBUS
VITI JACOBI TRESCHER,
Bibliopolæ Vratislav:

Typis JOHANNIS NISII,
M DC LX.

Historia est liber viventium, & tuba, quâ mortui revocantur ad vitam. Nicet.



ILLUSTRISSIMIS & CELSISSIMIS PRINCIPIBUS & DOMINABUS,

D. ANNÆ SOPHIÆ,

D. G. DUCI SILESIÆ, LIGNICENSI, BREGENSI, GOLDTBERGENSI, &c.

NATÆ

DUCI MECKELBURGENSI, PRINCIPI SVERINENSI, VINIDORUM, RATZEBURGENSI, COMITI SVERINENSI, ROSTOCHIENSIS & STARGARDENSIS REGIONUM DOMINÆ, &c. &c.

D. LOUYSÆ, D. G.

DUCI SILESIÆ LIGNICENSI, BREGENSI, WOLAVIENSI,

NATÆ

PRINCIPI ANHALTINÆ, COMITI ASCANIÆ, SERVESTÆ & BERNBURGI DOMINÆ, &c. &c.

Principibus & Dominabus gratiosissimis.

Illustrissimæ & Celsissimæ Principes, Dominæ gratiosissimæ!



Ui potius, quam Celsitud. Vestris, hoc quicquid est opellæ devoto animo consecrarem? Cõmissum vobis a DEO imperium; mihi obsequii gloria relicta est. Et quæ non mihi hactenus gratia? Liber rerum ab orbe condito ad Carolum M. per annos IVMDCCL deductarum seriem exhibet. Omnia Principibus suis subditi debent. Ingrati animi crimen horreo: nec quicquam Vos sibi, *Celsissimæ Principes*, adeò vendicat, ac rerum gestarum, antiquitatis omnis, & exemplorum notitia. Ad Historiam, scio, tanquam solam omnis periculi expertem, & optimam dicendi faciendiq; ministram, genio proprio, quasi astro quodam, concitatæ ferimini: inq; ea omnis exempli documenta, quasi in illustri posita monumen-

mento, intueri ſoletis: inde quod imitandum ſit, quod fœdum incæptu, fœdum exitu, capitis. Lingvas noſſe, quis ignorat? quotus quisq; non ſtupet? Adeò & hîc oſtendiſtis, *Celſiſſimæ Principes*, nihil magnis Principibus invium, etiamſi ingenium non intenderint. Accipite ergo, *Illuſtriſſimæ*, gratioſè, demiſsè oro, quod veſtrum eſt: quodq; ſe vobis debet. Accipite obſidem & hunc pignorati animi, cui *Veſtras Celſitudines* nec gratiam nec patrocinium denegaturas certus ſum. Supremum Numen clementer largiatur, ut Auguſta hæc Ducum Regii ſanguinis domus, per tot ſecula in poſteris inconcuſſa, ad ultimum usq; rerum exitum annos ferat, vetuſtate ipſa indeſinenter proficiens. *Veſtras* verò *Celſitudines*, Magnorum Regum poſteritatem, Auguſtæ Domui inſertas, omni proſperitatis genere, ſucceſſoribus inprimis, Deus idem beet; curriculumq; hoc, quod natura duce decurritis, exi-

guum vivendi mortalibus, immensum gloriæ Principibus, serò conficere jubet. De cætero, quia, quantum in Vobis situm, adnitimini, ut quandocunq; concesseritis, cum laude & bonis recordationibus facta atq; famam nominis vestri subditi memorent; non est quoq; quod dubitetis, *Celsissimæ*, mansuras Vos semper in animis hominum, in æternitate temporum, fama rerum. Inglorios & ignobiles oblivio obruet; Principes posteritati narratæ, & traditæ, superstites erunt. Sic sperat, vovet, spondet

Illustrissimarum Celsitudinum Vestrarum

subditus fidelis & Cliens

JOHANNES JONSTONUS, D.

Cibeniaci, Calend. Julii. A. 1659.


PRÆFATIO.


ECce Tibi tandem, *Benevole Lector*, Rerum toto orbe gestarum, sub nomine *Polyhistoris*, παντοδαπὴ ἱστορία, ut Eusebio vocare placuit, recisa, & angustiore alveo decurrens. Conscribere eam in peregrinatione ultima, (quâ præter Germaniæ partem, Daniam, Norvegiam, Scotiam, & Belgiam, visas ante terras, Galliam & Italiam salutavi) intra prima plerumque conticinia, noctuabundus quasi cœpi: redux, ad Carolum M. sub quo altera generalis Monarchiæ Romanæ periodus, Occidentali imperio ab Oriente divulso, initium suum sumsit, deduxi; continuaturus, si Deus ad plures curas vitam producere voluerit. Fateor, haud paucos egregios viros, tentante primo negotium Philippo Glasero, quem Graserus præceptor meus excepit, in hac materia desudasse; quorum ut conatus evolvi, ita nomina non est quod recenseam: an non tamen aliquid post eos præstiterim, an Duces illos fuisse non Dominos ostenderim, Tibi judicandum relinquo. Insignium Imperiorum, Principatuum, & Rerump. res sacras & civiles, ritus publicos & privatos, eruditorum vitas & inventa, Naturæ miracula, Chronologiam & seriem Authorum,

concinnum denique cum moderata brevitate ordinem, Historiæ Universali deberi, semper ego existimavi. Id vasta singularium moles, tot regnorum & Rerump. concursus, Historiæ natura, & lectorum genius exposcere videtur. Qui ante me ista moverunt, pars prolixitate, brevitate, authorum neglectu laborant; cuncti, ni fallor, reliquis omnibus destituuntur. Ego Tibi sexaginta & ultra regnorum & Rerumpub. res, &, inter has, nonnullas, quæ Latino orbi hactenus ignotæ erant, exhibeo. Ortus, progressus, successiones, declinationes, & occasus signo. Sacra Judaica, Ethnica, Christiana infero. Ritus civiles, sacros, doctorum vitas, & memorabilia naturæ adjungo. Chronologiam duplicem, & Authores præcipuos, adjicio. Sententias practicas inspergo. Omnia decenti brevitate & eleganti, nisi fallor, ordine (Singulorum regnorum res separatim legi possunt. Historia tam sacra, quàm civilis, in suas periodos dispescitur,) in medium produco. Nec est quod Te fabulosa moveant. Extare volui, ne regnorum à particularibus Historicis traditorum primordia nescires, nec quicquam a Te in illis legeretur, quod non in hoc opusculum reponi posset. Et quis est, qui *ab Historicis juratores*

exe-

exegit? Flavius Vopiscus ait, se disertè professum, *neminem Historicorum, quantũ ad Historiam attinet, non aliquid esse mentitum. Prodidisse quin etiam in quo Livius, in quo Sallustius, in quo Cornelius Tacitus, in quo deniq; Trogus, manifestis testimoniis convincerentur.* Sed hæc est, ut placet Augustino, *libertatis propinquitas. Non fallunt homines, nisi cum ab hominibus humana infirmitate falluntur.* Cæterum si Tibi non satisfeci, *Lector*, serviat mihi illud paulò demissius inflexum, quod *Justinus Trogo* præfixit: *Rem magni animi & corporis aggressus est, &c.* Fave itaque, & ductum nostrum secutus, particularium Historicorum narrationes aggredere. Sic brevitati nostræ succurres, &, si qui occurrunt errores, facillimè emendabis. Vale, & reliqua, si Deus voluerit, (Historiæ Sinensium additamenta habebis quam primùm) expecta. Dabam ex meo Cibeniaco, Kalend. Julii A. 1659.





DELINEATIO
Totius Operis.

Rerum toto orbe gestarum series ad tria generalia Intervalla, *Antemonarchicum* nempe, *Monarchicum Orientale*, & *Monarchicum Occidentale*, reduci & alligari potest.

I. *Antemonarchicum intervallum* decurrit à rerum exortu ad πανωλεθρίαν regni Judaici per Nebucadnezarem, & captivitatem Babylonicam, circumscribiturque aliquot periodis.

1. Est Antediluviana, a primis rerum initiis ad diluvium.
2. Postdiluviana, eaque
   1. Sub Noachi posteris ab egressu ejusdem ex arca ad ingressum Israëlitarum in Aegyptum.
   2. Sub Aegyptiaca servitute & peregrinatione in deserto ad ingressum in terram Canaan sub Josua.
   3. Sub Judicibus, tam prioribus septem, quam posterioribus ad erectionem regni Judaici sub Samuele.
   4. Sub Regibus Israëlis & Judæ, ante & post secessionem decem tribuum, ad deportationem eorundem per Salmanassarem.

5. Sub

5. Sub Regibus Judæ ad excidium regni Judaici, & captivitatem Babylonicam.

II. *Monarchicum Orientale* intervallum decurrit ab exortu Monarchiæ Babylonicæ sub Nebucadnezare, ad finem regni Aegyptiaci sub Cleopatra, & initium Monarchiæ Romanæ sub Augusto, includiturque tribus generalibus periodis, quarum

1. *Babylonica*, ab exortu Monarchiæ, hujus ad devictum, per Cyrum, Darium Medum, eaque
   1. Sub Nebucadnezaris familia.
   2. Sub familia Medica.
2. *Persica* ab initiis Monarchiæ hujus sub Cyro ad devictum, per Alexandrum, Darium Codomannum, eaque
   1. Sub familia Cyri.
   2. Sub familia Darii Histaspidæ.
   3. Sub Dario Codomanno.
3. *Macedonica*, seu, ut quidam volunt, Javanica, à primordiis Monarchiæ hujus sub Alexandro ad finem regni Aegyptiaci sub Cleopatra, eaque
   1. Sub familia Alexandri.
   2. Sub Regibus Aegypti, in quibus majestas illius imperii mansit ab initio ejus regni ad finem regni Macedonici, quod pars quoque Monarchiæ fuit.
   3. Sub iisdem regibus ad finẽ regni Syriaci.
   4. Sub iisdem ad mortẽ Cleopatræ, postquam Aegyptus in formam provinciæ redacta est.

III. *Mo-*

III. *Monarchicum Occidentale* intervallum decurrit ab initiis Imperii Romani sub Augusto ad nostra tempora, & quidem per duas generales periodos; quarum

1. *Romani Imperii indivulsi* ab Augusto Cæsare ad Carolum Magnum, cujus quatuor speciales periodi:
   1. Ab Augusto ad Nervam, qui primus ex peregrinis Imperator.
   2. A Coccejo Nerva ad Constantinum M. qui primus ex Imperatoribus Christianus.
   3. A Constantino M. ad Heraclium, sub qua Muhamedes exortus.
   4. Ab Heraclio ad Carolum M. primum Occidentis Imperatorem.
2. *Romani Imperii Occidentalis ab Orientali divulsi*, a Carolo M. ad nostra tempora, cujus duæ speciales periodi:
   1. *A divulsione Occidentalis Imperii ab Orientali, ad interregnum septendecim annorum*, sub qua imperabant
      1. Carolovingi a Carolo M ad Ludovicum III. cui Conradum Francum adde.
      2. Saxones ab Henrico Aucupe ad Cunradum Saliquum.
      3. Franci, à Cunrado Saliquo ad Cunradum III, ita ut illis Lotharius Saxo jungatur.
      4. Suevi, à Cunrado III. ad Ottonem IV.
      5. Diversarum familiarum Principes, ab Ottone IV. ad interregnum.

2. *Ab*

2. *Ab interregno ad nostra tempora*; sub qua imperabant
   1. Variarum familiarum Principes à Rudolpho Habsburgico ad Carolum IV.
   2. Bohemi, à Carolo IV. ad Albertum II.
   3. Austriaci, ab Alberto II. ad Leopoldum I. nunc Augustum, qui utinam diu & pacificè imperet!

In laudem
Nobiliss. & Excellentissimi
DN. JOHANNIS JONSTONI, Med.
Doctoris & Cibeniaci Hæreditarii,
AD LECTOREM

Pinge Virum; qualem? cuî sit perspecta Mathesis,
Qui sit Theiologus, sit Medicusque sagax.
Pinge Virum, linguis notum Ausoniâ atq; Pelasgâ,
Hebræâ; ac Musæ quas Orientis amant.
Pinge Virum; qualem? totum cuî scibile notum est:
Quiq; sit Historicus, Philosophusque gravis.
Cuî Physices, Meta-cuî Physices est cognitus usus,
Quem Praxis celebrem fecit in arte virum,
Omne Tibi hoc præstat clarus JONSTONIUS, ille
Helluo librorum, maximus ingenio.
Provocet Hunc, quicunq; volet; par omnibus idem
Dædaleâ totus totus in arte Vir est. (est:
Dignum laude Virum, cujus laus firma manebit,
Non moritura solo, non peritura polo.

Veritatis & Observantiæ ergo scribebat Lubenæ Siles.
Wenceslaus Schultz, Med. Doct.

Nobi-

Nobiliss. atque Excellentiss.
Viro,
JOHANNI JONSTONO,
Fama scriptisque per Orbem
Celeberrimo,
Polyhistora evulganti.

Lustratus æther, ætheris blandi incola
Cohors volucrum, quæque per saltus meant
Armenta, torvo quique raucatu fremit
Segrex, & expers legis & freni furor,
Scrutata ponti cærula, & vastis tumens
Aequor procellis, omne squammigerum genus,
Te fante nobis, MAGNE JONSTONI, *patet.*
Quin ipsa Chloris munere illustris Tuo
Sacrum perenni flore prætexit caput.
Quid restat ergo? Temporum status vices,
Quæ digna laude struxit Adamidum labos,
Aut quæ pudendi sceleris afflatu rea
Erravit ætas, turpis errati memor;
Tot seculorum censor & Præstes dabis.
Subscribe Fama: DIA JONSTONI MANUS
EXPINXIT ORBEM: VIX HOMO TANTUM AUDEAT.
EXPINGET ÆVUM: SOLUS HOC AUSIT, SCIO,
(VIR MAGNE) SOLUS AUDET, AST PER TE, DEUS.


ANDREAS GRYPHIUS,
Illust. & Geneross. Ordinum
Ducat. Glogov. Syndicus.

(o)

POLYHISTORIS

Pars Prima

Res Antemonarchicas ab orbe condito ad excidium regni Judaici per Nebucadnezarem exhibens.



ANTEMONARCHICORUM
LIBER I.
De
REBUS ANTEDILUVIANIS.
CAPUT I.
De
Rebus ante Noachum gestis.
Articulus I.
DE
RERUM ORIGINE.

Gen. c.1.2.3.

Josephus Antiquit. l.1. c.2.



Rincipio creavit Deus cœlum & terram, eademque sex dierum exornavit spatio. Sexto, compendium creatorum homo ad imaginem DEI conditus, acceptâ in consortem Evâ (sic Oeçonomiæ primordia posita sunt) in paradiso locatus, imperium in terram (sic Politia constituta est) & mandatum de non comedendo arboris scientiæ boni & mali fructu (sic Ecclesia stetit) accepit. Sed cùm Sathanæ astu, & blanditiis muliebribus inductus, illud violasset, morti obnoxius esse cœpit. Pereuntem DEUS ipse erexit, & facto, de semine mulieris caput serpentis contrituro, promisso, quo Evangelio initia data sunt

ſunt, æternum miſero callem felicitatis æternæ aperuit. Sic MORE OPTIMORVM PARENTVM, QVI MALEDICTIS SVORVM INFANTIVM ARRIDENT, NON CESSAT DEVS BENEFICIA CONGERERE DE BENEFICIORUM AVCTORE DVBITANTIBVS. Septimus dies quieti à novarum ſpecierum creatione datus. Quæ de decem rerum veſpere Sabbathi creatione dicuntur, perinde fabuloſa aut myſtica ſunt, ac quæ vel de LILIDE primâ Adami putatitia uxore, cum qua dæmonas genuiſſe dicitur; vel de Adami in aqua frigida per annos centum triginta ad naſi foramina ſeſſione; vel de Platonis ANDROGYNO ſcribuntur; vel de Adamo a ZABIIS relicta ſunt.

Maimonid. p. 1. More Nevoch. c. 66.

Plato in Dial. de Amore.

Chinenſes dum tum quendam ſapientem, chaos æternum ſeparaſſe, & ex nihilo Panzonem virum, & Panzonam mulierem creaſſe, eidemque *Tanomum* creandi poteſtatem dediſſe affirmant, aliquid de creatione inaudiviſſe putantur. Idem de Baneanibus in India ſentiendum. Hi enim PVROSUM & PARCOVTAM à Deo creatos dicunt, & ex illis BRAMMONEM ſacerdotem, ſacerdotum ex SAVATREA in oriente parentem; CVTTERIVM militem, militum in occidente ex TODDICASTREA authorem; SHVDDERIVM mercatorum ex VISAGVNDA in ſeptentrione patrem; & WISVM ruſticorum ex JOJVNAGVNDA in meridiè propagatorem, procreatos affirmant.

Paſſim apud Maimonid. l. c. p. 3.

Mendoza in deſcript Chinæ.

Herbert. in itiner. Perſico:

Articulus II.

De Adamo.

Anni ſunt 930. facto à calend. Januar. initio.

QUid Adamus poſt lapſum egerit, ignoratur. Spiritus S. filios & filias (Chalmanæ & Deboræ Methodius meminit) genuiſſe affirmat, trium ipſius filiorum, CAINI, ABELIS, & SETHI, mentionem facit: CAIN Agricola Abelem opilionem, indignatus quod ipſius ſacrificium, ſuo repudiato, DEVS excepiſſet, in agro Damaſceno (locus inde rubere creditur) interfecit, (*invidia radix omnium malorum, fons cladium, ſeminarium delictorum, materia culparum*) & à DEO tremore totius corporis ſignatus, ſeceſſione in terram Nod factâ, Urbem Hanoc & alias nonnullas, ſi Philoni credimus (DATVR HÆC VENIA ANTIQVITATI, VT MISCENDO HVMANA DIVINIS, PRIMORDIA VRBIUM AVGUSTIORA FACIAT.) exſtruxit. tandem à LAMECHO trinepote, cujus filii fabriles invenere artes, quique conjugii honeſtatem primus violavit, pro fera interfectus eſt. Interea accepit Adamus pro Caino SETHVM, ac quia ex ejus ſtemmate olim naſci elegit promiſſum mulieris ſemen, diſciplinâ ſuâ ſanctiſſimâ eum imbuit. Sed & Sethus, ENOSO filio ſibi nato, mathematicas artes invenit & docuit, easdemque in duabus columnis ad poſteritatem unâ Lateritiâ, alterâ æreâ propagare conatus eſt. Intra hoc etiam tempus Lamechus Caini trinepos & parricida, conſtitutam a Deo inter virum & fœminam animorum conjunctionem in plures amores aſſumtis ſibi Hada & Derilla divulgavit. Mos hinc, ex quorundam ſententiâ, plærisque ante diluvium, unam uxorem prolis gratia, alteram לתשמיש habere: quod tamen vel ipſe textus refellit, qui utramque marito fœcundam refert.

Geneſ. c. 4.

Joſeph Antiq. l. 1. c. 3. Philo in Antiquit. Biblicu.

Jarch. ad Jobi XXIV.

Hoc

Hoc temporis tractu nulla vera occurrunt Synchrona. CHINENSES fingunt, apud ſe TANOMUM fuiſſe, qui à Taine edoctus, rebus creatis ſua nomina impoſuerit.

ÆGYPTO *Heracleopolitarum* & *Dioſpolitarum* Dynaſtias Manetho adſcribit; ſed falsò.

ECCLESIAM dato de non comedendo fructu arboris ſcientiæ boni & mali erectam dicimus: reſtituta eadem, poſtquam reconciliatus promiſſum de ſemine mulieris, caput ſerpentis calces ejus mordentis protrituro, accepiſſet. Hoc enim Evangelio & homini monſtratum eſt, quâ fiducia temporarias calamitates ſuſtinere, & ab his ad meliorem vitam tranſire queat. Simplex ergò tum Eccleſiæ ſtatus. Verbum Dei erat revelatum, templum Paradyſus, par hominum ipſa Eccleſia, & Adam ſacerdos, feſtus dies ſeptimus. Oblata & ſacrificia tā ἱλαςικὰ quam holocauſta, & Euchariſtica. Veriſimile eſt data & protoplaſtis mandata quædam, quibus *idololatria, ſanctiſſimi nominis maledictio, ſanguinis effuſio, inceſtus, furta & rapina* prohibebantur, mandabantur *judicia*. Eſt hic & rejectionis â facie DEI exemplum. Sub *Enoſo* vel cœtus ſacri publicè cogi cœpere; vel, ſi Paraphraſtæ Chaldæo, ſub Jona, thanis titulo trito, & Arabico interpreti credendum, idololatria exorta eſt; idola in nomine & ſimilitudine Domini fabricata, & nomina hominum ac imaginum, ut SALOMON JARCHIUS dicit, cum nomine ſancti illius invocata ſunt. Nec Tertullianus ante diluvium ea fuiſſe negat. Nomina idolorum portentoſa in Alcorano extant.

Gloſſa Thalmud ad tit. Joma.

Moſes de Scotzi prac. affirm. 122.

Selden. de Dis Syris in prolegom.

Tertull. libro de Idololatria.

Articulus III.

De Adami ad Noachum Posteris.

Anni sunt 126 ad annum 1056.

Zacut. in Jouchasin. ADami ex filio Setho posteri fuere præter Enosum, CAINAN, cujus sepulchrum Alexandro M. ostensum, MAHALAEL, JARED, HENOCH, MATHUSALEM, & LAMECH, Noachi pater. *Genes. c. 4. & 5.* Ex his Henoch mundum in vitia ruentem, minis secuturi universalis judicii terruit, & vitâ soli DEO probatâ, futuræ vitæ egregius index, mortem per fidem non sensit, in cœlum, ubi eum *Schickard. in proœmio Tarich.* in Angelum Mitatron seu scribam magnum abiisse, moderni Judæi fingunt; à se verò in cœlum rapto in solis Sphæra inventum Muhamedes mentitur, translatus. Liber ejus, ex quo vaticinium in Epistola Judæ depromitur, in Imperatoris Abissynorum Bibliotheca reservari dicitur. Mathusalem longævitate omnes Patriarchas superavit. Vixit enim 969 annos.

A Kenaano ortum SINENSES habuisse credunt Judæi, quos Kenanitas vocant, putantque colonias eò deduxisse, ita ut prima Epocha Sinensium Regum ab eo deducatur.

In ÆGYPTO, si Manethoni fides est, Dynastia *Xoitarum* exstitit.

Cum ECCLESIA nunquam pejus actum est, nequitiâ tam latè evagandi licentiam sibi facit- *Said Aben Batrich in Theca gemmaria.* ente, ut & Sethi Posteritas, quæ antehac, occupato montis, in quo Adam sepultus, cacumine, Cainitis vallem, in qua Abel occisus, insidentibus, solemni juramento per sanguinem Abelis sese obstrinxerat, a sacro se in vallem non descensuram monte,

monte, SERPENTIBVS ET CONTACTV NOCENTIBVS VITIIS, seduceretur. Quæ de Angelis ἐγρηγόρεσι, Enochi triginta voluminibus, Sethi turri & proclamatione dicuntur, fabulæ sunt.

Caput II.

DE REBVS SVB NOACHO GESTIS.

Articulus I.

DE REBVS NOACHI ANTE DILUVIUM.

Anni sunt 600. ad ann. 1656.

NOachus ante diluvium SEMVM, CHAMVM & JAPHETUM filios (nugæ, quæ de Jonitho F. in Scholastica Historia extant) suscepit; & cum omni pudori nuncium, ab illis præsertim, qui *Nephillim* dicuntur, remissum esse, & filios DEI filias hominum in matrimonium ducere, videret; æqualitate ejectâ, dominationes intolerabiles â Gigantibus induci, & ferociorem priorem haberi (NON METUVNT LEGES, SED CEDIT VIRIBVS ÆQUUM, VICTAQUE PVGNACI JVRA SVB ENSE LATENT) conspiceret; divino monitu, præco justitiæ esse cæpit, annos centum viginti mandato DEI, qui POST PRIMAM CVLPAM NON STATIM DESIDERAT VINDICTAM, pœnitentiæ definivit; cumque in viam redire nollent, arcam, ex lignis seu cedrinis, seu lariceis, seu abiegnis, secundum proportionem corporis humani (homo jacens si eum metiaris, est sexies tantum longus â capite ad pedes, quantum latus â dextra in sinistram, vel â sinistra ad dextram,

Joseph. Antiquit. l. 1. c. 3.

Temporar. l. 1. Chronolog.

dextram, & decies quàm altus à terrâ) cujus planum, terræ jugerum occupavit, & sextam paulo minus ejusdem partem; & cujus interior capacitas erat quadringentorum & quinquaginta millium cubitorum; (de qua vide Scriptores, Buteonem præsertim) construxit; ac tandem animalium paria, ex præscripto DEI, in eam recepit.

ASIATICA

Hoc temporis tractu fuit in CHINA TEJENCOMUS duodecim liberorum pater, quem excepit TUVNCOMVS, cujus posteritatem ad diluvium per 90000 annos durasse fabulantur. Qui veriora prodere se putant, scribunt, Kenaano ad diluvium successisse *Foly Imperatorem*, *Hinnungo*, *Hoangti*, *Chuenbao*, *Javo* vel *Cavo*, *Xuno*. *Folij* ad civitatem Cin natus, ad Cungchang in provincia Xensi sepultus est. jam tum bombyces in usu. *Hinnungo* annos centum & quadraginta regnavit, victus in monte Fan. *Hoangti* urbem in provincia Peking ad Paoganc cujus rudera etiamnum extant, condidit; & thronum Dei juxta suum, sed vacuum, in fano posuit. *Chuenbao* valdè laudatur. *Javo* vel Cavo itidem, sepultus jacet in urbe Taming. *Xuno* ab agro ad Imperium vocatus est, ipsiusque pietati datum, ut mons *Lie* nullas spinas vel herbas noxias & venenatas producat. Sub f. septimo erat diluvium.

Martin. in Atlante Sinensi.

AFRICANA

In ÆGYPTO ficti Manethonis Dynastæ ponuntur Berosus, Apollodorus, & Polyhistor, semihomines & semipisces eos fuisse tradunt. Hinc de OANNE bicipiti animali, cætera pisce, è cujus caudâ adnascebantur pedes humanis similes, & cui vox humana erat, quod è mari Erythræo emersit; à quo varias artes, literas, agri culturam. archi-

Polybist. in Eusebii Chronico

architecturam, ædium ſacrationes, Leges Politicas &c. Babylonii didiciſſe dicuntur, exorta eſt fabula. *Photii Bibliotb. in Helladio.*

At Gelaladin Arabs ſedecim Ægypti Reges ad diluvium usque recenſet, ex quibus *Nacraus* Magiæ peritus, duo idola fures deprehendentia, in medio civitatis collocavit, & CLXXX annos regnavit. *Nathras* F. qui civitatem Salcha & in regione Eluchat tres in columnis poſitas condidit. *Meſram* Frater, qui leonem ita domuit, ut & inequitaret, Taliſmata & imagines loquentes conſtituit, & arcem in Oceano, in qua ſolis ſtatua erecta, operâ ſine dubio Diabolorum exſtruxiſſe dicitur. *Aikam* ſacerdos, cujus tempore Enochum ſublatum ferunt. *Arick* F. quo regnante fuere Haruth & Maruth. *Haſilia*, qui Nilometræum & duas aquilas æreas ſtatuit, quarum mare ſibilante, aquæ copia innuebatur, fœminâ defectus. *Huſal*, ſub quo Noë, *Surit* poſt *Tatraſanum*, *Sarkakua* & *Schabikum*, qui primus canales in Ægypto fodit, & pyramides exſtruxit, in quibus, cum omnibus theſauris ſepultus eſt. *Hugit*, *Manaus* ſeu *Manakaus*, *Aphrus*, *Malinus*, *Abu Anan Phareun*, ſub quo diluvium, ſolis nominibus noti, omnes fictitii. *Gelaladin Hiſtor. Reg. Aegypti.*

Articulus II.

DE

DILUVIO UNIVERSALI.

Annus eſt I. ad ann. 1657.

HOminibus ad conciones Noachi ſurdeſcentibus, ingruit diluvium, & Noachus cum Uxore (BARTHENON nomine fuiſſe ſcribit Epi- *Joſeph. l. 1 Antiq. c. 4.*

 phanius;

Genesis c. 7. 8. phanius; NORIAM seu PYRRHAM Gnostici) tribus filiis & totidem nuribus (fallitur Constantinus Manasses, dum filias & generos Noachi iisdem annumerat) arcam ingressus est. Aquæ XL. dies defluxere, & montes altissimos XV. cubitis transcendêre, universa sub cœlo creatura periit, (fabula, Hogum Basanis Regem è posteris Schamchatzæi & Uzielis vel arcæ inequitasse, inde הפלית evasorem dictum; vel proceritate corporis fretum, enatasse) nec potuit Noachus nisi anno solari integro & decem diebus exactis egredi. Egressus in Armeniæ montana, quæ Nubiensi *Algiudi* seu potius *Algordi*, Epiphanio *Cardyæi*, Curtio *Gordyæi*, Stephano *Gordochi*, Xenophonti & Diodoro *Carduchi*, ac prope quæ oppidum Themanin condidisse fertur, soteria persolvit; juramentum, de non perdendo genere humano, iride obsignatum accepit, quod Ecclesiæ, Oeconomiæ, & Politiæ constitutio insecuta est. Sacrificiorum scilicet odore se delectari, cum victimam à Noacho oblatam flammâ demissâ accenderet, DEVS ostendit. Conjugio denuo benedicere non nauseavit. Dominii institutionem & repetivit, & potestatem Magistratus duriore nodo, dum legem de homicidis per hominem puniendis & occidendis tulit, constrinxit, & sex illis quæ Adamo data fuisse diximus, præceptis septimum de membro animalis viventis non comedendo adjecit. Et hæc sunt illa mandata, quæ Magistri משפטים judicia, מצות præcepta vocant, quæque servabant omnes Noachidæ ad legem latam; ex gentilibus & illi, qui in territoriis ditionis Israëliticæ recepti *proselyti domicilii* appellabantur. Diluvium hoc nec

Geogr. Nubiens. p. 6. clim. 4.

Elmacin. l. 1. c. 1. Histor. Saracen.

ABYDE-

ABYDENUM, qui SISVTHRVS (Rex hic erat post ALORVM, ALASPARUM, AMELVM, AMENVM, METALARVM, DAORVM, ÆDORACHVM, AMPHIDEN & OTIARTEN Assyriorum, si Beroso Chaldæo apud Eusebium credimus) ad Armeniæ montana navigio confugisse dicit; nec PLATONEM qui ante diluvia Græcis nota, maximum quoddam fuisse credit; nec CHINENSES, qui corruisse quidem tum cœlum, sed à Taine sublevatum, & novum hominem, nomine LOZIZAM cornutum, qui multorum liberorum parens factus disparuerit, creatum dicunt, (alii aliter Chinensium sententiam exponunt; & vide Mendezii Pintonis de Amida & Nacapirau observationes, in itinerariis Purchasii) latuit. Imò & AMERICANI aliquid de eo inaudivisse, prout apud Lipsium in Physiologia Stoica apparet, dicuntur. Sed nec BANEANES in India illud ignorant. Hi enim quatuor illis *Statibus* a Bramone, Cutterio, Schudderio & Visio corruptis, totum genus humanum diluvio oppressum fuisse; eo finito, à Deo *BREMAVUM* qui res omnes crearet; *VISTNEIUM* qui easdem præservaret, *RUDERIUM*, qui divina judicia exequeretur, productum; ex Bremavo *MANAVM* & *CETEROUPAM* justâ adultorum staturâ natos, fabulantur. Arabes in magna conjunctione signi aquei contigisse affirmant. Machliniensis autem pauld ante illud, Conjunctionem Jovis & Saturni in ultimo Cancri gradu accidisse, eamque illud, cum Cancer sit signum aqueum, & domus Lunæ humiditatis Regina, prædicere potuisse affirmat. Arcam suam Noachus in Armenia reliquit, quæ deinceps magnâ

Plato in Timaeo

Herbert in itiner. Persia.

Tadelensis in itinerario. magnâ superstitione ibi culta est, ut quidam bitumen abrasum secum reportarent, vice amuleti eo usuri. Reliquias longo post tempore OMAR Calipha in insulam ipsi cognominem inter Mozalem & Nisibin mediam detulisse, ac pro tabulato templi adhibuisse, creditur.

LIBER II.

DE

REBUS POST DILUVIANIS ANTE JUDICES GESTIS.

Anni sunt 835. ad ann. 1850.

CAP. I.

De

Rebus ante ingressum in Ægyptum.

Articulus I.

DE POSTERITATE NOACHI

Anni sunt 193. ad ann. 1850.

Genes. c. 11. Joseph Antiquit. l. 1. c. 6. POst diluvium descendit Noachus in eas regiones, in quibus Euphrates & Tigris fluunt. Ibi multiplicatum est genus humanum, & nati sunt *Semo*, ELAM, ASSUR, ARPHAXAD, LVD & ARAM; *Chamo*, CVSCH, MITZRAIM, PHVT & KENAAN; *Japheto*, GOMER, MAGOG, MADDAI, JAVAN, THVBAL, MESECH, & THIRAS &c. Cum verò metu & diluvii & dispersionis, turrim ingentis altitudinis ex latere coctili, cui septigentorum viginti annorum observationes syderum apud Babylonios inscriptas

Plinius H. N. L. 7. c. 56.

inscriptas Plinius author est, in terra *Sinear* ædificarent, confusione lingvarum à Deo miraculose immissâ, opus illud interruptum est. Dispersi itaque variis gentibus & terris nomina sua dedere. Et ASIAM si spectes, *Sem* quidem Salemum in SYRIAM concessit, Arphaxad in CHALDÆA mansit: *Elam* PERSARVM; *Assur* ASSYRIORVM, *Aram & Lud* SYRORVM & LYDORVM authores extitere. *Kenaanus* in PALÆSTINAM & PHÆNICIAM abiit. Alii Cuschidæ INDIAM, SINAS, & novum orbem, beneficio Maris Eoi & freti Anian, quod in quibusdam locis unius milliaris Anglici cum dimidio latitudinem habet, occupavere. Japhetus *ad mare Caspium* concessit, inde Gomerus *Gomerorum*, qui inter Paropamisum Imaumque montes, Oxi confluentem & Carambucis seu Obii fluminis magnum Lacum siti erant; Magogus *Massagetarum*; Mesechus *Moscorum*, seu *Iberorum* & *Colchorum* pater extitit. *Arabiam* constituit Chamus. Unde *Nimrodus* Cuschi filius, homo insolens, in Chaldæam ingressus, violentâ eam manu invasit, & Babylonios deinceps ac vicinos ut feras habuit. Videtur idem cum *Mardocente* apud Eusebium esse. In AFRICA constituit Ægyptum Mitzraim. In EVROPA Thyrasus *Thracum*; Thubal *Scytharum Precopensium*; Ascenasus *Celtarum*, quorum nomine *Illyrii, Germani, Galli, Hispani & Britanni* comprehenduntur; Riphatus *Russorum*; Thogarma *Sarmatarum*, patres facti sunt. Cæterum quis omnium istorum regnorum ab istis primordiis status fuerit, ignoratur. Historici particulares in

Fuller. in Miscellaneis.

in Asia *Assyriæ, Sinarum, Persiæ* & *Arabiæ*; in Africa *Ægypti*; in Europa, *Sveciæ, Germaniæ* & *Hispaniæ*, circa ista tempora mentionem faciunt, & successores, nescio qua fide, Chronologiâ alicubi additâ, recensent. Horum & nos, ut universalitati Historiæ satis fiat, rationem habebimus, Historicos particulares secuti, nil de veritate, quæ tamen apud nos dubia, disceptantes. Cedrenus Noachum inter filios ita orbem divisisse scribit, ut *Semo* plaga Orientalis, seu tota ferè Asia, quæ septentrionalior non est: *Chamo*, quicquid Rhinocoluræ Ægypti & Herculis columnis in Africa interjacet; *Japheto*, quicquid a meridie ad septentrionem & solis occasum pertinet, usque ad Gades & insulas Britannicas, Armeniam, Iberiam, Pontum, Colchos & ulteriores regiones & insulas, usque ad Italiam, Galliam, Hispaniam, Celtiberiam & Lusitanos, cesserit. Tum & genus humanum ad Arcæ exemplum naves in unoquoque maris littore exstruxit, prodente Achmed Ben Agad.

Cedren. in Histor.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA

Martin. l.c.

Ut igitur ista, quæ sparguntur, synchrona tangamus, dicitur tum regnum SINENSE restaurasse *Getherus* ex Semi posteritate, qui assumto *Yuonus* nomine, familiam suam *Hiaa* dici voluit, quæ rerum per annos CCCCXLI. potita est. regiam in urbe Pingyang exstruxit, & quia Astrologiæ peritus, novem vasa cuprea fudit, & tanqnam fatalia in amne Su demersit, provincias distribuit, iisq; signa cœlestia assignavit. Ultimꝰ fortè familiæ hujus & Epochæ primæ fuit Chungting. At secundum Mendozã præfuere post *Lozizam* ad Vitejum usque

usque *Azalanus*, *Aizo*, *Usao*, *Hunzuin*, *Ochieutcum* & *Ezontomus*. De *Azalano* & *Aizone* hoc duntaxat scitur, quod ille 900. annos vixerit: hic à Cœlo, matre *Lutina* solo capitis leonini in cœlo stantis aspectu concipiente, Truchinæ, Scantonis provinciæ loco, natus sit. *Usao* struendi & vestiendi artem invenit. *Hunzuin* coquendi & negotiandi rationem monstravit. In negotiationibus eum tum servatum morem Chinenses volunt, ut certis nodis funiculo cuidam innexis, invicem, quid vellent, exprimerent. *Ochieutcum* matrimonium excogitavit. Quod scitè varii generis Symphoniarum organa tractare sciret, mirabiliter cœlo delapsus credebatur. *Ezontomus* Astrologiæ & Medicinæ author fuisse; sed & aratrum ac ligonem invenisse creditur. Septem diversi generis venenatas herbas, nullo unquam salutis suæ damno deglutire ausus fuit.

Mendoza descript. China l.3.

Apud PERSAS facit Tarich, Musulmannicum in Fillekensi archivo inventum, mentionem cujusdam *Kajumarrhatis*, qui seu Arami seu Cainani Filius, primus Rex Adsarbigan, id est, provinciæ circa Tabriz seu Taurisium in Mediam usque se protendentis, aluminis & rubiæ tinctorum feracissimæ, extitisse, Urbem *Balck* Uzbekiæ Metropolin, Civitatem nunc populosam, opulentam, & bellicosis incolis frequentem, ministerio servorum, jure belli captorum, in memoriam fraterni amplexus, exstruxisse, & ut *Adamus* vocaretur edixisse, dicitur.

Teixera in Relat. de regib. Persar. l.1.c.2.

Scickard. in Proœmio Tarich.

De ASSYRIA quam ego eandem cum Syria, vel ex solis Herodoto & Justino dicerem, in sequentibus audiemus.

ARAz

Histor. Arabum c. 1.

ARABES Jočtanem seu Catitanem patrem sibi vendicant, Heberi filium, qui primus in *Yaman* seu Arabia felice regnavit, & diadema induit. Exceperunt eum ad tempora Salomonis inter cæteros *Yaarab* Kahtani F. qui primus Arabicè locutus est, primus Regum instar salutatus, Abnuas maledictionem & prosperè seu jucundi agas mane. *Abadschemasch* F. quasi servus solis, qui celebrem in regione Mareb aggerem cum ipsa urbe struxit, & quia multa ab hostibus spolia reportavit, captivosque fecit, *Saba* seu deprædator dictus est. *Hamyar* Sabæ F. quod rubris vestibus delectaretur, ita dictus. Expulit Themædum ex Yamano in Hejazum, ac primus ex Hamyarensibus aureum diadema capiti imposuit. *Shaddad* F. Adi, qui præter totam Arabiam Africam quoque ad occidentem usque subjugavit, & mira ædificia excitavit. *Alhareth* Dei Shadadi F. qui quod spoliis populum ditasset, *AlHarebt al Rayesch* dictus est, *Dhu'l Karnain* (Bicoris) *Assaab* Rayeschi F. de quo potius, quàm de Alexandro, Alcoranum locutum quidam putant. *Dhu'l Maner Abraha* Bicornis F. qui omnium primus ad Sinum Arabicum & Occidentalem Oceanum Pharos viæ indices erexit. *Africus* Abrahæ F. a quo Africa denominatur. *Barbari* populi a Joschua fugati reliquias e Palæstina, Ægypto, &c. in eas, quas jam tenent sedes, transtulit. *Dhu'l Adhaar Amrus* Africi Frater, qui primus Satyrorum genus in Yamanem invexit, & ideò *Dominus terrorum* dictus est. *Sarhabil* e Sacsaci familia, quem pulso priore, unde acerrima belle, Hamyarenses præfecerunt, & *Balkais* Hadhodi Filia, fœminarum sui temporis pulcherrima

cherrima & ſapientiſſima, quem Salomonem adiiſſe, & Reginam Sabæ vocari credunt. Regnante Jarebo in Yamâ putatur *Johram* ejus F. imperaſſe in Hejaz, quem XI. ſucceſſores ſolis nominibus noti excepere. Pulſi ab Ismaelitis ſedibus Johainam ſe contulere, ubi poſt varios caſus, irruente tandem aquarum diluvio obruti ſunt. Hoc etiam tempore BARBARIS omnibus *Aphridunem* Perſam præfuiſſe ſcribit Elmacinus, a Spiritu Mercurii, qui flammæ ignitæ ſpecie apparere, & ſacrificia comburere ſvetus, Proceribus ut in Sultanum reciperetur perſuaſit, promotum. Habuit Conſiliarium *Chovazhazhohan* i. e. Dominum Mundi dictum, & XXIII. filios absque filiabus. Ipſe magnus Aſtronomus & jejunator. Per ſeptem enim ſeptimanas quotidiè ad occaſum ſolis abſtinuiſſe dicitur cibo: hicque ex ſolis germinibus & radicibus. Succeſſerunt ipſi *Shabarnas* ſeu *Shabarbazus*, *Aſphidbez*, & *Ruſtam* Frater. *Shabarnas* multorum liberorum pater, cum Mahanem ſeu Hamanem fratrem regno abdicare vellet, illud filio Isphariari collaturus, ita eum offendit, ut Bocharam fugeret, & illâ ſubjugatâ, fratris exercitu partim cælo & partim in ſuas partes pertracto, magnum ipſi terrorem incuteret, nec aliter quàm veneno tolli poſſet, relicto ſucceſſore Mahalane filio. *Aſphidbez* quòd vino & abjectæ ſortis hominibus ſe dediſſet, & Vezirũ optima quæque monentem e medio ſuſtuliſſet, depoſitus, in prælio occubuit, quo tempore *Machakea* Bocharæ Princeps, Chowarazmiâ expugnatâ, nomine *Chovvarazam Schah*, i. e. Chowarazmiæ Imperatoris, ſalutatus eſt, & per fratrem Bahra- *Elmacin. Hiſt. p. 32.*

mum *Samarcandam* & vicina regna occupavit, relicto filio Aphridun. *Rustamus* imperavit LXV. annos. Et Veziri quidem liberis ademta bona restituit: sed Magnates, qui fratrem interfecerant, in ædibus propriis oppressos, e medio sustulit. Filius ejus *Casrau* Choramiæ Princeps seu præfectus inter Tyrannos numeratur; quem excepit *Vaschmelin* seu *Vaschmechin* F. noctu, quod subditos gravissima servitute premeret, strangulatus, & *Schaharbazus* F. qui omnia Patris decreta abolevit & subditos onere levavit. *Chovvarezmiis* tum præfuit *Azur*, princeps egregius, & post *Iruzum*.

AFRICANA *Geogr. Nubiens. Clim. 3. p. 3.* *Diodor. Sicul. l. 1. c. 14. 15. 18.*

In Ægypto posuit Dynastiarum subsequentium fundamenta *Mitzraim* seu *Osiris*, qui urbem *Metser* post Ain-semes, id est Fons Solis, & ridiculo ortu Fostati dictam, condidit; & cum Iside uxore frumentum & hederam invenit. Ibidem urbs Zoan seu Tanis extructa est; & auri ac 17[illegible]
æris officinis in Thebaide repertis, arma fabricata sunt.

Magnus. l. 1. c. 5. Hist. Sueonum.

In SVECIA condidit regnum quidam *Suevus* Magogi F. cujus successores ab ejus regni Hi- 17[illegible]
storicis producuntur.

Berosus. *Tacitus de moribus Germanor.*

In GERMANIA erexit etiam regnum *Tuisco'* cujus mentio apud Tacitum. Quis fuerit, quoque loco consederit, cum antiquissimi Germaniam 17[illegible]
Rheno, Danubio, Oceano, Tanai & Ponto Euxino definierint, ignoratur.

Tarapha in Historia regni Hispan.

In HISPANIA traduntur ex authoritate Josephi, Hieronymi & Eusebii, primordia *Tubali*, qui & *Attalus* & *Atlas Maurus* dicitur, cujus studium greges & armenta inducere erat.

Sacra.

SACRA.

Res sacras quod attinet, cæpit hic Ecclesiæ V. T. *prima post diluvium periodus*, quæ a *Diluvio* ad *circumcisionem* extenditur. Initia fuerunt tristia. Viros præstantes statuis honorare, ex quibus insessor Sathanas responsa dabat; coram illis procumbere & sacrificare; nomina illorum, post mortem in sacros libros referre; & festa in memoriam instituere jam tùm moris erat. Serug Pelegi ex Regu nepos author idololatriæ existimatur. Tuisconem apud Germanos pro Mercurio cultum, eidemque humanis hostiis litatum, Tacitus author est. *Facilis in Idololatriam lapsus, cum de humano arbitratu divinitas pensatur.* Noachus sub Saturni, Bacchi Indici, Jani &c. nominibus apud gentiles venit. Japhetus est Neptunus, Sem forte Pluto, Chamus Juppiter Ammonius.

Epiphan. contra haeres. l. 1.

Said Aben Batrich apud Seldenum.

Tacitus de morib. Germanorum.

Articulus II.

DE

BELO & ASSYRIACI REGNI INITIO.

Anni sunt 97. ád annum 1947.

ASSYRIACI regni, quod tredecim secula inconcussum duravit, initia Belo (cujas fuerit, ignotum) debentur. Hic duriore Nimrodi jugo, ex terra Sinear se subduxit, regnum hoc A. M.
1718 1718. erexit, contra Nimrodi successores defendit, & regni Babylonici adjectione auxit. Successit ipsi *Ninus*, Assur alias dictus, qui Armeniis, Medis, & aliis intra Tanain & Nilum populis debellatis; Babylonis ferociam constricturus, Niniven, (quam nunc quidam cum Mosul, quæ ab altera flumi-

Berosus l. 5.

fluminis parte exſtructa eſt, & ſuos Reges habuit, confundunt) ad orientalem Tigris ripam condidit; & in Bactrianos, qui in extremo Aſiæ ſupra Indiam citeriorem in vicinia fontium Oxi fluvii in mare Caſpium ſeſe exonerantis, habitavere, Arabum ſocietate fretus, duplicem expeditionem ſuſcepit. Interim natus eſt *Abram*, Tharæ filius. Nahoris nepos, Serugi pronepos.

Diodor. Sicul. l. 2. c. 1. & 3.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA

Teixera in Relat. de Regib Perſar. l. 1. c. 3. & ſequ.

In PERSIA ſucceſſit fortè Kajumarrhato *Nacekus*, qui totum regni tempus ſpeculationibus in mente quodam contrivit, & à Latronibus interfectus eſt. Hujus ad Zabum, qui fortè cum Sardanapalo idem, ſucceſſores fuere, *Syamekus*, qui ut ſpem de ſe in animis ſubditorum excitaret, bellum viciniis intulit, ſed in eo vulnere lethali accepto, extinctus eſt. *Huſchank*, qui cum regno diu poſt patrem & avum præfuiſſet, ictu tandem lapidis in prælio excepti, interiit. *Tamurathes* à Victoriis *Diuband*, id eſt Dæmonis lictor dictus, eo etiam glorioſus, quod populis bello attenuatis tributum in aliquot annos remiſerit. *Gamſchidt* qui plebem in tribus diſtinxit, opificum collegia legibus præſcriptis inſtituit; granaria, ex quibus famis tempore egeni alerentur, erexit; leges tulit; vini uſum (hoc antea in pharmacopoliis duntaxat modicâ quantitate aſſervabatur) poſtquam ejus virtute puellam ingynecæo reſtitutam, intellexiſſet, publicavit; urbem *Schiraz*, loco roſetis ita abundante, ut aquis inde maximâ copiâ diſtillari ſolitis vel navis vehi poſſet, condidit; & cum divinos honores affectaret, & ſtatuas nomini ſuo conſecratas coli vellet, à ſucceſſore ſuo dejectus eſt.

est. *Docchak Alvaneus*, qui Lumbricorum morsu vexatus, nonnisi humani adipis è fortissimi cujusque corpore parati, inunctione curari voluit, & in somno de exitu monitus, cum prædecessoris filium invenire non posset, avum ejus maternum *Apseon* interfecit, ipse à *Cao Ispahanensi* interfectus est. *Phiridun* qui filios minores *Salmum* & *Thurum* (ab hoc quidam Turcas ortos existimant) ex Docchaki filia susceptos, rebelles habuit. *Irag*, cui idem accidit. *Kuschang*, de quo nil novimus. *Manugir*, qui, cum prioribus L. annis in pace continuâ, Samo filio Narimon consiliario usus, imperasset, tandem ab *Iphrasiabo* Rege Turkestaniæ agnato suo bello petitus, eum vicit, & fluvium Gichonem, quem ego Oxum esse, vel ex Haythone Armenio comperio, terminum inter Persiam & Turcas constituit. *Nodhar*, qui ab Iphrasiabo superatus, decollatus est. *Zabus* deniq; Nodhari ex fratre *Thamasb* nepos, dejecto à *Zals* nobili Persa, qui cum prolixo capillitio natus fuisse memoratur, Iphrasiabo, gulosus cætera, in senecta tamen *Karuschab*, Ibnasbi fratris filium, in imperii societatem adscivit.

In ASSYRIA quid actum sit, superius audivimus.

In ÆGYPTO instituit primam Dynastiam, *Menes Thinites*, qui mensas sternere docuit. Ei ab Hippopotamo rapto, successit *Atothis* regiæ in urbe Memphi conditor, idemque librorum Anatomicorum author. Ibidem *Hermes Trismegistus*, qui exortum novæ fidei, adventum Christi, Judicium futurorum, resurrectionem seculi prædixit, & multos libros scripsit, vixit.

AFRICA-NA
Diodor. l. 1.
Diodor. l. 2.
Euseb. in Chronic.

EUROPÆA In SVECIA excepit fratrem *Gethar* & post 190[illegible]
Magnus l. 1. c. 6. eum *Ubbo* Upsaliæ conditor.

In GERMANIA vixit adhuc Tuisco.

In HISPANIA fuit post Tubalem *Iberus*, a quo Hispania Iberiæ nomen sortita est.

Berosus l. 5. In ITALIA quidam *Janus* senior primam 192[illegible] Dynastiam *Corytiganigenarum* instituisse, & Hetruscos condidisse fingitur. Janigenas suos cognominatos *Razenuos*, Physicam & Astronomiam docuit; divinationes etiam & ritus conscripsit; coronas & navigia invenit; primus nummum æreum signavit, & sororem *Camesem* in uxorem duxit.

In PELOPONNESO, quæ initio *Ægialea*, postea *Apia* est dicta, (platano, cum ob sinus & promontoria, quibus ut fibris littora ejus incisa sunt, tum ob tenuem tramitem, quo in latus effunditur, assimilatur & Græciæ per Isthmum Corinthiacum est connexa) quidam *Ægialeus* regnum *Sicyonium* ad Asopum fluvium erexit, & 191[illegible] *Europo* filio reliquit.

SACRA.

Ecclesia in populo DEI diminuebatur, & idololatria totum ferè inundavit orbem; ita ut Semi tempore quidam XXXM. Deorū numerent. Nimrodus certè regno in Chaldæa, quam violenter invaserat, erecto, postquam flammas, quæ e longinquo in oriente e terra ascendebant, vidisset & adorasset, si Patricidæ fides, ignis & quidem perpetui cultum instituit, eidemque quendam *Andshan* seu *Aidsan*, qui fortè Græcis Oltanes, præfecit. Nec tamen is citius a Diabolo admissus, quam cum matre & sorore & filiâ sua

congressus esset; quod & successoribus ejus suetum. Hinc orti sunt Magi, qui & *Magusæi* Clementi, ex quibus, ejus etiam tempore, multi per Mediam, Parthiam, Ægyptum, Galatiam, Phrygiamque dispersi, incestæ hujus traditionis indeclinabilem formam servabant. Iisdem duo Dii, *Oromasdes* bonus, & *Arimatnius* malus. Illi Εὐκταῖα & χαριστήρια; huic ἀποτρόπαια & σκυθρωπὰ offerebant. Dæmonas sibi servos ἀπόδας κατηνηγκασμένους faciebant, iisdemq; ad nutum utebantur &c. Belus fortè Bacchus, & Mars veterum gentilium. Exstructum ei post mortem templum, in cujus medio ingens illa turris fuerit, & Jovem salutatum ferunt. Patricides immolasse filios & filias Dæmoniis scribit; quâ crudelitate irritatum Deum typhonem immisisse, qui & idola confregit, & templa idolorum diruit; quod Alexander Polyhistor, & Abydenus de turri Babylonica accipiunt. *Mizraim* seu *Osiris* Jovi Ammonio seu *Chamo* fratri suo templum & oraculum in ea regione, quæ exinde Ammonitis dicitur, condidit. Par ibidem & Mizraimo honor, quem Isidi sorori simul & conjugi debet. Effigiem namque hominis ex cerâ ad magnitudinem Osiridis formati, unicuique parti circumdedit, & singulis penes solas exuvias Regis sepeliendas deponi, utque eas divino honore afficerent, concessâ ipsis tertiâ terræ parte persuasit. Eadem bestias quasdam ipsi, inter quas boves sacri *Apis* & *Mneonis*, consecravit, effigiemque virilium, quæ reperiri non poterant, adornatam coli præcepit. Sed et ipsa Isis tanquam Dea post mortem adorari meruit. Et templa & simulachra

Clemens Recogn. l. IX.

Euseb. l. 5. Præpar.

Patricid. in Hist. Orient.

Diodor. Sicul. l. 1. c. 21. 22.

eidem erecta sunt, & in memoriam solebant incolæ messis tempore, oblatis spicarum primitiis, juxta manipulos plangere, & Isidem invocare. Maximi idololatrarum Sabæi, qui & Chasdæi, Charanæi, Nabathæi, stellas Deos credebant, maximum solem. his dies & menses sacri. *Mense primo*, qui Nisan, Belthæ animalia viva comburebant, lunæ taurum mactabant, & septem Diis agnum offerebant: *secundo* in honorem Aben Salemi vota nuncupabant. *Tertius* Sammaëli Diabolo, quem Deum esse, qui Sagittas volare faceret, credebant, dicabatur. *Quarto* celebrabatur festivitas *Albucat*, seu *mulierum plorantium*, in qua Thammuzum lugebant: eodemq; novem agnos cuidam Hanani offerebant. *Quinto*, novum vinum Diis exprimebant, iisdemque infantem mactabant. *Sexto* inter cetera Soli, Saturno, & Veneri, octo gallinæ pullos, totidem gallos, & agnos comburebant. *Septimo* mortuis vinum super ignem fundebant. *Octavo* in honorem Domini fortunarum jejunabant. *Nonus* Veneri sacer erat, eidemque tabernaculum, cubile Belthæ dictum, erigebant. *Decimum* Luna, cujus nativitatem celebrabant, & octoginta animantia comburebant, sibi vendicabat. *Undecimo*, septem dies, nil de lacticiniis gustantes, in honorem Solis jejunabant. *Duodecimo* Lunæ in Monasterio Cadensi sacrificabant. De cætero sciendum, aliquoties eos de die orasse, bigamiam non concessisse, nec repudium, nisi ob manifestum adulterium, lustrationes suas habuisse, nil, quod pulmonem & sanguinem non haberet, obtulisse, illa quæ non sacrificabantur, non

Maimonid. More Nevochim l. III. 27. Muhamed Ben Isaac apud Hottinger. H.O. p. 177.

non comedisse: nec quicquam ex quadrupedibus, quod dentes in utraque maxilla conjunctos haberet; ex avibus, præter columbas & rostratas; ex germinibus præter fabam & allium, gustasse: imaginibus denique, quæ Tilsemat dicuntur, usos fuisse. Radebantur etiam & inurebantur: suillam avidè comedebant; magos, ariolos, astrologos consulebant: Dæmones formâ hircorum apparentes venerabantur: sinistram pulli in delubro sacrati alam de collis puerorum pro amuleto suspendebant: sacrificia melle inungebant: nudi sacra sua celebrabant: sanguinem, quem cibum Dæmonum esse credebant, comedebant: sexus vestitum commutabant: liberos per ignem traducebant: & arborem אשרה dictam colebant, ejusque fructus partem offerebant, partem in delubro edebant. Sed & Tharam patrem Abrahami, idola coluisse certum. Abrahamum ejus lararium incendio devovisse, Haran fratrem, simulachra ex ignis furore rapere conantem, flammis periisse, Cedrenus author est. Nec hoc dubium; membra generationi destinata, ob Solis, Saturni & Veneris aspectus, qui seminales sunt, sacra apud Assyrios fuisse. Ab Ægyptiis, planetis singulæ attributæ sortes. Saturno νέμεσις, Jovi νίκη, Marti τόλμα, Soli ἀγαθοδαίμων, Veneri ἔρως, Mercurio ἀνάγκη, Lunæ ἀγαθὴ τύχη. Hinc pleniluniis porco facere solemme, & ultimo die anni & mensis eorum qui extremus est, ponebant mensam varii generis epulis refertam, & poculum musto mixtum, vel præteriti anni, vel futuri fertilitatem auspicantes.

Ptolemaus apud Seldenum.

Hieron. ad Esaiæ c. 65.

Articulus III.

DE

ABRAHAMO.

Anni sunt 175. ad annum 2122.

Joseph. l. 1. Antiq. c. 8. 10. 11. 12. 13.

ABrahamus Ure in Chaldaico oppido, patre Thara trinepote Heberi, Semi gentili, natus est. Fratres ejus fuerunt *Nahor* & *Aram*; quorum ille, pater Usi, in cujus terra Hiobus deinde fuit, & Busi, qui avus Elihu, tumidi illius adolescentis, qui post Seniores Hiobi amicos, extremum cum eo conflictum subiit, & catastasin fabulæ ejus ad catastrophen inclinavit, fuisse, dicitur. Vita ejus meris *peregrinationibus* circumscribitur. *Prima*, ex Ure Chaldæorum, cum Sara uxore, & affine Lotho egressus est, & simul ac Sichemum venisset, terra Sancta ipsi & posteritati promissa est. *Alterâ*, fame compulsus in Ægyptum descendit; ibidemque Heliopoli Astronomiam professus est. *Tertiâ*, ex Ægypto redux, terræ meditullium, Lotho ad planiciem Jardenis secedente, occupavit: mox Hebronem secessit, ubi Ismaëlem ex Hagare suscepit, & promissum de terra Chanaan possidenda, per cæsa & porrecta confirmatum, (tum τῶν ἑβραίων προσωνυμία originem secundum quosdam sumsit, & Hesychius Abrahamum περάτην, & πατέρα μετεώρων vertit) à DEO accepit. *Quartâ* in desertum Bersabe secessit, ubi Isaacum ex Sara in Senecta sibi natum immolare jussus, paruit. eumdemque vigesimum annum agentem ad montis Ararat radices, in loco Maure dicto (si Ægyptiis, ibidem in memoriam sacrificii hujus sacrificantibus, credendum) immolare

19[illegible]

20[illegible]

2[illegible]

2[illegible]

Selden. in prolegom. de Diis Syris

Alpinus de Balsamo.

molare voluit. Antequam hæc fierent, quatuor Reges vicit, & Lothum ab eis captivum liberavit; Melchisedeco, Regi Salemi, decimas dedit; pro Pentapoli igne sulphureo mox exusta, & locum Asphaltitem, qui neque vento impellitur, neque pisces aut suetas aquis volucres patitur, post se relinquente, frustra intercessit. Ipsius affinis Lothus Sodomâ eductus, *Ammonem* & *Moabum* ex filiabus suscepit. Liberi verò ex Kethura *Troglodytidem*, ubi *Pandura*, instrumenti Musici genus, ex Lauro, qui in mari nascitur, conficiebatur, obtinuere. *Athen. Lib.*

CONTEMPORANEA.

CHINÆ Mendoza præfuisse ponit *Vitejum*, qui naves, vela, serici molendina, & colorum mixtionem, excogitavit; populos in pagos discrevit; opificia instituit; ne quis aliam, quam parens ejus exercuisset, absque suo vel magistratuum assensu, factitaret artem, præcepit; & ut uxores eandem cum maritis tractarent, imperavit. Hujus familiæ ultimus fuit *Tzintzomus*, qui murum quingentorum milliarium contra incursionem Tartarorum exstruxit. Ab eo Reges CXLII. diversarum familiarum regnavere. quorum postremus *Tepus* cùm à Tartarorum Imperatore Uzou eversus esset, totum regnum per XCIII. annos sub Tartaris fuit. *Hombuo* ex stirpe veterum Regum redditum est, postquam *Tzinzous* Tartarorum undecimus ob Tyrannidem ejiceretur. Hombui ad *Banogum*, qui præterito seculo vixit, undecim successores fuere. De quibus nil memorabile occurrit; sed & ista Mendesius Pinto Hispanus aliter recenset, de quibus circa annum *ASIATICA*

Christi

Chriſti D. XXVIII. dicetur. Interim & hæc in anteceſſum ſciviſſe non oberit, donec Hiſtoria Sinenſis prodierit.

DE PERSIA multa in Antemonarchicis non habentur. In Abrahami tamen tempora ponit Elmacinus in Oriente Regem *Coreſch* qui Asmiſatum, Claudiam, & Iracum exſtruxerit; nec non reginam *Chalib* ſeu *Gerabib*, quæ Niſibin & Rohan ædificarit, imaginemque auream, cognomento *Sin* ſeu *Neſibin*, in medio templi Charris collocatam, omnibus Charræis adorandam propoſuerit, quam poſtea *Baakſamin* Rex Iraci, amore *Talbin* uxoris Regis MouſalTimuri flagrans, una cum templo exuſſiſſet.

Diodor. Sicul. l. 2. c. 4. §. 6. In ASSYRIA *Ninus* poſtquam contra Oxyarten Bactrianum exercitum eduxiſſet, ope Semiramidis Dercetus F. Menonæ uxoris ab avibus mirabiliter in infantia educatæ, Bactra caſtellum diutius æquo obſeſſum expugnavit, præmiumq; virtutis conjugium, Menone impatientia amoris laqueum ſibi injiciente, & regnum contulit. Mortuo ſucceſſit *Semiramis* & intra hoc tempus multa egregia geſſit. Sane Babylonem, quam rebellem, decore capillorum interim neglecto, in ordinem redegerat, ita exornavit, ut muro CCCLXV ſtadiorum, cum turribus CCL, ponte cedrinis & cypreſſinis trabibus obtecto, XXX. pedes lato, regiis &c. ſuperbiret. Mox Mediâ luſtratâ, & egregiis operibus exornatâ, Africam vaſtavit; & in eo Ammonis oraculū conſuluit; tandem Indiam è Bactris tentavit, & in flumine Indo ſeu Sando, vel Sintho, qui duobus oſtiis in Oceanum evolvitur, navali prælio vicit; ſed in terrâ ingen-

ingenti prælio à *Stabrobate* Rege profligata eſt. Prima

male pubeſcentibus annis
Surripuit viros, exſectaq; viſcera ferro
In Venerem fregit.

Succeſſit ob libidinem interfectæ *Ninyas* *Athen. l. 2. Dipnoſ.*
1999 F. qui, quia *majorem ex longinquo reverentiam* aucupabatur, rarò in publico comparuit; quotannis tamen militem nouum provinciis impoſuit, & his ducem ex fideliſſimis adminiſtris præfecit.
2037 Eum excepere, *Arius*, *Aralius*, *Xerxes*, princi-
2061 pes ſolis nominibus noti. Semiramidi coætane-
2096 um facit *Sanchoniatonem* Porphyrius, ſed quia is temporis, quo Tyrus condita eſt, meminit, eo deceptus videtur, quod Semiramidem tempore belli Trojani vixiſſe exiſtimat.

In CRETA novum, ab uno ex Curetibus *Strabo in Geogr. l. 10.* Pyrrhiches inventoribus, à quibus Jupiter eſt abſconditus, regnum erectum eſt, & urbs Cnoſſus *Pauſan. in Arcadic.* exſtructa. Regnarunt poſt eum ad Moſis tempora *Talus*, *Vulcanus*, *Rhadamantus*, qui manibus *Athen. l. 14.* injuſtis irritantem occidi ſine noxa poſſe, decrevit; *Milinus*, qui primus mari potitus eſt; & *Meliſſeus*, qui primus Dijs ſacrificavit, ut poſtea dicetur. Hic verò eſt ille Juppiter, qui Panaræ Templum in Panchæa condidit, columnamque auream, literis ſacris ab Ægyptiis nuncupatis, res geſtas διὸς καὶ οὐρανοῦ referentibus, erexit.

In ÆGYPTO, Spiritu S. teſte, fuêre *Pharaones*; quorum primus *Ramneſanus*, ſi Euſebio, *Necherus*, ſi Cedreno credimus. *AFRICANA* *Scalig. in Animadverſ. in Euſeb.*

In SVECIA fuit *Siggo* & poſt eum *Ericus*, ſub quo nonnulli in Cimbricam Cherſoneſum *EVROPÆA* deſcen-

Magnus l. 1. c. 7. & 8. descendere, & à quo ad Bericum, qui sub Josua floruit, fuere *Uddo*, *Ale*, *Osten*, *Carolus I. Biorn I. Gethar II. & Siggo III.*

Berosus l. 5. In GERMANIA imperavit *Mannus* pater *Treviri* Trevirorum conditoris, & post eum *Ingævon* & *Istævon*.

Tarapha in Hist. Hisp. In HISPANIA fuit *Jubalda*, qui Theologiam & Sacra auxit, & *Brygus* populorum Brygiorum author.

Berosus l. 5. In ITALIA fuit *Sabbatius Saga*, & post eum *Corittus* sive *Cranus*, *Aurunus* & *Thurimachus*.

Speed in descript. Hiber. c. 1. HIBERNORUM Historici *Bartholanum* quendam ex virginis Cæsareæ Noachi Neptis stirpe è Scythia oriundum, circa hæc tempora in Hiberniam classem appulisse, insulam sub tribus ipsius filiis, *Languina*, *Saleno*, *Rhuturgo* per trecentos annos fuisse; quibus elapsis Giganteam è Nimrodica stirpe gentē imperiū invasisse, hanc tandem, à *Nemctho* Scytha & *Fergusio* F. frustra tentatam, à Filiis Delæ Nemeti posteris ejectam fuisse; facetissime nugantur.

Pausan. l. 2. ARGIS in Peloponneso posuit regni Inachus Ægyptius fundamenta, peritus nauclerus. Unde Oceani & Thetydos filius esse fingitur. 209

THEBIS in Bœotia *Calidnus* regiam potestatem ante Ogygem exercuit.

Ex Doctis claruit *Karna* Chymiæ peritissimus, quem urbem Ulcisis ex lateribus parcis exstruxisse Elmacinus prodit. De *Sanchoniatone* vide superius.

SACRA.

Genes. c. 19. Ecclesia populi DEI ingressa est *secundam periodum*, quæ ad Pontificatum duravit. DEUS enim

enim eam ad Abrahami, qui primus omnium unum esse DEUM rerum omnium conditorem pronunciavit, domum alligavit; eidemque Circumcisionem sigillum justitiæ dedit. Inde circumcisio in Troglodytidem & Ægyptum pervenit, ubi ita religiose observabatur, ut & Cynocephalum, qui circumcisus, in sacris alerent, & sacerdotes circumcisione purgarentur. Apud *Assyrios* colebatur *Derceto*, quæ eadem cum *Adirdaga*, *Atergati*, *Adargati*, & *Adargide* esse videtur. Thuras verò seu Arallus sub nomine *Baalis* venit, & in planetam Martis transcriptus est. Inachus Argolidem *Junonis* dicavit; quæ etiam à Neptuno irato, ut undæ, quas immiserat, retrocederent, exoravit. Simulacrum ipsi in templo Heræo erectum est. Alia Germanis mens, si Tacito credimus. Hi enim nec cohibere parietibus DEOS, nec in ullam humani oris speciem assimilare, ex magnitudine Cœlestium arbitrabantur. Lucos ac nemora consecrabant, deorumque nominibus appellabant secretum illud, quod solâ reverentiâ videbant. GOTHI in SVECIA nova sibi hoc tempore confinxere numina, supremus erat *Thorus*, succenturiati *Othinus*, *Frigga*, *Methothin*, *Fro*, *Hollerus*, *Vagnostus*, *Blixem*, amœnioris cujusdam post hanc vitam loci præses, ad quem assidue nuncium sorte delectum cum quinque remigum nave mittebant, ut, quibus indigerent, impetrarentur. Itali *Jano*, quod primus aras & sacra docuisset, in omni sacrificio præfationem præmittebant, farque illi & vinum prælibabant.

Johannes Antiochen.

Pausani. in Argol.

Strabo. l. 8.

Tacitus de moribg Germanor.

Arti-

Articulus IV.
DE
ISAACO.

Anni sunt 60. ad annum 2182.

Genes. c. 25. 26. Joseph Antiquit. lib. 1. c. 18. ISaacus vivo adhuc Patre, Rebeccam consobrinam in uxorem duxit, & ex ea, post sterile XX. annorum conjugium, Esavum & Jacobum suscepit, eosque, vivo adhuc patre, ad nutum haud dubie ejus, educavit. Post mortem ipsius, Gerari ob famem peregrinatus est, ibidemque æquivocatione usus, in periculum de conjuge (*Subsessores alienorum matrimoniorũ oculi*) incidit, & beneficentiâ divinâ mire ditatus, calumniæ aulicorum, & per eam invidiæ Regis (*Assidua imminentis fortunæ comes invidia, altissimisq; adhæret*) objectus est. Auxit domesticas calamitates, Esavi insolentia, (*Aut sine liberis viri magni interierunt, aut tales habuerunt plerique, ut melius fuerit de rebus humanis sine posteritate discedere*) qui non tantum primogenituræ jus Jacobo pro pulmento vendidit, sed & Cananæorum mulierum consortio delectabatur, & ex ipsarum gente uxores ducere ingratiis parentum non exhorruit. Fecit tandem cum Abimeleco fœdus Isaacus, & in extremo ætatis oculorum caligine affligi cæpit. Antequam hæc acciderent, mortuus est *Semus* Orientis pater.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA In ASSYRIA vixere * *Armamithus* & † *Belochus*.

AFRICANA In ÆGYPTO Pastores (*Nulli præclusa est virtus, nec sexum, nec censum eligit*) in paludibus

bus circa eum locum, ubi Alexandria poſtea ex-ſtructa eſt, degentes à Saracenis non niſi nomine differẽtes, Ægyptiis exoſi, & ideò in ea loca, in quæ Græci infeſtiſſimas excurſiones facere & poterant & ſolebant, relegati, duce *Saita* Phœnice, in Regẽ à ſe electo, locorum naturâ freti rebellarant, & Memphi occupatâ, ac urbe in Sithroite Nomo extructâ, Ægyptiorum multos ſibi ſubjecerant. Idem & à ſucceſſoribus ad *Amoſin* Dioſpolitarum Dynaſtiæ, quæ apud Manethonem decima octava, factum. Hic poſtquam vi ejicere eos fruſtra tentaviſſet, cum eis pepigit, ut in Judæam & alias partes (fuerunt enim advenæ) redirent. Ibidem fit mentio Regis cujusdam *Aſeth* qui anno Ægyptiorum æquabili, trecentis ſexaginta diebus conſtante, dies quinque ἐπαγομένους dictos, addidit. *Joſeph. contra Appion. l. 1.*

IN GERMANIA fuit *Hermion*, qui mulieres etiam arma capere juſſit, & inveniſſe videtur, ut vir uxori, dotis loco, boves, frenatum equum, cum framea gladioque offerret. *EVROPÆA* *Beroſus l. 5.*

HISPANIAM rexit *Tagus*, qui colonias in diverſas Hiſpaniæ partes traduxit. Hunc ad Habidem, qui in tempora Davidis incidit, inſecuti ſunt *Betus*, *Deabus Chryſeus*, *Geryon*, *Hiſpalus*, *Hiſpanus*, *Hercules Lybius*, *Heſperus*, *Atlas*, *Sycorus*, *Sicanus*, *Siceleus*, *Luſus*, *Siculus*, *Teſtakomus*, *Palatuus*, *Cacus*, *Erythrus*, *Gargoris*. *Bætus* fluvio & provinciæ Bæticæ, In qua Homerus Elyſios campos collocaſſe dicitur, nomen dedit. *Deabus Chryſeus*, trajecto ex Mauritania mari eam occupavit, & hoc cognomentum à fodinis auri & divitiis, quas primus ibi, opprimens colonias, cœpit, ſortitus *Mariana Hiſt. Hiſp. l. 1. c. 8. 9. 10. 11. 12.*

 eſt.

eſt. *Geryon* Gerondam arcem è regione Gadium munivit. *Hiſpalus* Hiſpalim condidit, Segobiam & aquæductum in ea excitavit, & in portu Brigantino turrim ſpeculo impoſito ædificavit. Ab *Hiſpano* nomen Regio ſortita eſt, qui ſeu filiam, ſeu ſororem *Illiberiam* habuit, quæ Civitatem Illiberiam, nunc Granatam, conſtruxit. *Hercules Lybius* columnas duas ad fretum Gaditanum poſuit. Ab *Heſpero* Heſperia dicta. *Atlas* in Italiam contra fratrem dimicaturus conceſſit. *Sycorus* Sycoridi amni nomen impoſuit. A *Sicano* Sicani, pôſt Siculi, appellationem ſuam traxêre. De *Siceleo Luſo* nil occurrit. *Siculi* tempore colonia è Zacintho in Hiſpaniam deducta, & ibidem templum Dianæ exſtructum eſt. De *Teſta*, *Romo*, *Palatuo*, *Caco*, *Erytrho*, nihil occurrit, præterquam quod Palatuus Pallantiam in Arevacis condiderit, in cujus nunc Diœceſi ſacerdotia gentilitia, quæ juris Patronatus vocant, quadraginta eſſe legimus. *Gargoris* mella Hiſpanos colligere docuit. Strabo Turdetanos Hiſpanorum doctiſſimos eſſe, & poëmata, ac metris incluſas leges jam tum a ſex millibus annorum habuiſſe, exiſtimat.

Marin. Sicul l.3. de Regibus Hiſp.

In ITALIA vixit *Sicanus*, ſub quo Gigantes opreſſiſſe Italiam dicuntur.

SYCYONIIS præerat * Leucippus. *

ARGIVIS imperabat † *Phoroneus*, qui homines in domos contiguas & unius Civitatis, quæ poſtea Argos dicta, jus convocavit, ignem invenit, & bellum adverſus Telchines Caryattasque geſſit. 21[illegible] † 21[illegible]

Pauſan l.2.

IN BOEOTIA imperavit Ogyges inter Ectenas primus, qui Eleuſyniam condidit, & à quo 216[illegible]

Euſeb. in Chronico.

Thebæ

Thebæ exstructæ, *Ogygiæ* dicuntur, & omnia antiqua *Ogygia*.

SACRA.

In populo DEI nil hic occurrit. Apud Ethnicos *Phoroneus* aram Junoni primus erexit, & filiæ ipsius Niobæ primæ Juppiter se miscuit. *Telchinis* primæ DEorum statuæ acceptæ feruntur. *Hermioni* post mortem collocabatur in templis statua hominis effigie cataphracti, qui dextrâ tenebat hastam, sinistrâ libram. *Diodor. l. 5. c. 55.* *Berosus l. 5.*

Articulus V.

DE

JACOBO.

Anni sunt 73. ad annum 2255.

2185 JAcobus obtentâ à patre benedictione, minis fratris territus, ad Labanem avunculum in Mesopotamiam concessit, ibidemque viginti annos moratus, ex *Lea* filia Labanis majore natu, uxore, *Rubenem*, *Simonem*, *Levi*, *Judam*, *Isascharem*, *Zabulonem*, & *filiam Dinam*; ex Rachele minore, *Josephum* & *Benjaminem*, qui in itinere ex Mesopotamia natus est; ex ancillis *Gadum*, *Ascherem*, *Danem*, & *Naphtali* suscepit. *Genes. 28. ad 45. Joseph. Antiq. l. 1. c. 18. & l. 2. c. 3. & 4.*
2205 Patre adhuc vivo cum indignatione Labanis reversus, Esavum in itinere blanditie verborum & munerum mitigavit; à Josepho F. in Ægyptum à fratribus odio percitis (*e propinqui-*
2217. *tate & sanguine omnium maxima exsurgant odia; ut ejusdem uteri vehementiora sint, quam aliens incendia*) vendito, ibidemque ad honores ex carcere summos, quod somnium Pharaonis expli-
2228 casset, evecto, evocatus, & cum tota familia su-

ſtentatus eſt. Moriturus Joſephi filiis & omnibus 22
ſuis, Simone & Rubene excepto, ſortem melio-
rem & amplam poſteritatem promiſit. Peregri-
nationem Jacobi annis XIV. mors Iſmaëlis præ-
venit; qui XII. ex uxore Ægyptia reliquit Princi-
pes, quorum poſteri in ſolitudine Arabiæ habi-
tantes, partim venationibus, partim mercaturæ
operam dabant. *Midianitæ* his mixtim coha-
bitabant, ab eodem cum illis avo. Nec procul ab
his *Ammonitæ* & *Moabitæ* à Lotho propagati ſe-
des ſuas habebant.

SINENSIBUS cæpit familia *Xanga* impe-
rare, ſub qua maximè floruere Reges *Chao*, qui-
bus & regna *Gannan*, deleto rege Han, paruere.
Cheucungo Aſtrologus erat celeberrimus & ſum-
mus totius Imperii præfectus. Ultimus fuit *Kico-
vo*, Rex nequiſſimus.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA ASSYRIIS præerat * *Balæus* & † *Sethus*. * 2206

AFRICANA In ÆGYPTO afflixit incolas poſt ſeptenna-
lem fertilitatem prædicta a Joſepho ſeptennalis †
fames: & tum etiam cœpit Dynaſtia *Dioſpolita-* 2241
Geneſ. 40. *rum* prima, cujus Rex primus erat *Amoſis*. Ibi-
dem urbs Tanais ſeu Tzoan, Tolonis poſterorum
inter Caliphas ſedes, condita eſt.

EUROPÆA GERMANIS imperavit * *Marſus*, à quo *
Stormarſi & Dithmarſi, nec non oppidum Germa- 2188
Beroſ. l. 2. niæ Mersburgum; & † Gambrivius, à quo † 2234
Cimbri.

Euſeb. in Chron. In ITALIA vixere Oſiris Ægyptius, Leſtrigo
Gigas, & Lybius cognomento Hercules.

In SICILIA condita eſt Zanlce, Meſſana pôſt 2255
dicta.

dicta. Mentio insulæ ad Olympiadem ferè LXXI. rara.

Apud SICYONIOS fuère * *Mesappus* & *Pe-* Pausan. l. 2. V. G. Euseb. in Chron.]
2208 *ratus* †; cujus ex Plemnæo filio nepotes in primo vagitu animam agebant, *Orthopoli* excepto, quem
2214 à Cerere educatum fabulantur.

Apud ARGIVOS expulit *Apis* ope Parthasiorum Telchinas Peloponneso, qui primi in Rhodum, quam a serpentibus purgaverunt, mox in
2203 Cretam secessere. Rhodum olim *Ophiusam*, Telchines *Telchiniam* vocavere. Quid in ea ad Tlepolemi Herculis filii tempora actum sit, ignoratur. Hic ob inconsultam cædem Lycimnii cognati sui, Argis profugus, non invitis incolis, ipsam possedit. Successit illi Phoronei ex filia Niobe
2238 nepos, *Argeus*, à quo Argiva gens & civitas, ante Spartam, quæ à Lycurgo leges accepit, in illa peninsula celeberrima.

In BOEOTIA fuit adhuc Ogyges inter Ectenas primus, sub quo diluvium in Attica, & Minerva virginali habitu apparuisse, vel potius è Jovis, securi à Vulcano percussi, cerebro prosiliisse, ad Tritonis in Bæotia lacum, dicitur: & mirabile in stella Veneris, magnitudinem, colorem & cursum mutantis portentum, accidit. Quid ibi ad Hyantes & Ajones, qui sub Josua, actum sit, ignoratur.

In ATTICA eundem Ogygem Authores Pausan. in Attic.
2234 ponunt, post cujus mortem sine Regibus usque ad Actæum fuit.

SACRA.

Apud HEBRÆOS, qui ab Israëlis nomine Jacobo indito *Israelitæ*, nil occurrit, præter pro-

 missum


missum Judæ Schilonem, & incarnationis mysterium per scalam Jacobo, in somnio in Bethel (unde Betulus lapis, qui per aëra moveri, interdum in vestibus hærere, & eadem se nocte per ducenta decem stadia domum abstulisse creditur) revelatum. Apud SYROS erat jam inter Numina commentitia *Gad*: & Lea ad Astrologorum placita, nascenti puero bene ominata, *Bagad*, inquit, & nomen Gadi ipsi imposuit. Ibidem habuit Laban *Teraphim*, qui vel divinationis instrumenta, ferali fabricata modo, erant; vel ad certos Syderum positus, & secundum figuras in cœlo creditas, ac si Avverrunci Dii essent, formabantur. Chaldæi Magi, Iyngas seu sphærulas aureas Hecates dictas, characteribus variegatas, Saphirum inclusum continentes, & loro bubulo tortas, habebant; quas rotantes Dæmones eliciebant. Qui ex diluvio evaserant, festum χύτρῳ instituere, in quo omnium seminum genera coquebant, Mercurii reverentiâ nil gustabatur. Ex Ogygis filiabus (erant autem tres, Aulis, Alalcomenia & Thelxinea, πραξιδίκαι dictæ,) *Alalcomenia* Minervæ educatrix, dicta & facta ad finem perducere credebatur. Simulachrum ipsius nil præter caput erat; animalium capita, victimæ.

Genes. 30.

Selden. de Diis Syris. l. 1. c. 1. & 2.

Meurs. in Gratia fricata.

Pausania in Bœotic.



CAPUT.

Caput II.

De REBUS AB INGRESSU AD JUDICES GESTIS.

Articulus I.

De JOSEPHO.

Anni sunt 54. ad ann. 2309.

JOsephus patrem mortuum & aromatis conditum (modum vide in Herodoto) in terram promissam, cum bona Pharaonis venia, transportavit & deflevit; redux fratribus veniam admissæ culpæ per Simonem & Levim petentibus, collaudato consilio divino, fraterno animo remisit, & per L. post Patrem annos benevolentiam omnem eis
2309 declaravit. Moriturus (vidit autem ante mortem abnepotes ex minore filio) mandatum de reponendo, post in terram promissam transportando cadavere fratribus suis dedit. Videtur fuisse Soroapiis, & putatur Catoptromantiam simulasse, cum fratres surripuisse scyphum argueret. Cadaver ejus tostum, & in Nilo, in æneo feretro, ne putresceret, depositum, in exodo una ablatum dicitur.

Herod. l. 3. Genes. c. 25. Joseph. Antiq. l. 2. c. 4.

Schikard. in Mischp. Hammel. cap. 6.

CONTEMPORANEA.

In CHINA, si Mendesio Pintoni credendum, fuit bellum. Causa ejus, quòd, postquam *Turban* Gvantipocaæ Princeps, majore natu filio, quem ex *Nancaa* concubina susceperat, hærede dicto, ordinem idoli *Gizom* suscepisset; mater illius Silavo sacerdoti nupta, Turbanum occidisset.

ASIATICA

Mendes. in itiner. apud Purchasium

cidisset. In eo Nancaa cum filiis fugit. Silavus militem contra ipsam emissum, in flumine scaphis evadentibus amisit. Nancaa navibus Silavi conscensis, prout puer Septennis prædixerat, ad eum locum, ubi jam *Pequinum*, delata, urbem eam condidit, & nomine primogeniti insignivit. Dies fundationis solemnis est, & Rex se tum populo conspiciendum præbet. Tum & *Nanquinum*, & *Pacan*, & *Nacan* exstructæ creduntur.

In ASSYRIA successit * *Mamytus*, & post eum † *Aschalius*. * 2277 † 2307

AFRICANA Apud ÆGYPTIOS fuere * *Chebros* & † *Amenophus*. * 2277 † 2290

EUROPÆA GERMANIS præfuit * *Suevus*, a quo Svevi. * 2278

ITALIS imperabat Herculis F. † *Tuscus*. † 2283

SICYONIOS regebat *Peratus*. 2309

Apud ARGIVOS erat *Criasus*, homo cultui Junonis deditus.

SACRA.

Apud ISRAELITAS nil omninò occurrit. In ETHNICISMO videtur cultus Serapidis in honorem Josephi, ut diximus, exortus. Tum etiam erexit columnam acuminatam (eo tempore Deorum Simulachra κίονες πυραμοειδεῖς erant) in honorem Junonis Criasus, & Calithiam fratris filiam πρώτην κλειδοῦχον ἥρης Ἀργείης constituit. Quia sub Argæo Græcia fructibus uti & segetes habere cæpit, idcirco inter DEOS relatus toti Græciæ colebatur.

Euseb. l. 3. prap.

Augustin. l. 18. de C. D.

Articu-

Articulus II.

DE

AMRAMO.

Anni ſunt 103. ad annum 2412.

AMramo vivente multiplicati ſunt mirum in modum Iſraëlitæ. Nam Ephraimus octo ſuorum generationes vidit, intra illud ætatis tempus, quo adhuc liberis dare operam poterat; & eodem ad res nuptas redeunte, iterum octo generationes ad Exodum fuère. Verum gratia Regum, metuentium, ne incremento iſto ſuffulti Iſraëlitæ, eandem quam paſtores olim, excitarent rebellionem, imminuebatur, & tandem dormire cæpit. Hinc inexorabilis intolerabilium laborum impoſitio, his incrementum non inhibentibus, de interficiendis in nixu infantibus obſtetricum pietate everſum mandatum; permiſſa Ægyptiis Iſraeliticorum maſculorum cædes, & horum omnium metu, Moſis, Amrami filii, Aaronis & Miriamæ, quæ ab Chymiæ peritia alicubi (extat liber in Bibliotheca Regis Galliarum de CHryſopeia, ſub titulo *ἱερὰ τέχνη*, in qua non ſolum Hermes laudatur, ſed & *μαρίαμ καὶ ἰουδαικαὶ γραφαί* citantur) laudatur, fratris, expoſitio. Nec tamen malè illud Moſi ceſſit infortunium. Filia enim Pharaonis *Acenchres* expoſitum ſuſcepit, in ſapientia Ægyptiorum educavit, & in bellum contra Æthiopas, (quod feliciter, ducto per mediterranea à ſerpentibus infeſſa, quos per ibes aviculas, quas in plexilibus è papyro vaſis ſecum attulerat, fugavit, exercitu;

Joſeph. l. 2. Antiq. c. 5. 6. Exod. c. 4.

Euſeb. l. 9. de præpar. Evangel. c. ult.

& occupata per proditionem Tarbidis Regis filiæ, quã Cambyses de nomine sororis Meroën appellavit, Sabâ, absolvit) misit; & prædictioni ab Hierophanta Ægyptio de se factæ, (nasciturũ is quendam prædixerat, qui adultam ætatem adeptus, res Ægyptiorum gravissimè affligeret) fidem acceleravit. Interea condidere Israëlitæ urbes armamentariorum, *Pithomum*, seu ea Butis contra ostium Nili Sebenniticum seu Patumos in finibus Ægypti, quo fossa Nili ad rubrum Mare ferens perducta est; & *Rahamsesum* seu Pelusium, nunc Damiatæ nomine veniens, lacubus, quæ non nulli Bathra vocant, & paludibus cinctum.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA — ASSYRIIS præfuit *Spharus* * & post eum *Mamylus* † — * 23[illegible] †

AFRICANA — Apud ÆGYPTIOS fuere *Amersis* a, *Misphris* b, *Misphragmutosis* c, *Thutmosis* d, & *Amenophis* e, — 235[illegible] a. 2314 b.

Philostr. in vita Apollonii. — AETHIOPES vagam pertæsi vitam, quam palantes mare Arabum hactenùs egerant, Indo flumine deserto, & sinu Arabico trajecto, novum & adhuc durans in regionib. Ægypto â meridie contiguis, regnum f fundaverunt. Sedes fuit ad Christi nativitatem usque *Axuma*, post Sceva; primus Rex *Arve* qui CCCC annos, quatenus ex codicibus, quos Aethiopes in Italia habuere, hactenus intelligi potuit, regnavit; & à quo ad Nicaulem, quæ tempore Salomonis vixit, fuere *Agabo*, *Sabanut*, *Gedur* ejus frater, &c. Apud hos Deus alter erat immortalis rerum omnium causa; mortalis alter, nomine Cereo, & cognitu difficilis. Qui torridam incolebant, Deos non credebant, & — 23[illegible] c. 235[illegible] d. 23[illegible] e. 2384 f. 233[illegible]

Diodor. l. 3. Histor. c. 4. Strabo l. 17. Geogr.

& ſolem exorientem oderant, quod ab eo urerentur. Sacerdotes tantæ authoritatis fuiſſe creduntur, ut quandocunque ipſis in mentem veniſſet, miſſo ad Regem nuncio, vitâ ſe illum abdicare juberent. Mortuos alii Circumfuſo Vitro domi ſervabant; alii fictilibus alveolis circum templa defodiebant, & jusjurandum per eos exigebant. Regem conſtituebant eum, qui vel forma, vel alendorum pecorum virtute, vel robore, vel opibus, excellebat. Hic neminem ſubditorũ morte plectebat: ipſi ſibi mortem juſſi conſciſcebant. Si aliquod mutilum membrum habebat, id ipſum ſibi familiares ſponte decurtabant. Communem cum eo amicos oppetere mortẽ, in more poſitum erat. Literæ eor. variis beſtiis & hominũ membris aſſimiles erant, per accipitrem celeritatem, per crocodilũ malitiam ſignificabant. De interiori res eſt. Exterior enim antiquis omnino incognita erat.

GERMANIS imperavit *Vandalus*, à quo Venedi; *Teuto*, & *Alemannus*, Norici, Hunni & Boji pater, qui Leonem vivum catenâ ligatum, ſecum circumduxiſſe dicitur.
EUROPÆA OCCIDENTALIA
2318
2367
2397
Beroſ. l. 3.

In ITALIA fuit poſt Alteum pater Romæ *Kitim*. Sub hoc diviſa eſt Dynaſtia, ita ut Aborigenes in Italia, Coryajanigenæ in Thuſcia regnarent, & primus hujus Dynaſtiæ fuit *Saturnus* ſeu *Romanus Priſcus*.

*
Apud SYCIONIOS erat* *Orthopolis*, à Cerere educatus, & † *Marathon*. ARGIS * *Phorbas* & *Triopas*. † Ille hoſpitalitatis Thamnei, ad quem naufragus diverterat, occaſione; moriens, ne ſibi liberi homines parentarent, obteſtatus eſt; idemque miniſterio ſervis interdicto, obtinuit.
ORIENTALIA.
2348
†
2391
*
2417
†
2397

Hujus

Nicolaus Damascenus. Hujus filius avo cognominis Rhodum à serpentibus, hinc Ophiusa dicebatur, purgavit, & in Cariam (cujus incolæ ocreas & cristas invenerunt, clypeis insignia picta adjunxerunt, galeis cristas imponendas ostenderunt, & ansas scutorum excogitarunt) Coloniam deduxit, occupato promontorio, quod ab eo *Triopion* est vocatum. Ibidem *Trochilus* primus quadrigas junxit, & currum invenit.

Pausan. l. 3. LACEDÆMONE videtur hoc tempore prima 2398
Dynastia duce Lelege cæpisse, quem excepere ad Cynortam, qui Ehudi tempore fuit, *Eurotas*, qui fluvio, *Lacedæmon*, qui regioni, & ab uxore Spartæ urbi, *Amiclas*, qui conditæ à se civitati, nomina dedere; & *Argalus*, de quo nil occurrit.

Eusebius in Chron. In THESSALIA erectum est novum ab Hæmone, filio Thessali, nepote Pelasgi, ex stirpe Inachi, regnum: sed nil ibi ad Ehudi tempora obvenit. 2378

Pausan. in Attica. Athen. l. 13. In ATTICA *Cecrops* διφυὴς Ægyptius, 2393
regno per matrimonium Actæi Regis filiæ Agraules (ante eum *Porphyrion*, quem Æthmonenses Veneris Cœlestis templum apud ipsos condidisse, referunt; *Perisphas*, *Colænus*, à quo Colenis Myrinunte, fuisse dicuntur, repugnante Philochoro apud Africanum,) obtento, Athenarũ urbem cum Areopago exstruxit, illam egregiè in nobiles, agricolas & opifices, subditas vero civitates in duas tetrapoles, & totidem Epactrias distinxit, conjugii & olivæ usum ostendit, & multas leges tulit. 2394 2398.

Meursius l. 1. Attic. lection. c. 1. Athenienses se cum sole natos opinabatur: ideo χρυσοῦς τέττιγας, quibus capillos innectebant, gestabant. Urbs in tantam postea magnitudinem

excre-

excrevit, ut in ambitu CLXXXVIII. stadia, portas decem, civium ab hoc Cecrope XXM, inquilinorum X, servorum CCCCM haberet. Totius Atticæ census VIM Talentorum erat, &, cum Græciæ imperium teneret, mille in ditione urbes. Quòd si de copiis ordinariis quæras, peditum gravis armaturæ XIIIM, sedecim præsidiariorum, mille sexcenti equites, trecentæ triremes numerabantur. Areopagitici senatus stupenda erat authoritas. Ridere coram eo non licebat, unicuique satisfaciebat, & à peregrinis expetebatur, neque coronâ ornari, neq; comœdiam scribere poterat. Conveniebat noctu & sub dio, ut non tam dicentium quam eorũ, quæ dicerentur, ratio haberetur. Morum censura, legum cura, undecim virorum constitutio, regimen denique totius Reipubl. ad ipsos pertinebat. Nonnulli SCOTORUM Historici in hæc tempora quendam *Noleum* Atheniensium Regem ponunt, cujus filius *Gathellus* in Ægyptum concesserit; ibi Scota Pharaonis filia in uxorem ducta, in Hispaniam abiverit, & Portugalliæ nomen dederit; inde in Hiberniam transierit, populum suum Scotos appellarit, & fatalem lapidem, qui jam in templo Westmonasteriensi Londini visitur, secum attulerit. Sic illi lepidissimè fabulantur. Circa hoc tempus floruere *Atlas* & *Prometheus*, Astronomiæ peritissimi. Hic primus simulachrum hominis de pingui & molli luto formavit, si Lactantio credimus; Ille Sphæram primus invenit.

Meurs. fortuna Attica c. 5.

Monipen. in Hist. Scotor. Polidor. Histor. Anglic. lib. 3.

SACRA.

Apud ISRAELITAS nil occurrit.

In ETHNICISMO Germani *Alemanum* pro *Macrob. l. 1. Satur. c. 10.*

pro DEO post mortem colebant, & ituri in bellum invocabant. Cecrops *Saturno* atque *Opi* aram posuit. *Jovem Hypattum*, supremum nominavit; *Pallada* ei adjunxit; res animatas nullas immolandas censuit; sed bellaria quædam Patria, quæ πελάνες appellabant Athenienses, ad aram sacrificavit. Sub Cecrope etiam ajunt visum fuisse Diis urbes capere, in quibus honores sibi unusquisque proprios habiturus esset. Cum verò in Attica *Neptunus* mare, *Minerva* oleam, produxisset, & orta exinde contentio ad Deorum judicium devenisset, Cecrope, oleam prius à Minerva plantatam affirmante, secundum eam pronunciatum est. Hinc Neptuni indignatio, quam ut Athenienses placarent, ut nulla deinceps mulier suffragium haberet, nec liberi nomine matris vocarentur, denique ne quis eas Ἀθηναίας diceret, constituerunt. *Agraules* honori πλυντήρια (in quibus Minervæ ornamenta lavabantur, simulachrum à πραξιεργίδαις velabatur, massa Caricarum, ἡγητηρία dicta, quod indigenæ post glandes primum Caricarum fructum comedissent, circumferebatur, templa fune circumdata, quia dies inter maximè nefastos censebatur, veluti oblepiebantur) debentur. λαμπάδος ἀγών, in quo lampades ad Cupidinis statuam accensæ circumferebantur, *Promethei* nomini datus est. *Brauroniæ* & *Coleniæ* Dianæ sacra, in quibus à virginibus ἄρκτοις, id est, quæ neque infra quintum, neque supra decimum annum erant, caprâ fiebat, recentiora sunt.

Pausan. in Arcad.

Apollodor. l. 3.

Meurs. l. 5. feriat. Græcia.

Arti-

Articulus III.

DE

MOSE.

Anni sunt 80. ad ann. 2472.

AB expeditione contra Æthiopas redux Moses, (Osarsiphus Manetoni) occiso propter injuriam Israelitæ cuidam illatam ex Ægyptiis nonnemine, in terram Midian fugit; & ibidem per XL annos apud Jethronem (septem hic in sacris habet nomina) suum per Zipporam socerum, philosophatus est. Elapsis his, à Deo memore fœderis in Ægyptum ad educendum populum missus, ostentis fidem vocationis suæ apud gentiles fecit, &, obstinato ad dimissionem Rege, sanguine, ranis, culicibus, muscis, peste, ulceribus, grandine, locustis, tenebris, &c. Ægyptum affecit; non tamen prius eam extorquere potuit, quàm primogenitorum cædes contigisset. Dimissos (exivere tricies centena millia hominum, ex sexaginta novem personis, spacio ducentorũ & aliquot annorum propagata) sinu Arabico, in quo Rex, eos persecutus, periit, miraculosè superato, & Repub. suasu soceri ordinatâ, concilio Sanhedrin, LXX. Senatoribus ex primariæ nobilitatis viris & Levitis ac Sacerdotibus lectis, (nec peregrinum exterumve, nisi matre saltem Judæâ, nec vitio aliquo corporis notatum, recipere fas erat) instructo, instituto; divinæ jam potentiæ, & benignitati, quam circa manna, coturnices, aquas &c. vidêre, quasi assvetos, secundo anno ad fines Cananæorum perduxit, in terram inducturus, nisi in DEum & in se frequenti mur-

Exod. 2. Drusius in Cap. 1. Jud. Exod. 3. & per totum pentat. Joseph. Ant. l. 2. c. 6. 7. & l. 3. c. 1. 2. 3. 12. 13. lib. 4. c. 5. 6. 7.

murmure insurrexissent. Tum enim DEVS exacerbatus XXXVIII. annos circa Idumæam sæpius etiam tum descifcentes duxit, nec citius terram promissam ingredi passus est, quàm omnibus viris militaribus, qui ex Ægypto egressi erant, consumptis, Aarone & Maria mortuis, nova planè generatio sucederet. Sed nec Moses propter diffidentiam ad petram, Cananæam ingressus est; partem duntaxat ejus unam, quæ Gibead dicitur, occupavit, & illam Rubenitis, Gaditis, & dimidiatæ Manassis tribui, cum conditione in possessionem dedit; de monte vero Nebo terram & situm ipsius amænum speculatus, mortuus & a Deo sepultus est. Inter illa, quæ ex Ægypto deportata sunt, fuit & Josephi cadaver, fumo tostum, & in aquis Nili contra putredinem asservatum. Bechajus auxilio Schemhamphorasch & inventum & sublevatum opinatur.

Schickard in Mischpat. c. 6. thesi 19.

CONTEMPORANEA.

IN ASSYRIA fuit *Amynthas*, 2467

In CRETA vixit *Cidon*, post hunc *Apteras*, qui *Anax* & *Cretensis Saturnus*.

In PHRYGIA (morte ibi afficiebatur, qui bovem aratorem interfecisset, aut instrumentum agriculturæ surripuisset; omni juramento abstinebant, & sacerdotes demortuos super lapideas columnas statuebant) mortuo Teucro, ultimo ex indigenis Rege (antecessores ignorantur) devolutum est regnum per *Chrysem* ipsius filiam ad *Dardanum* Samothraciæ Regem. Hic palladia ὡρο-σκοπία καλλίςη a Mathematico quodam Asiatico confecta, & pelle humanâ obducta, (quod tamen Johannes Antiochenus in tempora Trois conjicit.) 2450

Dion. Halycar. l. 1. ex Callistr.

cit.) dotalitiorum munerum loco, cum uxore accepit, templo illa honoravit; & cognito de illis oraculo, in urbem sui nominis translata, diligenter asservari curavit.

* In ÆGYPTO, submerso in sinu Arabico O- AFRICANA

2453 † ro succeffit * *Acherres*, post eum † *Rathos*, quem Diodor. l. 1.

2484 * excepit * *Chebros*. Quod si computationem Jo- Bibl. c. 53.

sephi sequamur, fuit tempore Acherris *Sethos*, Æ-

2490 gyptus alias dictus, qui Cypro & Phæniciâ subactis, contra Assyrios & Medos castra metatus est; & videbatur orientis imperium. occupaturus, nisi propter fratris *Danai*, qui & *Armai*, malè rem concreditam in absentia administrantis, perfidiam, ab Antistite sacerdotum ex Ægypto per codicillos detectam (Reginam ille contumeliosè habebat, concubinas Regis polluebat, & Regni diadema sibi sumebat) domum redire coactus fuisset. Gehaladin a diluvio ad hoc usque tempus septendecim Reges in *Aegypto* ponit, *Beither* seu *Bosiris* Chami F. Memphi habitavit. *Mesra* Ægyptũ inter filios divisit, ita ut Copto pars inter Atschacharim retrò Algarisch usq; in Esuan in longum, & quicquid a Barke usque in Ailam in latum cederet; Esmuco quicquid infra & supra Copt usq; in Esmun. Atribi quicquid inter Memphi & Sai; Sai quod inter Sai & mare, *Coptus* sive Ægyptus pyramides exstruxit, & nomen terræ illi imposuit. *Esmun* urbem sui nominis, *Atrib* quoque sui fundavit, quod & de *Sai* dicitur. *Idris* seu *Tadaras* variarũ rerum inventor fuit. De *Malia* Harbata, *Kolken* qui C. annos imperavit, *Maliæ* Fr. nihil proditum. *Tacitis* F. Malie Abrahami uxorem detinuit, Hazuha filia prima ex mulieribus Ægy-

D pto

pto præfuit, cui ſucceſſit *Amaez* filia Mamum, & poſt eum *Alualid, Alvian*, qui Joſephum ex carcere evexit, & *Daram*, cujus diebus iſte defunctus eſt.

EVROPÆA OCCIDENTALIA

In GERMANIA regnavit *Bojus*, à quo Boji 24
dicti, & ſub quo Amazones exortæ ſcribuntur. Annales Auſtriæ circa idem tempus *Abrahamum* quendam cum filiis Ataim & Salim filiaque Rebecca & Suſanna conjuge, e regione Sanianiorum

Lazius in Aboriginib.

(inſanorum fortè) oriundum, e terra Theomanaria profectum, in eo demum Auſtriæ inferioris loco, ad Danubii ripam conſediſſe, quem incolæ *Stockerau* appellant, & manſioni nomen *Auratim* dediſſe; tractum vero hujus terræ univerſæ *Judaiſaptam* nuncupaſſe, fabulantur.

In ITALIA vixit Picus Priſcus.

SICYONIIS imperavit Etytheus. 24

ARGIVIS præfuere *Crotopus* cujus frater 245

Pauſan in Attic.

Xanthus in inſulam Lesbum, nunc Metellino, 244
coloniam deduxit; *Steneleus* & *Gelanor*, qui Da 244
nao à fratre ex Ægypto ejecto & Regnum illud 246
tanquam à conterraneo ſuo fundatum, ſpeciosè 24
repoſcenti, ab Argivis, ominoſa lupi in ovile irruptione territis, cedere juſſus eſt. Hinc *Danaum* nomen.

Pauſan in Atticis & Phocicis Aeven. l. 7. c. 56.

ATHENIS fuere poſt Cecropem prætерito Erychtonio F. (qui in Templo Palladis educatus, fabulæ de mirabili ſui, in arcula a Minerva filiabus Cecropis concredita, ortu anſam præbuit;) *Cranaus* civis potentia & opibus primus, à genero Amphictyone in exilium pulſus, cujus nepos curam agrorum circum Patras inſtituit, & leges, ex

Porphyr. l. 4. de abſtinent.

quibus tres Xenocrates tradit, parentes honorare, Deos

Deos fructibus colere, animalia non lædere, sancivit. Amphictyon ipse Deucalionis F. Concilii
2449 (in quo Græcia secundum communes leges, in Delphici Apollinis adyto, initio veris & autumni quotannis, per suos Pylagoras judicabat, & cujus sententiæ raro irritæ transmittebantur,) auctor, qui primus vinum miscuit, utque dilutum ad satietatem addito Jovis Servatoris nomine biberetur, constituit. Erychtonius Vulcani & Minerva F. qui Amphictyonem ejecit, tribubus quatu-
2459 or nomina immutavit, & primus argentum vel invenit, vel Athenas attulit, vel inscripsit.

In ARCADIA novum inchoasse videtur regnum *Pelasgus*, qui tunicas è suillis coriis consuere, glandibus vesci, domos exstruere eos docuit. *Pausan in Arcad.* Successere ipsi *Lycaon*, qui primus obside, quem
2454 à Molossis acceperat, Jovi immolato, inducias violavit: *Nictymus*, & *Arcas*, qui primus panem facere docuit, & vestium texturam, totumque lanificium, quod ab Adrista dedicerat, monstravit. Ab eo ad Agapenorem, qui Trojano bello interfuit, variâ fortunâ regnatum est. Licurgi, IX. Regis filius, erat *Anceus*, qui imprecatione servorum duriter habitorum & vitam & vineam amisit.

In AETOLIA, quæ ad sinum Corinthiacum, quà is mari Jonio proximior, administravit regnum *Oeneus*. Quid ibidem ad ultima usque tempora sit actum, non traditur. Habuit duos filios, quorum major *Meleager*, Herculis per Dejaniram sororem affinis, Hylli patruus, aprum Caledonium peremit; minor natu ex matre Aetolici generis *Tydeus*, acceptâ uxore Deiphile Adrasti Regis F. Diomedem progenuit.

 In

In THESSALIA putatur etiam tum fuisse *Deucalion*, cujus tempore diluvium ingens accidit. Hujus filius *Hellen* regni sedem in Thessalia inter Peneum & Asopum fluvios circa Phtiam habuit, ac regno illi ἕλληδ@ regnicolis ἑλλήνων nomen ex se dedit. Quibus sequēti anno *Phtiotidis* & *Phtiorum* appellationes à posteritate sunt tributæ. Hujus filius *Dorus* juxta Parnassum montem constitisse, & Regionem *Dorida*, populumque *Doriensem* nominasse fertur.

Pausan in Atticis.

SACRA.

Vide Pentateuch.

Ecclesia ISRAELITICA *tertiam periodum*, quæ à Pontificatu ad erectionem templi Salomonici duravit, ingressa est, illamque illustrem. In prioribus duabus ad Abrahami familiam alligata, Nohæ duntaxat septem præceptis regulas justitiæ continentibus regebatur. In hac leges de officio omnium & ceremoniali DEI cultu institutæ sunt. Hic Agnus Paschalis exortus; leges de moribus, judiciis, & ceremoniis promulgatæ; tabernaculum cum arca fœderis erectum; Pontificatus in domo Aaronis, (& hic primus fuit Pontifex, quem *Eleazar* F. excepit) Sacerdotium & ministerium in varios gradus distributum, in tribu Levi, firmata; diversorum festorum celebratio; Sabbathi & annorum Sabbathicorum compensatæ feriæ; & varii sacrificiorum ritus adjuncti. De festis diebus & aliis abunde in Libris Mosis legitur: hoc de paschatos festo addi potest, sollicite eos, ne in eo vocem לחם *panis* usurparent, cavisse, & interdum ducenties quinquagies quinquies millena & sexcenta animalia, immolata fuisse. *Pontifex maximus* a LXX. senioribus inunctione consecra-

secrabatur; octuplicia vestimenta gestabat, (ubi Urim & Thumim occurrunt;) virginem in uxorem ducere cogebatur; templi adyta solemni expiationum festo ingrediebatur; ingressurus per septem continuos dies publicè, ne fortuito contaminaretur, custodiebatur; mortem etiam proximi cognati non lugebat; pollutus sacra per Vicarium peragebat. *Levitæ* decimo ætatis initiabantur; vigesimo quinto anno per manuum impositionē consecrabant, quinquennium quæ ad officiū spectabant, discebant; a vigesimo ad quinquagesimū, tabernaculum portabant. *Emeriti* juniores docebant, &, ne peregrinus templum ingrederetur, cavebant. Ex iisdem superiores corpore illæso esse debebant, & in Sanhedrin interdum residebant: ab inferioribus, sola vox exigebatur, & sacerdotis se immiscere officio capitale erat. Idololatria circa vitulum aureum, (qui CXXV. talenta ponderasse, & ex cujus in pulverem redacti potu, rubras barbas idololatris & eorum posteris crevisse, ridicule creditur) a bove deaurato qui in Osiridis ἀφανισμῷ & εὑρέσει pulla veste byssina amictus, ab Hierophantis, quatuor diebus continuis, ostendebatur, initium traxit, & ante legem latam contigit. Quod si Judaicis Doctoribus credimus, conjecit Moses legem à DEO datam in tredecim exemplaria; quorum duodecim literis Samaritanis scripta, totidem tribubus servanda dedit; decimum tertium charactere secreto ex jod triangularibus constante, Levitis & Sacerdotibus reliquit, &c. Tarich Persicum *Schaybum* quendam Midianitarum Prophetam, quem ego eundem cum Bilea-

Seldenus Synt. 1. de Diis Syris c. 4.

Duret. Histor. Linguar. c. 8.

lib. 3. *More* *Nebuchim* c. 47. mo existimo, cujus in Alcorano mentio, in hæc tempora ponit; Moses verò Maimonides quosdam de gente Zabiorum dæmonibus serviviſſe, &, quod in forma hirci hominibus apparere crederentur, *Hædos* vocatos fuiſſe affirmat.

Epiphan. in hæreſ. Nazaraor. *Meurſ. l.* 1. *Græc. feriata.* In ETHNICISMO Ægyptiis minio greges & arbores, velut alexiterio in feſto paſchatos judaici illinire, mos erat. Athenis ἐρσηφόρια in honorem Erſæ Cecropis filiæ, a quatuor virginibus ἀῤῥηφόροις nec ſeptem annis minoribus nec majoribus, undecim veſtibus albis, auro intertextis, veſtitis, celebrabantur. Proprius illis panis νασὸς dictus, & placentæ ἀγάστατοι nuncupatæ. Duæ texturæ pepli præerant; texere tricesimo die mensis Pyanepſionis ordiebantur. *Meurſ. Græc. feriata l.* 4. Ibidem in honorem Apollinis *Thargelia* per biduum celebrabantur. Ramos oleaginos lana obvolutos circumferri mos fuit, ex quibus panis, cotyla, ficus dependebant. Primo die a duobus e publico ſuſtentatis, & extra urbem ad tibiæ cantum eductis urbs miſerabili ritu luſtrata. Immolandis caricæ e collo ſuſpendebantur. Caſeus, maza, caricæ in manus dabantur; & ſepties colaphis, ſcillis, ficubusque agreſtibus, & aliis ejusmodi verberati, igne ex infelicibus lignis exſtructo, cremabantur, cineres in mare ſpargebantur. Amphyction, quia erecti incedunt, qui *Suidas.* dilutum vinum bibunt, meraco ſumpto incurvantur, aram *Bachi recti* in Horarum fano poſuit. Eryſichton *Telluri* κουροτρόφῳ ſacra in ar- *Arnob. l.* 1. ce fecit, aram pro acceptis alimentis dedicavit, & ut, qui Diis ſacra facerent, huic quoque deinceps præſacrificarent, conſtituit. Lycaon *Lupercalium* 2467

antho-

author eſt. Ritus in Romulo vide. Hoc interim adjici poteſt, Bachanalibus, Omophagiorum impoſitum fuiſſe nomen, inque iis furore mentito, & ſequeſtratâ pectoris ſanitate circumplicaſſe ſe anguibus, atque caprorum reclamantium inſtar viſcera cruentatis dilaceraſſe oribus. *Arnob. l. 5. contra gentes.*

In hoc tempus Perſarum legislator *Zertooſt*, Eſpintamani & Dodoonis Chinenſium filius incidere videtur; qui cum in infantia cum periculo vitæ ſuæ ingentem de ſe ſpem excitaſſet, inde in Perſiam, metu inſidiarum a Chinenſium Rege ſibi ſtructarum perveniſſet, ibidem *Zundavaſtan* ſeu librum legis, quem in cœlo ſe accepiſſe mentiebatur, propoſuit, & poſtquam petitis Guſtaſpi Regis ſatisfeciſſet, doctrinam ſuam omnibus Perſis probavit. *Herbert in itiner. Perſar.*



ANTEMONARCHICORUM
LIBER III.
De
REBUS SUB JUDICIBUS GESTIS.

Termini sunt Josuæ Regimen & Saulis Regnum.
Anni sunt 383. ad annum 2875.

CAPUT I.
De
PRIORIBUS SEPTEM JUDICIBUS.

Articulus I.
DE
JOSUA.
Anni sunt 25. ab anno 2492. ad ann. 2518.

Jos. c. 4. 5. *Jos. 6. 7. 8. Schickard in Mischp. Hamel.* MOse mortuo retinuit commendatum sibi ab eodem Aristocratiæ formam populus, & *Josuam* in ejus successorem recepit. Hic verò exercitu omni per Jordanem sicco pede traducto, Hierichuntem ruentibus miraculosè muris, Rahab solâ servatâ, delevit. Hajum infeliciter primò, propter commissum ab Achano in direptione Hierichuntis anathema, quod lapidatione luit, tentatum, exussit. Gibeonitis fraudulenter agentibus, fidem, impositâ iis pœna, servavit; viginti *Jos. cap. 9. 10. & sequent.* novem Regulos, ex quibus viginti quatuor Gibeonitas

onitas oppugnabant, delevit; & terrâ inter tribus, sui post officii oblitas, divisâ, asylis institutis, Levitis suâ parte attributa, mortuus est. Annales veterum Guthæorum quinque ulnas eum altum faciunt. Quadruplex *Suppliciorum* apud Ebræos genus, *Combustio* nempe, *Strangulatio*, *Lapidatio*, & *Flagellatio*, hic observari poterit. Illi, liquefacto & in os infuso plumbo necabantur. Isti, fimeto ad genua usque insistentes, mappâ suffocabantur. Hi, de ferali præcipitati colle, uno saxo obruebantur. Flagellatio minoribus delictis debebatur, & in ea flagello ex vituli corio confecto, cujus utrumque lorum quadruplum erat, reus verberabatur. Plagarum, quarum quadraginta, partem tertiam venter, duarum reliquarum, hanc humerus dexter, illam sinister excipiebat. Vide *Schikardum* in Mischpat, & *L'Empereur* in Middoth c. 1. f. 2. ex libro Maccoth.

CONTEMPORANEA.

2503 In SYRIA regnavit *Belochus II.* In appendice verò Juchasin inseritur exemplar Epistolæ veterum Assyriæ Regum, quâ Josuæ bellum denunciatur, & ipse *lupus vesperarum*, id est, latro, Biblicâ phrasi vocatur. *ASIATICA*

2506 In CRETA imperabat *Asterius*, Europæ, Agenoris, de quo mox dicam, filiæ raptor, ex qua Rhadamantum, Minoen, & Sarpedonem suscepit.

In PHRYGIA fuit *Dardanus*, Jasionis, Cybeles mariti, frater. *Diodor. l. 5. c. 28. 49.*

In PHOENICIA *Agenor*, Cadmi Phœnicis (hic primus vermiculum, unde fit color

D 5 puni-

puniceus, invenit) & Europæ pater, ex Ægypto redux, Regis nomen sumsit. Cadmus verò ejus filius, cum sororem raptam quæreret, Harmoniam Jasionis filiam in uxorem duxit. Quid inibi ad Deboræ tempora actum sit, ignoratur; hoc tantum notasse sufficiat, Phœnicum Linguam Ebrææ similem fuisse.

Priscian. l. 5. PALESTINÆ res hic incipiunt. Sed cum Historiæ illius res in universo orbe gestæ in Antemonarchicis alligentur, ideò illa in principio capitum & articulorum ponitur.

AFRICANA In ÆGYPTO regnavit *Amerses*, quem excepit *Rameses*. Pars verò Cananæorum à Josua pulsorum, si Procopio credimus, in extremam Africam migravit, ibidemque columnam exilii sui testem cum inscriptione, *Nos Maurisi, qui fugimus a facie Josuæ filii Nunis prædonis*, reliquit. *Procop. l. 4. de BelloVandal.* Rediisse dicuntur sub Alexandro Macedone, & per quendam *Gaboam* filium Psisæ cum Jsraële litigasse: sed cum ad dictum Genes. 9. v. 25. respondere intra triduum non potuissent, relictis agris seminatis, & vineis plantatis aufugisse finguntur. *Schikard. in Mischpat. hammelech.*

EUROPÆA Quantum ad SVECIAM, *Berico* seu *Ericus*, primus ex Scandinavia exercitum in transmarinas oras, Ulmerugiam præsertim, quæ nunc Borussia, traduxit, easque sibi subjugavit. Ab hoc Regum Gothicorum extra patriam series incipit. Fuere autem ad nativitatem Christi, præter Bericonem, *Gaptus, Augis, Amalus, Baltus*, sub quo Gepidæ ad Valachos concessere; *Gadaricus*, *Philimerus*, qui exercitum ad paludes Mæotides transtulit; *Tanausius*, qui in Asiam duxit; *Zantes Philosophus*, *Sagillus*, Atheniensium & Corinthiorum hostis; *Magn. in Hist. Sueon. Johannes Magnus l. 1. & 3. Hist. Sueon.*

Pena-

Penaxagoras, Herculis Affinis; *Thelepsus*, Græcorum in Trojano bello socius, &c.

In GERMANIA floruit *Ingram*. OCCIDENTALIA.

In ITALIA vixit *Faunus Priscus*. Berof. l. 5.

2496 Apud SICYONIOS *Corax*.

Apud ARGIVOS reddidit solū siticulosum fœcundum *Danaus*, & Ægypti fratris sibi reconci- Pausan. in

2496 liati quinquaginta filiis ex Euryope susceptis, totidem suas filias fraudulenter (omnes enim per easdem unâ nocte interfecit, unico Lyncæo excepto, cui Hypermnestra contigit) elocavit. Lacon.

In BOEOTIA fortè tùm post Ectenas, *Hyantes* & *Aones* fuere.

2509 ATHENIS vixit *Pandion*, Prognes & Philomelæ Pater.

Sacra.

Inter ISRAELITAS circumcisionis ritus, (hic cultris lapideis è silice factis, seu testa samia peragebatur, prout id adhuc apud Æthiopas circa Caput Bonæ Spei in usu) revocatus est; manna cessavit; Sabbathici & Jubilæi anni (in illis nec agri colebantur, nec condictio certi ex mutuo reddebatur) inchoati; Tabernaculum Schilunte fixum; & Eleazaro *Phineas Filius* in *Pontificatu* successit. Apud ETHNICOS Jasion *sacra matris Deorum* per uxorem Cybelem, & filium Corybantum curavit. In iisdem postea Sacerdotes castrati ministrabant; Sanguis ex lacertis libabatur; per singulos annos arbor pinea cædebatur; inque media Simulachrum juvenis subligabatur. Romani *Taurobolia* ipsis adjunxere, in quibꝰ initiandus, sanguinem à tauro immolato defluentem toto corpore excipiebat: consecrationis tanta efficacia-

Kamirez in Pentacont. cap. 4.

Euseb. in Chron.

efficacia erat, ut se renasci crederent. Phlegias templum Apollinis Delphici (in quo Pythia, lauro prius manducata, vittata, cortinæ diductis fœminibus insistens, per pudenda responsa dabat, consulentes lauro redimiti in tabellis quæsita scribebant, redeuntes unam coronam capiti, alteram fronti, tertiam collo adhibebant) quod Apollo filiam Coronidem viciasset, & ex ea *Aesculapium* genuisset, incendit. Danai Filiæ *Thesmophoria* (in quibus Eretrienses mulieres carnes ad solem assabant; Syracusani postea, muliebria ex sesamo & melle facta, Cereri & Proserpinæ offerebant) instituere. 2449

Meurs. in Græc. feriat. l. 4.

Articulus II.
DE
OTHONIELE.
Anni sunt 40 ad annum 2558.

POst mortem Josuæ Seniorum consilio res gerebatur. Cum verò, debellato Beseo, & captis Hierosolymis, contra divinum mandatum Chananæis parceretur, vitia ita ingruerunt, ut Deus irritatus, Chusanem, Syriæ interamnis Regem, illis immitteret. Hic verò per octennium eos pressit, nec citius destitit, quam pœnitentiâ actâ, divinum auxilium, impetrassent. Tum excitatus est *Othoniel*, Calebi e fratre nepos, qui Syrios vicit, & primus post Josuam, in Judicem electus est.

Judic. c. 3. Joseph Antiq. l. 5. c. 3.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA In ASSYRIA sedit *Balatores*, cui successit *Lamprides*. 2518

In

2558 In CRETA Minos feliciter fratres debel- *Herod. l. 1.*
lavit; quorum alter *Sarpedon* in Ciliciam fugit, *Gell. f. c. 12.*
ibidemque re contra Lycios (hi post mensem demum testimonia ferebant, falsi convictos divendebant, ipsorumque bona in fiscum redigebant) bene gestâ, partem regni ab Herodoto accepit: alter, *Rhadamantus*, in Bæotiam concessit. Ibi- *Euseb. in Chron.*
2532 dem monte Ida accenso, ferri emolliendi ratio inventa est.

2536 In PHRYGIA successit, fratre coloniam in Zacynthum ducente, *Erichtonius*, qui & ma- *Pausan in Arcad.*
ximas divitias corrasit; nec potuit ipsi unquam persuaderi, bellum minus periculi quam emolumenti adferre. Ibidem potuit esse & *Gordius*, ex *Justin. l. 11.*
rustico exiguum agrum, & duo juga boum possi- *Arrian. l. 5.*
dente, Rex factus.

2520 In Ægypto fuit *Amenoph II.* post quem *AFRICA- N. 1*
XIX. Manethonis Dynastia cæpit, cujus primus
2539 Rex erat *Sethos* Diospolita.

In SVECIA imperavit *Humulfus*. *EVROPÆ OCCIDENTALIA.*
In GERMANIA *Ingramus*.
In ITALIA, *Amnus*.

2526 SICYONI *Epopeus*, cum quo bellum, ob raptam sororem Antiopen, *Nycteus* gessit, præfuit.

ARGIS Lynceus Hypermnestræ maritus, *Berof. l. 5.*
ad quem ab Hygino certamen, ἀσπὶς ἐξ ἄργυς *Pausan. l. 2. V. G.*
dictum, refertur, imperavit.

In BOEOTIA Cadmus ex Thracia dives *Hygin. fab. 273.*
reversus, Draconem Regem cum liberis & amicis se opponentem interfecit, Thebas cum arce Cadmæa condidit, Enchelienses contra Illyrios *Idem. l. 9. V. G.*
defen-

defendit, Literas Græcas invenit, & regnum *Polydoro* filio, ac post eum *Labdaco* nepoti, cujus tutorem Nicteus ille, à nepotibus ex sorore Amphione & Zetho post occisus, egit, reliquit. Frater Cadmi Phœnix Bithyniam urbibus instruxit. Lege apud eosdem erat cautum, ne civi infantem sub capitis supplicio exponere liceret; in
Ælian. l. 2. H. V. maxima egestate constitutus, ad Magistratum fasciis obvolutum ferebat, hic acceptum alicui committebat. Adultus servi loco erat.

Strabo. l. 7. Geogr. Apollodor. ap. Meurs. l. 2. Regni Attici. Suidas. Pausan. in Atticis.

ATHENIS *Pandion*, dum regnum amplificare studet, bello se cum Labdaco vicino Rege intricavit; in quo *Thereum* Thraciæ & Dauliæ regionis, quæ Phocis post dicta, Dominum, fœderatum habuit, eidemque filiam suam *Prognen* 25
in uxorem dedit. Excepit eum *Erechteus* frater, 25
qui judicium ἐπὶ πρυτανείῳ instituit, in quo res inanimæ, facinoroso latente, judicabantur, judices Φιλοβασιλεῖς dicebantur, res, quæ occidit, exterminabatur. Origo ex Buphoniis: Ex horum etiam ritu, tres familiæ nomen suum Athenis accepere, A circumagente οἱ κεντριάδαι; a percutiente βουτύποι; a mactatore vero δαιτροί.

Euseb. in Chron. Strabo, l. 7.

In THRACIA (hujus incolæ religioni in- 2
dulgentes ab animantibus abstinebant, ob Dei vero culturam *Deicolæ* & *Capnobatæ* dicebantur) *Thereus* Philomelæ prosorori suæ, ad se aliquando visenti, vitium obtulit, & eandem, præcisâ
Strabo l. 7. linguâ, stabulo inclusit. Re detectâ, Progne uxor, ut scelere scelus ulscisceretur, *Itym* filium mactatum marito apposuit, &, ne vindictam sumere posset, subita fuga Athenas redierunt, ibidemq; cum patre mærore & luctu contabuerunt. Poëtæ i-

tæ itaque eas in aves conversas fingunt, quarum altera, nempe hirundo, sub tectis; altera, nempe luscinia, in sylvis lugubrem cantum edere consvevit. Thereus in upupam, avem fœdam, abivisse, prout Itys in phasianum, dicitur.

SACRA.

Apud ISRAELITAS egit summum Pontificem *Pinehas*. Ipsi Astarotham, sive ab imaginibus ad formam ovium factis; sive à victimarum multitudine sic dictam, (insigne ejus taurinum caput, inventum stella ex aëre delapsa, fronte curvatos imitabatur ignes, & Lunæ præ se ferebat speciem, sacerdotes *Kedeschim*, id est, scortatores dicebantur) colebant. Inter ETHNICOS Epopeus *Minervæ*, Cadmus *Neptuno* templa dedicavere; cumque ille, opere jam absoluto, Deam, ut sibi indicium gratæ fani dedicationis daret, precaretur, statim oleum ante templum fluxisse, dicitur. Erechteus *Eleusinia* sacra majora, (in quibus initiatio noctu fiebat; initiandis mentes puras & linguæ peritiam habere jussit, muliebre membrum inter cætera ostendebatur, mysteria ne ipsis quidem Diis divulgare licitum, & ut eloqui, ita audire nefas; si quis non initiando aperuisset, morte ex lege plectebatur) instituit, & in ipsius filiæ Orytiæ à Borea raptæ honorem *Boreasmi* exorti sunt, & ipsum affinem sibi precabantur. Addi his possunt *διιπόλια*, & *βουφόνια* dicta, Jovi *πολιαίῳ* dicata, & ritu ridiculo peracta. Mensa in arce ænea ponebatur, in ea mola ac liba, circum hanc boves agebantur, e quibus qui in mensa posita degustasset, mactabatur, sacrorum peractor *βούτης* dicebatur, qui simul

Seld. Synt. 2. c. 2. de Diis Syris.

Pausan. in Chorinthiacis.

Meurs. in Eleusiniis.

Meurs. Græc. fer. l.

ſimul ac bovem interfeciſſet, abjectâ ſecuri aufugere ſolebat: Athenienſes verò, ceu incognito cædis auctore, in ſecurim ſententiam pronunciabant.

Articulus III.

DE

EHUDE.

Anni ſunt 80. ad annum 2638.

DEfuncto Othoniele, redière ad priſtinam vitam Iſraelitæ. Ideò DEVS illis Eglonem Moabitam (qui eos octodecennali ſervitute, omnem emergendi occaſionem præcidendo, preſſit) immiſit. His exactis *Ehudem*, hominem obſcurum, vindicem eis excitavit, qui Eglonem in interius cubiculum, ſpe quorundam arcanorum aperiendorum, ſeductum occidit, & Ephraimitarum auxilio Moabitas attrivit. Ejus tempore Benjaminitæ in bello, propter libidinis in Levitæ uxore commiſſæ patrocinium ſuſceptum, omnes, exceptis ſexcentis, occiſi ſunt. *Samgarus* in agro armenta ducens, ſuo pedo ſexcentos latrones proſtravit. *Ruth* vero Moabitis, in cujus libro unius ex ſexcentis tribus legibus fit mentio, (nimirum ut quis fratris defuncti uxorem ducat, aut ſi nolit, in publico conſeſſu, calceum ſibi extrahi, & cum infami exprobratione in os exſpui patiatur) *Boaſo* nupſit, & ei *Obedum*, Davidis avum peperit. 2573

Joſeph. Ant. l. 5. c. 5. Jud. c. 3.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA In ASSYRIA fuêre *Soſares* & *Lampraës*. 2590
In CRETA natus eſt Minoi ex Itome filius *Lyctius*. 2610

In

2582 In PHRYGIA regnavit *Tros*, & post eum *Diodor. l. 5.*
2621 *Ilus*; ille Trojam condidit, & *Tantalum*, divitem *c. 77.* Sypili Regem, bello, quod Ganymedem filium suum, Jovi Europæo donaria ferentem, raptum in Cretam misisset, petitus, in peninsula Græciæ cum *Pelope* filio sedes quærere coegit. *Ilus* Trojam amplificavit, & arcem Iliam, cujus & nunc rudera extant, condidit. Hic verò est ille *Pelops*,
2629 qui postea *Oenomao*, Pisεæ regionis Rege, Myr- *Idem l. 5.* tilli aurigæ fraude (spem ipsi primæ noctis fecerat) *c. 75.* in cursu victo, filiam ipsius *Hippodamiam* à multis procis expetitam, cum regno accepit, & *ludos Olympios*, qui sexagesimi cujusque mensis lunaris die XV. haberi debebant, instituit. Auriga ipsius fuit *Cillus*, quem cum in itinere ad Oenomaum proficiscens amisisset, justa ei splendidè persolvit, & eodem in loco urbem *Cillam* condidit.

2590 In ÆGYPTO fuit *Rhabsaces*. *AFRICANA*

In SVECIA fuit adhuc *Humulphus*. *EVROPÆA OCCIDENTALIA*

2579 In GERMANIA *Adalgerus*, cujus filius Bojos in regionem, in qua jam sunt, deduxisse dicitur.

In ITALIA *Janus* Apollinis & Creusæ F occupato monte, Janiculum urbem exstruxit, & La- *Dionys. Halic. l. 1.* tinorum Dynastiam fundavit. Falsò putatur esse Jon, Xuthi ex Creusa Filius, Achæi frater.

Apud SICYONIOS imperavit *Laomedon*, *ORIENTALIA.* qui postquam uxorem Atheniensem Pheno, Clytii filiam, duxisset, bellum contra Achæos, Archandrum & Architelem, suscepit; & *Sicyon*, qui antecessoris in bello socius, ductâ in uxorem ejusdem filiâ *Zeuxippe*, regnum obtinuit, & urbem Sicyonem condidit.

ARGIS fuere * *Abas*, *Prœtus* † & *Acrisius*. * *Ille* solo nomine notus est; *Istius* filiæ, à Junone in furorem, ut se vaccas crederent, quòd formâ quâ præstabant ei se præferre auderent, versæ, à *Melampode* helleboro curatæ sunt. *Acrisius* à Perseo, suo ex filia Danaë (quam metu responsi ab oraculo accepti turri munitissimæ inclusam Juppiter in aureum imbrem conversus imprægnaverat) nepote ex Ægypto reduce, dum casu in disci jactum incidisset, interfectus est, & finem regnum Argivorum accepit. Scilicet, Perseus pudore suffusus, novum *Mycenis* regnum erexit, & illud cum Argivo in unum conflavit. Et tantum de regno Argivorum sufficiat. Sancitum apud eos lege fuit, ne sacrificiis quicquam adhiberetur

Herod. l. 4. Atticum, ne fictile quidem; sed imposterum chytridiis quique vernaculis biberent.

Pausan in Bœoticis. In BOEOTIA Amphion, Epopæ Sicyonii Regis F. Niobes, quæ ob πολυτεκνίαν Latonam suo malo (liberos celerrimè omnes amisit, & in saxum, quod lugentis præ se formam ferre, & fontem aquarum instar lachrymarum prorumpentium habere testatur *Pausanias*, abiit.) despiciebat,

Diodor. Sicul. l. 5. c. 76. maritus, Lajum Labdaci F. Lyco tutore ejus occiso, regno exuit, & oppido, interiore cum Cadmea conjuncto, urbem totam *Thebas* nuncupavit. *Lajus* pulsus à Pelope, de quo ante hac liberaliter habitus malam gratiam, violato filio ejus notho Chrysippo, eidem retulit; ideo triste ab oraculo responsum accepit. Oraculi verba hæc sunt: *Laje Labdacida sobolem petis, ecce futura est Illa tibi: sed tu fatum statuisse teneto. Illius manibus te tollere, sic quia censet Juppiter, à precibus Pelo-*

pis

pis persuasus amaris, Cui natum rapuisti, & qui hæc tibi cuncta precatur.

LACEDÆMONE fuit *Cynortas* filius Argali, & post eum *Oebalus*, à quo ad Menelaum fuere *Tyndareus*, *Hyppocoon*, *Castor* & *Pollux*. *Strabo l. 11. Pausan. l. 3.*

Quantum ad THESSALIAM, pulsus est ex ea *Xuthus*, Deucalionis ex Hellene F. nepos, & fugit Athenas, ibidemque ex Creusa ejus Regis F. *Pausan. l. 7.*
2591 *Achæum* & *Jonem* genuit. Fugit inde in Asiam
2590 & *Phryxus*, Deucalionis abnepos, novercæ ad Melicertam F. (in cujus honorem ludos *Glaucus* Bellerophontis pater instituit) omnia rapientis insidias cum *Hella* sorore (quæ submersa Hellesponto nomen imposuit) declinans. Sequentia sub Abimelecho vide.

ATHENIS *Erechteus* bellum Eleusiniis, apud quos nuper *Celeus*, & post eum *Triptolemus* regnaverat, intulit; & *Eumolpum* Thracem magno barbarorum numero, ipsis suppetias ferentem, immolatâ ex responso oraculi, ex Praxithea Lephisi Regis Thebani filia, Proserpinâ filiâ, vicit. Successit ei à terra absorpto, seu fulmine a Jove Neptuni rogatu icto, *Cecrops II.* qui Athenienses in vicis habitantes, in duodecim urbes tribuit, coloniam in Eubœam deduxit, ibidemque Athenas Diadas condidit. Praxitheæ illius præclara extant hodieque apud Lycurgum verba: *Pausan in Atticis Stobæus serm. 38. Strabo l. 9.*

χρῆσθ' ὦ πολῖται τοῖς ἐμοῖς λοχεύμασι
σώζεσθε, νικᾶτ'. ἀντὶ γὰρ ψυχῆς μιᾶς
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τὴν δ' ἐγὼ σώσω πόλιν.

In THRACIA fuit *Eumolpus* iste, de quo nunc actum.

MYCENIS erexit, ut dixi, novum regnum *Perseus*, illudque cum Argivo in unum conflatum, & fratris patruelis, Seriphi insulæ Domini, regnis auctum *Stheneleo* filio regendum commisit.

S A C R A.

Apud ISRAELITAS fuit adhuc summus Sacerdos *Pinehas*. Inter Ephraimitas idololatria, cujusdam mulieris & filii ejus Michæ occasione, exorta est; quam Danitæ, seu superstitione, seu oraculi eventu adducti, in totam familiam deri-

Meurs.Græc. fer. l. 1. vaverunt. Apud ETHNICOS Argivi *Agrania*, quæ cum Agrianiis mortualibus eadem videntur, in honorem unius ex Præti filiabus celebrabant.

Pausan. Eliac. 1. Hippodamia apud Eleos nomini Junonis cursum virginum instituit. Cursus virginibus propositus in classes pro ætate tributis. primæ erant impuberes, hinc majores natu, tum maximæ; Capillo passo, tunica ad genua demissâ, dextro humero ad pectus exerto, cunctæ. Præsides sedecim matronæ, quibus ministræ totidem. præmium corona ex olea, pars ex immolato bove; pictasque imagines dedicare permissum. Myrtillus quotannis statis parentalibus à Pheneatis, apud quos Cereris Eleusiniæ fanum erat, tanquam Mercurius cultus est; Prope illud fanum lapides duo, alter alteri superimpositus, eminebant, quos cum

Pausan. in Arcadic. anniversarii sacri dies appropinquarent, disjungebant, atque inde literas, quibus pompæ ritus consignatus erat, educebant. Erechteus post mortem inter divos relatus, templum & sacerdotem.

tem, qui in festo *Sciræ* albam umbellam gestabat, in urbis arce obmuit. Epidaurii quoque, cum, ut oleam incidere liceret, peterent; quotannis se ipsi & Minervæ urbanæ sacra facturos, recepere. Perseus ignis cultum invenisse dicitur. Cum enim procellam ad Siphium, ad ipsius preces, fulmen ignei globi instar subito delapsum sedasset; ignem ex eo accendit, & in regia πυρεῖον exstruxit. Tantus post ipsius apud Persas cultus, ut & Pyropo quasi flammas emittenti, honorem haberent; & nihil illis denegaretur, qui ignem se in flumina delaturos minarentur. Phryxus Leucotheæ in Moschica regione templum crexit, in quo aries non immolabatur. In Colchide cæptum est hospitum cædibus litari. *Phemonoe* Prophetissa, primo afflatu Apollinis agitata, versus hexametros Delphis effudisse dicitur.

Articulus IV.

DE

DEBORA.

Anni sunt 40. ad annum 2678.

Ehudi tempora aliquot annorum quies excepit, hanc, vitiis Israelitarum flagitantibus,
2648 servitus insecuta est. *Jabinus* enim, qui Hasorem, antiquam majorum suorum sedem, in tribu Nephatali obtinebat, non tantum omnes civitates Israelitarum, duce *Sisara* occupavit, sed & vires suas horribiles reddidit, eosdemque per XX. annos pressit. Illis exactis, vocavit Debora, cujus
2668 domus tunc loco oraculi, vindicem *Baracum* Zabulonitem; qui vocatione suâ approbatâ,

Judic. c. 6. Joseph. Antiq. lib. 5. c. 6.

montem Thabor, Gileaditis, Danitis, & Merositis absentibus, cepit; obsidentem se Sisaram in fugam vertit, &, ut junctis post viribus deleretur Jabinus, effecit. Sisara in fuga ad Heberum Cineum divertit, ubi cum obdormisset, à Jaële uxore ejus occisus est.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA. In ASSYRIA fuit *Panyas* *, cui successit * 2640
Beros. l. 5. *Sosarmus* †. Sub eo *Tithonius*, regni Trojani hæ- † 2675
Diodor. Sicul. libr. 5. res, in Assyriam venit, & postquam virtutem suam variè probasset, Titanum ordini adscriptus Persidis præfecturam obtinuit.

In CRETA natus est *Lycasto* ex Ide, Corybantis filia, *Minos II.*

In PHRYGIA majore *Midas* Gordiæ F. (à quo insolubilis ille nodus è cornus libro nexus est) quia omnia, quæ à suis agebantur, comperta habuit, asininas aures obtinuisse; quia res pru- 264-
dentia pari composuit, aurea, quæcunque manibus contrectavit, effecisse putatur. Idem anchoram & blumbum album & nigrum invenit, & ut in luctu tibia obliqua caneretur, instituit.

TROIÆ, cedente sponte Tithonio, regnum fratri debitum insedit *Laomedon*, qui Trojanam arcem exstruxit, & illi rei thesauros Neptuno & Apollini dicatos, infeliciter nimis (Neptunus sanè inundationem; Apollo pestem, quæ alia ratione sopiri non poterat, quam annua Trojanæ virginis, quam sors tetigisset, dilaniatione, novæ urbi immisit) impendit. *Tithonius* autem, dum sic in Oriente, spretâ patriâ, vivere gestit, occasionem dedit fabulæ de amore & raptu auroræ, quam non nulli ad venationum studia, quæ matutinum tem-

tempus præcipue poſcunt, trahunt. Filia Laomedontis *Antigone*, cum ſe ob formæ pulchritudinem Junoni præferre auderet, ab eadem in ciconiam converſa eſt.

2640 In PHOENICIA geſtum eſt cum Chaldæis bellum; unde Aſſyrios ſuam potentiam ad Sardanapalum non perpetuaviſſe, patet. AFRICANA

* In ÆGYPTO ſunt * *Amenophis* & poſt eum
2651 † *Rameſes*.

† In SVECIA imperavit *Humle* qui filiam EVROPÆA
2671 ſuum Danis dedit.

* In GERMANIA fuit *Ulſing* * ſeu Ulyſſes,
2673 Aſcheburgi ad Mœnum conditor.

2654 In ITALIA *Picus* ex Arcadia à Pelope, de quo poſt ejectus, laurentum exſtruxit, & Saturno ſucceſſit.

In DANIA *Danus* Humle F. Sialandiæ Dominus, à Juttis evocatus, Fionia, Scania, & aliis Inſulis ſubjugatis, novi regni fundamenta poſuit, & incolas *Danos* nominavit. Ab eo ad Joſaphati tempora fuere, *Humlus*, quem Lotherus frater regno ſpoliavit: *Lotherus*, qui omnem ferè nobilitatem extinxit; *Skioldus*, qui impias leges abrogavit, & urſum anno ætatis XV. ligavit: *Gramus*, qui primus, occiſo Svecorum Rege *Sictrugo*, Daniæ Sveciam adjunxit, Svarinum præfectum, regni affectati ſuſpectum, interfecit, & a genero ſuo oppreſſus eſt; *Guttormus* deniq; qui ab affine quidem regno impoſitus eſt, ſed tamdiu eidem tributa exſolvit, donec is ab Hadingo, ſuo fratre, interficeretur. Tum Temporis Dani, ex more gentis Regem electuri, affixis humo ſaxis inſiſtere, ſuffragiaque ſeorſim depro- Pontan. Hiſtor. Danica.l.1.

Pontan. l. 1. Histor. Danica. mere singuli consueverant: è firmitate subjectorum lapidum, de facti constantiâ quasi omen capiebatur.

SYCYONE fuit *Polybius*.

Pausan. l. 2. In BOEOTIA natus est Lajo ex Jocasta filius, qui ob trajectos ferro pedes, propter terrorem ab oraculo incussum, *Oedipus* dictus, expositus, & a pastoribus Polybii Sicyonis in aulam allatus, ab illius improli uxore pro filio educatus est. 2641

Diodor. l. 5. c. 66. Appollodor. apud Meurs. l. 2. Attic. Regn. c. 15. Plutarchus in Theseo. Athen. l. 13. ATHENIS Pandion II. Cecropis Patrui successor, seditione ab Eupolemo Metionida Sicyonis & Dædali Fratre, orta; ad Pysam Megarensium Regem, socerum, se contulit, ibidemque successionem in regno expertus est. Excepit eum Athenis *Ægeus F.* qui ab oraculo de liberis, postquam è duplici matrimonio nullam prolem suscepisset consulto, redux, Æthram Pitthei Troëzenii filiam imprægnavit, & τὸ ἐπὶ δελφινίῳ, in quo, qui commisisse cædem fassi, jure se fecisse contendebant, judicabantur, instituit. Sed & Sicyon regnum Ægialis matrimonio Zeuxippes acquisivit. *Dædalus* verò qui in rudibus antea statuis, membra confusa primus distinxit, & quædam simulachra argento vivo, infuso αὐτοκίνητα fecit, quòd Talum ex sorore nepotem Votæ figularis, & torni inventorem, invidiâ stimulatus interfecisset, ab Areopagitis morti addictus, in Cretam fugere coactus est. Ibidem judicium ἡλιαῖα dictum à mille judicibus insigni jurejurando adstrictis celebratur, qui negotia universa Reip. tractabant; duos obulos a Colacreta mercedis loco accipiebant,

bant,

bant, & iisdem, si ante signum datum venissent, excidebant.

ARCADES occiso fraude a Pelope, qui primus exequiale sacrum carmenque minoribus umbris utile, monstrasse fertur, Rege *Stymphalo*, potentiæ ipsius cessere, qui eos ita afflixit, ut pars Duce Pico in Italiam migraret. *Diodor. lib. 5. c. 57.*

In THARCIA quis fuerit, ignoratur.

MYCÆNIS præfuit *Eurystaus*. Perseus autem Gorgonas, Medusæ subditos, vexavit, Mauritaniam, Atlante fugato, expilavit, ludum literarium in Helicone instituit, in Æthiopiam penetravit, ibidemque nuptias cum Andromeda Cephisi Regis ex Cassiope F. celebravit, & *THarsum* in Cilicia, ac *Iconium* in Lycia condidit. Filia ipsius *Gorgophone* ausa est prima, *Persere* mortuo, nuptias secundas, & quidem cum fratre ejus *Oebalo*, celebrare.

SACRA.

Apud ISRAELITAS fuit adhuc summus Pontifex *Pinehas*. Apud ETHNICOS fit mentio *templi Eleusinii*, quod Eumolpus condidit; nec non *sacrorum Bonæ Deæ*, quibus regionem Midas implevit, & tutiorem se illis in omni vita, quam armis, esse, vulgo persuasit.

Articulus V.

DE

GIDEONE.

Anni sunt 40. ad annum 2718.

CUm post mortem Deboræ & Baraci rediissent ad ingenium Israelitæ, traditi sunt in

septennium affligendi Midianitis. His elapsis, ex-
Judic. 6. 7. citatus est per Angelum *Gideon*, qui mox ostento 2687
Joseph. Antiq. l. 5. c. 7. 8. confirmatus trecentis stipatus concubiâ nocte, hostes ita perterruit, ut CXXXV. millia mutuis vulneribus conciderent, reliqui, cumque eis *Oreb* & *Zeeb*, seu *Corvinus* & *Lupatius*, duces, ab Efraimitis indignantibus, quod non statim ad præliandum vocati fuissent, interficerentur. Re-
Jud. c. 8. 9. gnum ob virtutem oblatum respuit, Phaneulitas autem & Succotenses, commeatum militi Reges persequenti negantes, castigavit.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA In ASSYRIA fuit * *Mithreos*. *
Plin. l. 7. c. 56. In CRETA *Minos II.* leges ex antro Jovis 2717
petitas promulgavit, maris imperium acquisivit, 2686
in Insulis Lelegas oppressit, Pyraticam sustulit, & Cycladas insulas, ab Apollonio inde *Minoidas* dictas, novis coloniis auxit. Inter cæteras ipsius leges fuere & istæ, ut pueri in cætus quas ἀγέλας
Ephorg apud Strab. l. 10. dicebant, itarent: adulti ad ἀνδρεῖα, in quibus pauperes indifferenter cum divitibus vescebantur, ambularent, a teneris ad arma & labores, ad calcandas acclives asperasque vias, expediendos inferendosque in gymnasiis solemnibus ictus, sagittas jaciendas, cantum militarem, & cœtera assvefierent. Ibidem Dædalus *Labyrinthum* extruxit.

In PHRYGIA occisus est Laomedon ab *Hercule*, & Ilium expugnatum est.

AFRICANA In ÆGYPTO fuit adhuc *Rameses*.
Magn. H. S. l. 2. SVECIS forte præfuit *Gothlias*. 2727
EVROPÆA Ex GERMANIS Cimbri Duce Geltero ex- 2702
peditionem in Asiam suscepisse, & cum Laomedonte

donte Trojanorum Rege fœdus inivisse di- Liv. l. 1. Hist.
cuntur.

2695 In ITALIA regnavit *Faunus*, cujus tempore *Evander*, F. Nicostratæ, quæ dicta est *Carmenta*, cum patrem imprudens interfecisset, colonos ex Arcadia in Italiam traduxit, & ejus consilio *Pallantium* inhabitavit.

SICYONE fuit *Janiscus*.

2668 In BOEOTIA *Oedipus*, consulto de origine sua oraculo, factum fugiens in idem incurrit, & Lajum patrem cedere de via sibi nolentem, per ignorantiam interfecit: mox Thebis à Sphinge liberatis, Jocastam matrem in uxorem duxit, & ex ea *Eteoclem*, *Polynicem*, *Antigonem*, & *Ismenem* suscepit. Diodor. l. 4. c. 66.

ATHENIS ortum est sub Ægeo cum Minoe
2709 Cretensi, ob Androgei ipsius filii cædem in Panathenæis commissam, bellum. Victi Athenienses, liberos suos Minotauro interficiendos tam diu
2712 mittere coacti sunt, donec à *Theseo*, Ægei ex Æthra; Pitthei Reguli Troëzenii filia, Filio, ducta Ariadnes occideretur. Hic post in locum parentis, (ex Veli, quod lugubre (dederat abeunti Ægeus candidum, quod, si victor rediret, expandere jubebat) ex oscitantiâ relictum erat, conspectu perterriti, susceptatus, cum Hercule magnam amicitiam coluit, ex duodecim oppidis è Cecrope institutis unam urbem fecit, illam in Patricios, Agricolas, & Opifices distribuit; Rempublicam popularem instituit, & Amazones, quæ ex Cappa-
2717 docia & à Thermodoonte fluvio prodierant, &
2701 sedes circa Mæotidem paludem & Tanain fixerant, duce Orythia bellum sibi moventes, profligavit. De

Diodor. Sicul. l. 4. Apollodor. apud Meursi. l. 3. c. 8. regni attici. Plutarch. in Theseo. Justin. l. 2.

De ARCADIA nil scitur ad Tempora Jairi.

MYCÆNIS fuit *Eurystheus* & Herculem, Stheneli ex nepote Amphitruone (hic Electryonem suum patruum clavæ aberrantis ictu occiderat) pronepotem, duodecim periculis exposuit, ex quibus tamen incolumis evasit. Mortuo eo, devenit regnum ad *Atreum* & *Thyestem* Pelopidas, & illi natus est *Plisthenes*, pater Agamemnonis & Menalai. Circa hæc tempora floruere *Linus*, qui Cosmogoniam syderumq; cursus scripsit: *Chiron*, qui modum vulnera sanandi ostendit, discipulos non minus agere quã loqui docuit, eosdemque Musica, Astronomiâ, & Venatione recreavit: *Orpheus* Musæi præceptor, cujus caput in Lesbo post mortem vaticinatũ dicitur. Fuit & *Thamyris* Poeta, ac Musicus jucundissimus. 2680 2700

Pausan. in Lacon. *Gyrald. Dialog. 2. de Poëtis.*

SACRA.

Apud ISRAELITAS fuit adhuc summus Pontifex *Phineas*, Gideon vero Baalis arã evertit, & lucum incendit, sed amiculo ex spoliis bonâ intentione Hophræ statuto, occasionem divinũ cultum prophanandi dedit. Inter ETHNICOS fit apud Athenienses mentio *Panathenæorum*, *Pyanepsiorũ*, & festi *Ariadnæi*. In *illis*, honori Minervæ datis, *minoribus* quidẽ bovẽ urbes omnes, quæ coloniæ Atheniensiũ, mittebant, & certamina nemo in tincta veste spectabat; *majoribus*, Panathenaicę navis velum, per Ceramicum ad Cereris Eleusiniæ provoluta, senibus cum oleæ ramis, viris & mulieribus cum armis, inquilinis cum ligonibus, virginibus cum canistris præcedentibus, pueris tunicis, quæ πανδαμενοὶ, amictis agmen claudentibus, deducebatur, & in arce deductum, ablutum, Minervæ simulachro, cui lectus è floribus para-

Judic. 6. 8. *Meurs. Panathenaic. c. 6. ad 15.*

paratus erat, insternebatur. In *istis* fabæ coquebantur, & oleagineus ramus, εἰρεσιώνη dictus, lanâ coronatus proferebatur. In *hoc* adolescens *Plutarch. in* in lecto cubans, omnia, quæ parturientes solent, *Vita Thesei.* faciebat. Aegeo delubrum erexit Theseus, & *Pausan. in Atticis.* Familiis à tributo liberatis sumptus ad facienda *Hildvin. in* sacra imperavit. Quinque illæ Athenarum re- *Dionys. Vita* giones suos singulæ Deos habebant. Saturni & *l. 2.* Priapi statua variarum illusionum in *primâ* colebantur dementiis. Sub miræ magnitudinis therebinto, Sylvani & Fauni simulachra, statutis diebus, pastores in *secundâ* venerabantur. Simu-
690 lachrum Neptuni & Dianæ effigies in *tertia* adorabatur; eodemque recursus totius populi, Lunâ
700 renascente, confluebat. In *quarta* idolum Martis & simulachrum Herculis multis immolationibus placabatur. In *quintâ* denique staticulum Mercurii, veneratione sui, mente cœperat urbem. Huc referri potest duplex *Adonidis festum*, qui bipertito anni tempore semestre unum in Complexibus Proserpinæ, alterum in Veneris agere *Plutarch. in* fingebatur. In utroque simulachra circumfere- *Alcibiade* bantur, & horti ex fœniculo & lactucâ, in qua Ado- *&* nidem occisum Venus deposuisse dicitur, facti, *Nicia.* cum omnis generis fructibus, & passim per totam urbē Εἴδωλα νέκρεις ἐκκομιζομένοις ὅμοια locabātur, quibus mulie-res funus ac lessum faciebant.

Articulus IV.

De

ABIMELECHO.

Anni sunt 3. ad annum 2721.

2718 Abimelechus Gideonis F. nothus LXX. frates, Gideonis legitimos filios, excepto Jothamo *Joseph. Antiq. l. 5. c. 8.*

matu-

mature sibi fugâ consulente, in uno saxo occidit, & imperium, Sichemitis auxiliantibus, ad se pertraxit. Cum verò post ab iisdem contumeliosis verbis proscinderetur, irâ percitus (*gravius contumeliam ferunt homines, quam damnum*) eorum civitatem evertit, & sale conspersit: sed dum eandem rabiem in oppidulum Theben effundere vult, à muliere fragmento molaris desuper feritur. Et quia illius manibus perire dedecus putavit, armigero se conficiendum præbuit.

Jud. c. 9.

2718

CONTEMPORANEA.

ASIATICA

In ASIA nil apud ASSYRIOS & CRETENSES occurrit.

In PHRYGIA gessit bellum cum Amazonibus *Priamus*, in quo illæ Myrintam amisere. Prodierunt autem ex Cappadocia & Thermodoonte ejus fluvio, & sedes sibi fixerunt circa Mæotidem paludem & fluvium Tanaim. Equites erant, arcubus utebantur, sagittas ex equis cum hostibus congredientes jaculabantur, nec prius devirginabantur, quam hostium tres confecissent, nec prius maritis cohabitabant, quàm sacra Deo more patrio fecissent. Quod si quæ virum accepisset, ab equitatu libera erat, nisi necessitas cogeret universali expeditione omnes armari. Sinistram mammam non habebant. Nam puellis adhuc infantibus matres æreo instrumento in hunc usum parato, igneque candefacto, eam auferebant, & exurebant, ne iterum succrescere contingeret, atque ut omnis vis & robur in dextrum humerum & brachium conferretur. Justinus ait, ante Orythiam, quæ cum Atheniensibus bellum gessit, duas fuisse, *Marpesiam* & *Lampetem*, quæ in duas partes

Hippocrat. de Aëre, Aquis & Locis.

Just. l. 2.

partes agmine diviso, vicibus gerebant bella, solæ terminos alterno defendentes, & ne successibus deesset authoritas, genitas se Marte prædicabant. *Orythia* in Marpesiæ locum successit, cui præter singularem belli scientiam, eximia servatæ in omne ævum virginitatis admiratio fuit.

DE AFRICA nil novimus. *AFRICANA*

In EVROPA obvenit THESSALIA, in qua *Jason*, Chironis discipulus, frater Patruelis Nestoris, & filius Æsonis Messeniaci reguli, Phineo vate in Strophadibus insulis consulto, & plerisque Græciæ Principibus ad se pertractis, navigationem in Colchidem (hujus incolæ mortuorum cadavera ab arbore suspendere solebant) conclusit. *EVROPÆA* *Diodor. l. 4.* Interim & Hercules multa egregia in Hispania, Gallia, Italia, Sicilia & Ægypto gessit. *Strabo l 11.* Evandro etiam Arcades & Trojanos captivos reliquit, quibus deinceps mons Capitolinus concessus est. In *Lemno* insula conjurarunt mulieres in viros, & mari- *Euseb. in Chron.*
2729 tis omnibus trucidatis, regnum arripuit *Hypsipyle*, idque usque ad expeditionem Argonauticam, ultra annos octo tenuit. In *Hispania* Toletum in umbilico quasi conditum est, quod nunc muris validissimis, & CL. turribus munitur. *Merula p. 345.* Tum etiam vixit *Amycus* Bebryciorum Rex, qui advenas in Bebrycium nemus provocare, & insidiis circumventos interficere solebat: ipse a Polluce Argonauta cæsus est. *Virgil. in Aeneid.*

SACRA.

ISRAELITÆ Baal-Berithum colebant. *Judic. c. 5.* Apud ETHNICOS instituit Athenis Theseus Ὀσχοφόρια, in quibus Juvenes è singulis tribubus lecti, utrumque parentem superstitem habentes, cursu è Bacchi

Meurs. l. 5. Graec. feriata. è Bacchi templo ad Minervæ τῆς Σκιρράδος, palmitem uvis onuſtum, quem ὄσχην nominabant, geſtantes, certabant. *Meurs. l. 6.* Hæc eſt illa Minerva, in cujus honorem Σκίρρα (in quibus umbella alba à ſacerdotibus Minervæ, Neptuni, & Solis, ex arce Scirum abeuntibus, ferebatur. Inſtructores pompæ, pellibus victimarum Jovi Milichio ac Cteſio immolatarum utebantur; portatio, tempus jam ædificando idoneum eſſe ſignificabat,) celebrabantur. *Pauſan in Corin.* Huc Herculis ſacra pertinent. Sicyonii duorum dierum feſtum celebrabant, unius nomen ὀνομάτων, alterius ἡράκλεια dixere. Sacrificium erat agnus, quem partim combuſſere, partim comedere. *Lactant. l. 1. c. 19.* Apud Lyndum Rhodi oppidum alia erant, quorum à cæteris longè diverſus ritus. Siquidem non εὐφημία, ſed maledictis & execratione celebrabantur, eaque pro violatis habebant, ſi quando inter ſolemnes ritus, vel imprudenti alicui bonum verbum excideret. *Plutarch. in quaeſt. Graecis* Quin & Coi Antimachiæ, ubi ſacerdos mitrâ redimitus, ac veſte muliebri amictus ſacra faciebat.

Articulus VII.

DE

THOLA.

Anni ſunt 23. ad annum 2744.

ABimelechi in locum venit conſobrinus ejus Thola, ſed de tribu Iſaſchar, & diſſimilis vir ingenii. Totos enim XXIII. quibus præfuit annos, pacem continuò in Iſraele ſervavit.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA In ASSYRIA regnavit *Theutamos.* 2744

In

In CRETA fuit adhuc *Minos*, cujus uxor Pasiphaë, quia occasiones adulterii ex labyrintho sumpsit, ideò Dædalus in carcerem conjectus est, ex quo elapsus, in Siciliam ad Cocalum pervenit. *Diodor. Sicul. l. 4. c. 81.*

2727 In PHRYGIA Priamus jussit Argonautas, de quibus mox, finibus suis excedere. Illi vim fecere, & *Hesione* soror ejus pellex Telamonis facta est. *Messala Corvin. de progen. August.*

2733 Apud LYDOS cœpisse *Heraclidarum* hoc tempore familia dicitur. Stirps ipsorum Laomedon seu *Alcæus*, Herculis ex Omphale, Atyadarum Sardis regnantium familiæ, filius. Ab eo ad Ardysum, qui in tempora Usiæ Azariæ incidit, octodecim Reges numerantur, ex quibus *Argos* seu *Meles* Sardes Regnum transtulit, & *Leo* F. dentium os continuum habuit. Reliqui ignorantur. Cæterum inter Attyadas fuit & *Camblestes*, qui uxorem suam dilaniavit & comedit; re vulgatâ, se ipsum jugulavit; & *Adramytes*, qui primus omnium mulieres fecit Eunuchas, eisque vice Eunuchorum usus est. *Athen. l. 12. c. 4. Suidas. Athen. lib. 10. c. 1. Rhodig. l. 2. c. 14. Athen. l. 12.*

* ÆGYPTO præfuit * *Ammenemes*, cui suc- *AFRICANA*
2731 cessit † Thuoris.

† In SVECIA forte adhuc vixit Gothlias, & *EVROPÆA*
2736 exortas inter suos nepotes de regno Daniæ controversias, amoto Lothero, sedavit. *Magn. l. 5. Hist. Sucon.*

* In GERMANIA vixit* *Brennus*, Ulsin-
2727 gi F.

† In ITALIA successit Evandro † *Latinus*, *Beros. l. 5*
26 Herculis ex Lavinia F.

* 2728 SICYONIIS imperavere successivè * *Phe-*

stus, *Adrastus* † (de quo in Bœoticis) & *Polyphides*.* †

Euseb. in Chron. 274

In BOEOTIA Oedipo, postquam ex Tiresia vate, qui ostentorum & somniorum interpretationem Græcis tradidit, parricidium & incestum resciviſſet, quæsitâ morte sublato, *Eteocles* & *Polynices* alternis regnum administrabant. Sed cum ille à pactis discederet (*nec regna socium ferre, nec tedæ sciunt,*) motum est ei ab Adrasto Sicyonio Polynicis socero, Amphiarao ignispicii, Capaneo scalarum oppugnationis authoribus, Tydæo, sermone quidem non splendido, sed hasta potente Sophista, Hippomedonte & Parthenopæo bellum, lethali utrique fratri & omnibus aliis (Adrasto, quo Duce in secunda expeditione eorum posteri deinceps usi sunt, & locum Cadmeæ victoriæ inter proverbia fecêre, excepto) eventu. Successit itaque illis *Laodamas* sub tutela Creontis, qui quod sepulturam Oedipodarum edicto vetuisset, arma Thesei in se convertit.

Diodor. Sic. l. 4. c. 67. 68.

LACEDÆMONE imperavere fratres, Menelai Affines.

In THESSALIA solvit *Jason* Colchidem versus. Eo cum perveniſſet, Medea Regis Filiâ, (ab ea medicamentum est ortum, quod illitum, incidente in id calore, accendebat), sibi conciliatâ, templum Martis, in quo pellis arietis aurea cum immensis thesauris à præsidio gentis Tauricæ, sub præfectura Draconis, hominis staturâ & robore monstrosi, servabatur, occupavit, & præda cum paratrice ablata, rediit. Redux Peliam patruum sibi infensum Medeæ artibus sustulit: cum vero eandem, Glauciâ Creontis filiâ ductâ, exegiſſet, iisdem

Galen. l. 3. de Temper. Diodor. Siculi. 4. c. 49. 51. 52. 53. 54. 55.

iisdem & novam nuptam, & filios amisit, inque mortiferos dolores conjectus est. Jasoni contemporaneus *Cyzicus* erat, qui in Cyzico Propontidis insula, duobus pontibus continenti juncta, urbem ejusdem nominis, turribus marmoreis instructam, condidit. In ea *Buleuterion* ædificium erat, sine ferreo clavo ita confectum, ut trabes sine fulturis eximerentur, & exponerentur.

ATHENIS non diu victoriæ de Creonte
2739 relatæ superfuit Theseus. Successit ergo *Menestheus*, Helenæ procus, qui Elæam condidit, ad Trojam quinquaginta naves adduxit, & primus aciem instruxit.

In THRACIA quis fuerit, ignoratur.

MYCENIS Atrei uxore à Thyeste violatâ, *Euseb. in*
2730 implacabile inter fratres Pelopidas, qui XL. annos *Chron.*
concordes in uno regno vixerant, odium est exortum, & quia *nihil dulcius est ultione læsis*, ex eo nata cœna illa immanis, quam Thyesteam vocant. Sub Thola floruit *Æsculapius*, qui specillum invenit, & primus vulnus obligavit; pòst Epidauri templum ægrotantibus refertum ac tabulis dedicatitiis, in quibus, quo quisque modo liberatus fuerit, consignatum, exhibebatur, habuit. Incertis parentibus natus dicitur. Fuit & alius Æsculapius, Arsippi & Arsinoæ F, qui primus purgationem alvi, dentisque evulsionem invenit, cujus in Arcadia non longe à Luso flumine sepulchrum ostenditur. Amphiaraus πυρομαντείας quoque author esse putatur. In hac autem pix aliquando trita spargebatur in ignem, tædæ pice illitæ aliquando accendebantur, & certis signa-

Strabo. l. 8. Geogr. Cicero l. 3. de Natura Deor.

F 2 bantur

bantur characteribus. Si flamma tædarũ in unum coibat, prosperum: si lambens & divisa comparebat, infelicem: si variè dispersa, in ægro mortem, in sano morbum: si crepitans, infortunium: si subitis extincta, ingens periculum ominabantur. Vide Delrion. Disquis. Magic. l. 4. c. 2. q. 7. s. 1.

SACRA.

Apud ISRAELITAS fuit summus Pontifex *Phineas*, quamvis Josephus inter eum & Elin, *Abiaeeren*, *Bucciam* & *Ozin* interponat. Apud ETHNICOS floruisse *Sybilla Erythræa* dicitur. Ipsa tamen se nurum Noæ asserit. Jason cum infanti fratris recens nato nomen imponeretur, instituit Ἀμφιδρόμια, in quibus puerum curriculo circum focum ferebant, panem occultum assabant, januá coronâ oleagineâ, si masculus infans, laneâ, si fœmella, ornabant, victimam pro vita pueri immolabant, invitatis amicis nomen imponebant, & convivium celebrabant. Par Lacedæmoniorum in Τιθηνιδίοις adultiorum cura. In his nutrices pueros mares in Dianæ Corythalliæ templum adducebant, κοπίδα instituebant, porcellos lactantes immolabant, & furnaceos panes præbebant. Choreæ a κορυθαλλιστρίαις ducebantur, & Κυριττοὶ personis ligneis velati, risum concitabant. A Dædalo Δαίδαλα sunt festa, in quibus Platæenses in luco querno carnes elixas corvis exponebant, & ex illa arbore, in qua corvus ablato frusto consederat, δαίδαλον conficiebant. Signorum quatuordecim quotannis erant, quæ sortito Plateænses, Coronæi, Thespienses, Tanagræi, Chæronenses, Orchomenii, Lebadeenses

Joseph. Antiq. l. 5. cap. 12.

Meurs. l. 1. Græc. feriata.

Polyæn. Stratag. l. 6.

Athen. l. 4.

Meurs. l. 6. Gr. fer.

Pausan. in Bœoticis.

Meurs. l. 2.

ses & Thebani inter se tollebant. Inde ad ripam Asopi fluminis simulachrum ornabatur, pronuba plaustro a mulieribus imposita, pompæ præficiebatur: dein sorte iterum, quo quisque ordine pompam duceret, ductâ, plaustrum a flumine ad Cithæronis jugum agebatur. Illic in ara sarmenta in fastigium collocabant, urbes opulentiores Junonem bove, Jovem tauro, hostiis vino & odoribus repletis, venerabantur, simulque δαίδαλα super aram statuebant. Pelopidæ *ludum Olympicum* restauravere.

Caput II.
De
JVDICIBVS POSTERIORIBVS SEPTEM.
Articulus I.
DE
JAIRO.
Anni sunt 22. ad annum 2766.

Jairus Menaschæus pacem à Tolacho acceptam continuavit. Sed cum Israëlitæ pietatem non continuarent, immissi sunt eis Ammonitæ, & Dominus de auxilio sollicitatus ad idola, quæ coluissent, supplices remisit. Continuavit illa Servitus XVIII. annos. *Joseph. l. 5. cap. 9.*

Contemporanea.

In ASSYRIA vixit adhuc *Teutamus*, qui Memmonem, Laomedontis è Thitono fratre nepotem, Trojanis auxilio misit. *ASIATICA*

In CRETA fuit adhuc *Minos*, & cum à *Co-* *Diodor. Sicul. l. 4. c. 81.*

calo, Siciliæ rege, bello profugum Dædalum reposceret, filiarum ipsius fraude in urbe, Camicos dicta, interfectus est. Exercitus vero duce destitutus Minoën, quæ postea Heraclea, ædificavit. Successere ipsi *Deucalion*, qui Colchicæ expeditioni interfuerat: *Crateus* seu Castreus, qui ex oraculi responso ab Althomene filio, in insula Rhodo vim fati effugiente, per imprudentiam (*quæ fato manent, quamvis significata, non vitantur*) interfectus est: *Idomeneus*, qui cum ex bello Trojano, de quo mox, redux, filiam ut voto in mari, cum cumtempestate conflictaretur, facto, satisfaceret, immolare vellet, à subditis pulsus, & in exilio mortuus est. Scriba ipsius fuit *Dicys* Cretensis, qui Trojanum bellum Græco quidem sermone, sed literis Phæniciis, conscripsit. In *Minoë* nullus alius error a scriptoribus notatur, quam quod Athenis urbi facundæ & doctæ bellum indicendo, perpetuis se exagitationibus Poëtarum exposuisset.

Messala Corvin. de progen. Aug. Diodor. l. 2. Histor.

In PHRYGIA misit *Priamus* Antenorem in Græciam, expostulaturum tum ob raptam ab Argonautis Hesionem, tum ob vim Laomedonti ab Hercule illatam. Hic cum nil obtinere posset, missus est cum classe Paris seu Alexander F. qui Helenam Menelai uxorem in Cytheride insula rapuit, & Græcis bellum contra Trojanos duce Agamemnone decernendi occasionem dedit. Ceterùm arduum nimis illud Græcis, quamvis bellicosissimis, *Achille, Ulysse, Ajace, Nestore, Palamede* (qui aleæ ludum & literas ξ π Φ χ invenit) instructis, vivente Hectore (*tanti est exercitus, quanti Imperator*) fuit. Hic enim primis prælijs

præliis vires ipſorum ita attrivit, ut decimo demum anno ad eas redirent.

In CARIA, de cujus colonia ſub Amramo diximus, putatur fuiſſe *Damathus*, cujus filiam Syrnam, de tecto lapſam, & ſanguinis miſſione curatam, *Podalyrius* in uxorem duxit. Ante eum fuere poſt *Cindapſum*, qui primus occurrit, *Maſanora*, qui Maſanoradum condidit; *Cyardes*, qui Cyardum exſtruxit; *Eurytus*, cujus ex filia Idothea nepos urbem cognominem fundavit. *Icarus* Thonoën filiam Teſtoris à Pyratis raptam emit, & ſocerum, cum proſorore eam quærentem, ferè interfecit. Hiſtoria illius ſub Dario Hyſtaſpide reccurret. *Hygin. fab. 190.* *Henning. Tomo 1. Theat. Genealog.*

In ÆGYPTO inſtituta eſt Dynaſtia XX. *Regum Dioſpolitarum* XXII. Nomina diſiderantur, & ſumma duntaxat annorum apud Africanum exprimitur. Collocant nonnulli in hæc tempora & *Veſorem*, à quo Scythæ laceſſiti, univerſam *Oroſ. l. 1.*
2747 Ægyptum populationibus vexavere. Dicitur & *Proteus* ſeu ob multiplicem ſcientiam, ſeu ob inſignes dolos. *AFRICANA*

In SVECIA *Sigtungus* Gothilæ Regis nepos, dum ex oraculi effato aurum tanquam ſibi fatale fugit, à Gramo Danorum Regis F. qui filiam ejus Gro, Finnorum Regi promiſſam, rapuerat, clavâ, quam infuſo auro ponderoſiorem fecerat, in prælio interfectus eſt. *EVROPÆA* *Magn. l. 2. Hiſtor. c. 5. 6.*

2748 In GERMANIA imperavit *Hector* ſeu *Hogkar*. *Beroſ. l. 5.*

In ITALIA vixit adhuc *Latinus*.

SICYONIIS præfuit *Polyphides*.

In BOEOTIA inſtauratum eſt bellum à poſteris *Diodor. Sicul. l. 4. c. 64.*

F 4

steris eorum, qui ante decem annos interierant, *Steneleo* nempe, *Alcmaone, Promacho, Therfandro, Aegilao, Diomede*, & *Euryalo*. Captis duce Adrasto Thebis, omnes militaris ætatis cives interfecti sunt; *Laomedes* Rex fuga ad Illyricos elapsus est. Dicti sunt per excellentiam *Epigoni*.

LACEDÆMONE pervenit regnum per Helenam Tyndari Regis F. ad *Menelaum*, Agamemnonis fratrem.

De THESSALIA nihil occurrit.

ATHENIS, mortuo ad Trojam Menestheo, 2767
successit *Demophoon*.

In ARCADIA quis fuerit, nescitur.

Apud THRACES imperavit *Rhesus*, cujus in auxilium Priami tendentes equos, antequam Xanthum fluvium bibissent, ex oraculo, ad oppugnationis occasionem, Diomedes & Ulysses interceperunt. In alia ejus parte fuit *Polymnestor*, Priami gener, sed erga eum ingratissimus. Cum enim Trojam captam esse audisset, Polydorum affinē a patre cum thesauris ad se missum, ut auro potiretur, mactavit & in mare abjecit, ipse post ab Hecuba circumventus, excæcatus est. Eodem tempore vixit *Poltys* Rex, ad quem cum a Græcis &
Plutarch. in Trojanis legati auxilia petentes venissent, Paridi,
Apophthegm ut Græcis Helenam redderet, suasit, se ei duas formosissimas puellas daturum pollicitus. Quid ibi postea sit actum, ignoratur.

MYCENIS, & in regionibus subjectis, suc- 2752
cessit Atreo Pelopidæ *Agamemnon*, de quo nonnulla in Phrygiacis. Interim Hercules conflictu cum Euryto Rege Oechaliæ feliciter peracto, vestem, contra furtivos amores amuletum à

Dia-

Deianira sacrificaturus accipit, à qua toto corpore depastus, in monte Oeta vitam finivit. Filii ejus post mortem ipsius è Peloponneso ejecti sunt. Ab eo mos cremandi corpora incepit, & ad cæteros pervenit. Cum enim Argium Lycimni F. abductum, incolumem se reducturum promisisset, & interim fatali die iste opprimeretur, ut jusjurandum aliquomodo servaret, ipsum cremavit.

Meurs. l. de Funeribus.

Hoc tempore floruere ad Trojam duo Medici, *Machaon* & *Podalirius*, ad cujus tumulum qui pellibus ovium incubabant, responsa accipiebant. *Palamedes* lusum aleæ sic instituit, ut tabula esset mundus elementaris, duodecim χώροι seu capsulæ, signorum Zodaici numerus, talorum jactus, & quæ in talis sunt grana, septem planetarum astra, turris cœli altitudo, ex quo omnibus bona malave tribuuntur. *Dædalus* Spelæum quoque in terra Gelinuntiorum adornavit, in quo vaporem a subterraneo istic igne exæstuantem tam dextrè excepit, ut tenero sensim calore sudor eliceretur. Aureum quoque favum Erycinæ Veneri naturali favo tam assimilem fabricavit, ut extra imitationis aleam esset. Tum etiam vixit *Archias* puer, quem Hercules talitro, quòd, cum aquam ex aquali in malubrium daret, ipsum madefecisset, occidit: nec non *Corinnus* Iliensis, qui, vigente adhuc bello Trojano, Iliada primus scripsit, & a quo Homerus omnem operis materiam habuisse putatur.

Soater. in Palamede lib. 1. c. 13.

Diodor. Sicul. l. 4. c. 80

Athen. l. 12.

Suidas.

Sacra.

Apud ISRAELITAS nihil occurrit. In ETHNICISMO *Nemea ludicra* cum sacris qui-

Meurs. Eleus. fin. c. 7. busdam instituta sunt. Herculis honori data sunt *Eleusinia minora*, in quibus prælustrari ad Ilissum amnem moris erat. Sacra porco femina gravidâ, & in portu Cantharo abluta, fiebant. Tum etiam Agamemnon honori Argynni juvenis quem vivum amabat, templum *Veneris Argynnidis*, ad Cephisum amnem erexit. *Athenæus l. 13.*

Articulus II.

DE

JEPHTA.

Anni sunt 19 ad annum 2785.

Joseph. Antiq. l. 5. c. 9. Judic. c. 11. 12. 13. Jairo mortuo, duravit servitus Ammonitica, illaque quinta, annos XIV. Anno decimo quarto labente, excitatus est illis vindex *Jephte*, naturalis cujusdam Galeaditæ filius, qui à fratribus domo ejectus, latroniciis contra Ammoniticos prædones exercitis, nomen sibi faciebat. Hic oblatum sibi imperium postquam accepisset, Ammonitas, omnem æquitatem spernentes (*ut rebus secundis etiam egregii duces insolescunt*) fudit, & Ephraimitarum expostulantium, quod in partem laudis non traherentur, XLM. occidit, barbarismo, quo S aspiratum a tenui distinguere non poterant, ipsis nocente. Prioris victoriæ fructum voto præcipiti, quod Filiam ipsius unicam tetigit, imminuisse videtur.

CONTEMPORANEA.

In ASSYRIA fuit *Teutaeus*. 2769

ASIATICA In PHRYGIA, occiso ad Trojam Hectore, cœpere res Priami laborare, quas tamen tam diu sustinuit, donec Epei solertia, & novo machinæ 2767 bellicæ

bellicæ invento, mœnia perrumperentur. *Messala Corvinus de progen. Aug* Tum verò, captâ & incensâ urbe, cum multis (Ænæa, Antenore, Heleno & paucis aliis fugâ sibi consulentibus,) jugulatus est Priamus, & Trojano regno finis impositus. *Diodor. Sicul. lib. 2.* Periere in eo bello ex utraque parte quindecies centena millia hominum. Græci redeuntes miserè in mari vagati, quidam domum reversi miserè interfecti sunt. Cum Trojanis exulibus quid actum sit, in sequentibus audiemus.

In CYPRO insula condita est à *Teucro*, Telamonis F. herbæ Teucrii inventore, *Salamis*, erectumque regnum. *Strabo l. 14. Plin. l. 24. c. 15. Vellejus l. 1.* Successores ad *Evelthonem*, qui sub Dario Hystaspite vixit, fuere *Ajax*, qui in Olbo urbe templum Jovi dedicavit, cujus pontifex Dominus erat Trachionitidos; *Nicocreon*, qui Arceophonti Salaminio Arsinoen F. in uxorem tradere noluit, quod Punicum ejus genus sibi dedecori fore censeret, &c.

DE AFRICA nihil ante tempora Samuelis audiemus. *AFRICANA*

In SVECIA & GERMANIA fuere, qui supra. *EVROPÆA*

2769 In ITALIAM venit tertio post Trojam e-
2771 versam anno *Æneas*, ibique *Lavinium* condidit, & postquam Latino, ductâ in uxorem filia ejus Laviniâ, successisset, & prælio cum Mezentio Tyrrheno congressus occubuisset, regnum *Mela l. 2. c. 4.*
2774 *Ascanio* reliquit, & *tertiam Dynastiam*, quæ *Æneadarum* dicitur, fundavit. Ascanius etiam, Lauso Mezentii F. occiso, patri pacem extorsit, & *Scepsin* urbem, opera Scamandri Hectoris F. in alium locum transtulit. Ibidem *Antenor* pulsis *Ælian. lib. 14. c. 8.*

Euga-

Euganeis, Adriatici maris oram, Henetis Paphlagonibus sibi adjunctis, insedit, & Patavium, de cujus amplitudine multa Strabo, condidit. Ibidem exstructa est à Peloponnesiis Pisæis in medio amnium Arni & Aesaris, quâ illi concurrunt, & ubi alter alterius violento cursu ita se attolit, ut qui utrinque in ripa stant, alius alium videre non possint, *Pisa*, quæ sub Monarchia quarta magnas res gessit, & *Mantua*, quæ nunc Ducatui nomen dat. *Brundusium* autem à Cretensibus ædificatum, ab Aetolis, duce Diomede, occupatum est.

Strabo l. 5.

2767

SICYONII parebant *Pelasgo.*

Pausan in Baot. In BOETIA fuit post Thersandrum Polynices F. ab Argivis restitutum, & in Trojano bello in Mysia occisum, *Tisamenus* Penelei pupillus.

Pausan in Atticis. ATHENIS instituit *Demophoon* forum *Palladium*, in quo de cædibus involuntariis judicabatur; *Phreattium*, quod iis debetur, qui prioris criminis rei, altero se onerassent, & *Ephetas* quinquaginta Athenienses, Argivos totidem, qui de cæde inconsulta & fractis insidiis judicium ferebant. Absolutus ab ipsis reus, cæsis victimis, rectè judicasse solemniter jurabat, ni ita esset, judicibus omnia fausta vovebat, sibi & suis exitium imprecabatur. In *Phreattio* causa a reo e navi terrâ non attactâ, nec vel scala vel anchorâ in terram injectâ dicebatur, judices in terra auscultabant. Convictus, pœnas cædi voluntariæ constitutas subibat; absolutus, indemnis quidem ejus criminis evadebat, sed exilium ob priorem cædem indictum, sustinebat. Erat ad id

Meurs. in Areopago.

id Herois Lyci ſtatua, ad quam vota nuncupabant, qui cauſam ſuam aggrediebantur. Victi vel lachrymas ſaltem effundebant, vel etiam indignantes admingebant, pedebantque.

De ARCADIA nil habetur.

2760 MYCENIS occiſus eſt ab Ægiſtho Patruele fratre, perfidiâ uxoris Clytemneſtræ, *Agamemnon* ex Creta redux; Sed Oreſtes F. cum ſocia conſiliorum ſorore Electra, adjutore Pylade, ſcelus id, anno regni Ægiſthi ſeptimo, eo & matre obtruncatis, ultus eſt, Diis approbantibus.

In EPIRO, quæ nunc Canina, novum erexit Regnum *Pyrrhus Achillis* F. Heleno Priami F. in partem admiſſo. Ab eo ad *Admetum*, de quo ſub Xerxe fiet mentio, multi fuere, ex quibus *Moloſſus*, à quo Moloſſis nomen, & cujus frater minor Pergamum condidit, celeberrimus eſt. *Juſtin. l. 17. Pauſan in Corinth.*

SACRA.

In ISRAELITIS colebatur hoc tempore *Baal*, in cujus Sacris Sacerdotes inter invocandum membra ſibi incidebant, & *Cemoſch*, vocamine tantum a DEO Phægorio diſtans, per palpitationem a Philone expreſſus. Apud ETHNICOS dicavit Athenis Oreſtes abſolutus *Minervæ* aram, penes quam duo ex argento lapides, quibus inſiſtere rei & actores ſoliti, ille ὕβρεως, iſte ἀναιδείας dictus. Æginetæ, ex bello Trojano reduces, *Neptuno* ſacra per ſedecim dies inſtituebant, quia in iis ipſi ſibi miniſtrabant, μονοφάγοι dicebantur. Ab Helena *Helenia* ſacra dicuntur, quæ virgines mulo vectæ, aut currum injectâ ſtoreâ tecto, ſub qua pompam in templum Helenæ deducebant, celebrabant. *Jud. c. 11. Selden. Synt. 2. de Diis Syris c. 2. Pauſan. in Atticis. Plutarch. in quæſt. Græc.*

Arti-

Articulus III.

DE

ABESANE, ELONE & ABDONE.

Anni sunt 25. ad annum 2810.

Jud. c. 12. JEphtam tres isti, diversis tamen temporibus, excepere. Primus & tertius numerosâ sunt prole noti. Nam *Abesan* triginta filios & filias, 27… totidemque generos aluit. *Abdon* quadraginta 27… filiorum pater, & totidem nepotum avus fuit. *Joseph. l. 5. Antiq. c. 9.* *Elon* Zabulonites nulla re notus est, quamvis de- 280… cem annos præfuerit. In posteriores ipsius annos incidit ultima, illaque gravissima, Israëlitarum servitus, quam servierunt sub Philistinis, qui non solum armis eos privaverunt, sed etiam officinas omnes ferrarias inhibuerunt.

CONTEMPORANEA.

In ASSYRIA regnavit *Arabelus.* 2 6…

ASIATICA *Vellej. Patercul. l. 1.* In LYDIA, Paterculo ita dicente, *Tyrrhenus* frater *Lydi*, forte, quam sterilitate frugum compulsus jecerat, ita reposcente, cum parte multitudinis in Italiam secessit, ibidemque loco, incolis, & mari nobile nomen dedit. Eorum injurias Thessali, *Ravennæ* conditores, cum ferre non possent, Umbros in urbem ultrô admisere. Quid ibi ad Uziæ Asariæ tempora gestum sit, ignoratur.

In CRETA facile esse potuit post Merionem Idomenei successorem filius, post quem quis regnum tenuerit, ignotum.

EVROPÆA *Magn. Hist. Goth. l. 2. c. 3.* Apud SVECOS successit priori *Scarinus*, qui …75… in duello contra Gramum cum nonnullis consanguineis

2790 guineis interfectus, *Svibdagero* Regi Norvegæ regnum reliquit.

In GERMANIA fuit *Francus*, seu Francio, Hectoris F. cui *Francorum* ortus debetur. *Beros. l. 5. Livius l. 1.*

2799 In ITALIA exstruxit *Albam longam Ascanius*, & in ea sedem suam posuit. Ibidem *Helesus* Agamemnonis F. *Halisum*, quæ postea Falisci appellata est, condidit. Pylii Metapontium, terræ proventu felix, exstruxere, & Thyrrenus id fecit, quod eum in Lydicis fecisse diximus. Ejus posteri ad tibiam pugillatu contendebant, pyraticam exercebant, & solertes ac ingeniosi artifices erant. *Strabo l. 1. Athen. l. 4. & 15.*

In HISPANIA condita est a Salaminiis & Atticis Græciæ populis *Salamanca*, quæ nunc Academiâ, a qua omnes ferè Hispaniæ Urbes & populi leges petunt & jura, superbit. *Gerundens. Paral. Hisp. l. 2.*

SICYONE fuit *Zeuxippus*.

2791 In BOEOTIA videtur post *Autesionem*, qui oraculi jussu ad Dorienses se contulit, *Damasichton*, Penelei nepos, fuisse, quem post *Ptolemeum* excepit *Xanthus*. *Pausan. in Doric.*

LACEDÆMONE accidit mutatio. *Orestes* 2785 enim, occiso Delphis Achillis filio Pyrrho, quod pactus Menelai & Helenæ filiæ, Hermiones, nuptias occupâsset, regnum Laconicum, repudiatis, consensu Laconum, qui Tyndari nepotem malebant, Nicostrato & Megapenthe, Menelai filiis ex serva genitis, cum Mycæno conjunxit. Successit mortuo *Tisamenus* legitimus F. *Pausan. in Corinth.*

2798 ATHENIS fuere post Domophoontem *O-*
2809 *xyntes*, *Aphidas*, qui unicum annum regnavit, &
2810 *Thymetes*, cui octo filii succesere. In

Pausan in Arcad. In ARCADIA fuit *Echemus*, qui Hyllum Herculis F. Acrocorintho occupata reditum in Peloponnesum tentantem, in duello vicit, & de pacto recedere coëgit, ita ut reditus post L. annos dilatus fuerit. Successit ei *Agapenor*, qui ex Trojano bello redux, in Paphum urbem coloniam duxit; *Hipothous* Cercyonis F. qui sedem regni è Tegea Trapezuntem transtulit. Plin. lib. 7. cap. 56. *Aristeus* seu *Agreus*, qui primus apum & mellis usum, lactisque coagulum demonstravit. *Aepytus* F. qui templum Neptuni, quod nulli homini accedere fas erat, penetrare ausus, vi marinæ aquæ, è sacris scatebris emergentis, exactus est.

Pausan. in Corinth. MYCENIS excepit Orestem *Penthilus* filius ipsius nothus. Sic conjunctio illa cum Laconico non diu duravit.

SACRA.

Apud ISRAELITAS successit Phineæ in Pontificatu *Eli*, ab Ithamare Aaronis F. genus du-
Pausan. in Messen. cens, de quo in sequentibus. Apud ETHNICOS 2809
Strab. l. 14. consecraverunt Amazones Dianæ Ephesinæ (Ab hac sacra Ephesi *Ephesia* dicebantur, in quibus mulieri ingenuæ templum ingredi non permissum, factum morte luebat, servam heri accusanti licitum,) simulachrum in fagino ulmeo
Meurs. l. 1. Græc. feriata. trunco. ATHENIS occurrunt Ἀνθεςήρια, in quibus certamen bibendi instituebatur, præmium uter vino inflatus erat, dolia aperiebantur, ac ne servo quidem vinum prohibere fas erat.
Euseb. in Chron. Tum etiam *Lycæa* à Lycaone olim instituta, in quibus sanguine humano litabatur, instaurata sunt.

Arti-

Articulus IV.
DE
E L I.

Anni ſunt 40. ad annum 2850.

ELi dignitate Pontificali auctus, ita ill[illegible]ſus eſt, ut nemini eam deeſſe pateretur. Nam, quamvis petulantes filios haberet, omnino tamen illos corrigere conatus eſt, & quod in eis præſtare non potuit, in Samuele, quem ab Anna à DEO impetratum, & ad ſe adductum in pietate erudivit, præſtitit. Tempore illius *Simſon vir* Nazitæus & miri roboris, in Philiſtinos *tres impetus* fecit, in quorum *primo*, præmium ænigmatis in-
terpretibus daturus, triginta interfecit: in *ſecun-* *Judicum c.*
do, ſegetes & vineta totius gentis facibus ad bi- *13. 14 15.*
narum vulpium caudas alligatis incendit, & tabi- *Joſeph. Antiq. l.5. c.10.*
2830 da aſſini maxilla M. viros trucidavit: *tertio* ædi- *1. Sam. 4.*
ficio dejecto, plures ſecum oppreſſit, quam vi- *Joſeph. l.5.*
vus occiderat. Eli audito de amiſſa arca, & oc- *c. 10. 11.*
ciſis in prælio à Philiſtinis filiis nuncio, ſellâ lapſus, cervices fregit, & exſpiravit.

CONTEMPORANEA.

Apud SINENSIS ſtabilivit familiam *Che-* *ASIATICA*
vam quæ, ad A.M. 3702. ſub XXXVII. Regibus duravit, *Unus* Kieovi ſuceſſor, Liuxangi Philoſophi conſilio uſus. Sub ea tres Regum fratres in Tayven ſimul regnarunt. Regnum King a fugitivis agreſtibus & civibus in monte Suchuen erectum. *Taipeus*, qui barbaros ad humaniora, ductis coloniis, traduxit, habitavit in Sucheu & regulo Cin territorium Urbis Funciang in feudum datum eſt.

In ASSYRIA imperavit *Chalaos*.

In CRETA quis fuerit, ignoramus. Certum eſt liberos multo tempore incolas, ſub ſuis decem *Coſmis annuis* ex certis familiis, abſque ullo fortunarum diſcrimine eligi ſolitis (ex quibus magiſtratu functis ſenatores perpetui, reddendis rationibus non obnoxii, ex arbitrio de controverſiis ſtatuentes, eligebantur) vixiſſe, quod an in tota inſula factum ſit, an in aliquot urbibus, non eſt expreſsè traditum. Solebant Cretenſes cum Lyra ſub ſignis eſſe, ad conflictum jam expedito milite ex civibus formoſiſſimos, qui amori ſacra operarentur, deligere, & ſaltationi ac venationi *Athen. l. 6. 13. 14.* addici. Servos vocabant *Clarotas*, quibus in Cydonia feriæ permiſſæ, quibus ab aditu Civitatis arcentur ingenui, ſervi in omnibus rebus dominantur. *Athen. l. 12.* A Cretenſibus orti ſunt *Japyges*, qui primi capiti galericulum, & comam fictitiam adaptaverunt. Ejus impoſterum tam frequentem mentionem non faciemus.

EVROPÆA In SVECIA Suibdagerus ſororem Grami vi- 2851
Magn. l. 2. c. 8. olavit, filiam abduxit, & illius in prælio victi F. *Guthormum* Daniæ tributarium impoſuit. Ab *Hadingo* Gothormi fratre occiſo, ſucceſſit *Aſmundus*.

Beroſ. l. 5. In GERMANIA fingunt fuiſſe *VVolffheimum Sickingerum*; poſt quem fuere *Kels*, *Gall*, 2831
& *Hillir* filii, Appiano *Celtes*, *Galates*, & *Illiricus* dicti. Ab his Regum Germaniæ ſeries ignoratur, ſed & hæc fabuloſa eſt. Silebimus ergò de Germania, donec ad Artaxerxis Longimani tempora perveniemus.

Dionyſ. l. 1. In ITALIA fuit poſt Aſcanium Fr. *Sylvius*, 2812
Lavinii

Lavinii F. a ſylva, in qua natus & educatus eſt, dictus, qui nomen Sylviorum omnibus ſucceſſoribus dedit. Excepit eum *Æneas Sylvius.*

Apud SICYONIOS, mortuo Zeuxippo ultimo Rege, devenit poteſtas ad *Sacerdotes Carneos* Apollinis annuos, fuitque primus *Archelaus,* quem *Automedon, Methodeutus, Euneus, Theonomus, Amphyction, & Charydemus* inſecuti ſunt. *Euſeb. in Chron.*

2842 In BOEOTIA regnavit *Xanthus,* quo à Melantho in duello, ob Thymætam Regem Athenienſium ſuſcepto, non tam virtute, quàm dolo occiſo abrogatum eſt regnum, & πολυαρχία libertati convenientior, eſt inſtituta. Diviſa erat in quatuor ſumma concilia, a quibus negotia maximi momenti approbata, magiſtratibus efficienda tradebantur. Inter Magiſtratus Bœotarchi & Polemarchi. Illi aliquando VII, aliquando XI, res totius Bœotiæ ſeu curam amplectebantur. Hi bello præerant, criminis magni manifeſtos apprehendebant, imperium ita annuum, ut qui exacto tempore ſuo, primo ſequentis anni menſe imperium ſucceſſoribus non traderent, capitis rei eſſent. Ex *legibus* duæ ſunt memorabiles. *Prima,* ne quis niſi decennium totum foro, id eſt, tabernis opificum & rerum venalium, abſtinuiſſet, magiſtratus fieret particeps. *Alterius* ſuperius mentionem fecimus. Non tam frequens nobis de illa poſtea erit ſermo. *Pauſan in Bœot.* *Ariſtot. l. 3. Polit. c. 3.*

2825 LACEDÆMONEM conjunxit iterum Mycenis poſt obitum Penthili fratris *Tiſamenus,* ſed ei diu non ſuperfuit. Heraclidæ enim ab Oxy-
2847 lo, regulo Eliaco à Salmoneo Epeorum & Piſeo- *Vellej. l. 1. Pauſan. in Lacon.*

 rum

Herod. l. 6. rum Rege in Ætoliam ejecto) callidè in Peloponnesum, frustra se opponente, & in Samum insulam secedente Hippaso Corinthio, classe introducti, totam eam brevi, Elide excepta, sui juris, pulsis Pelopidis, fecerunt. Et tum ex abnepotibus Herculis Aristomachi filiis, *Aristodemus* Spartâ potitus est, cumque ejus duo filii *Eurysthenes* & *Procles*, eo extincto, de regno convenire non possent, oraculi decreto uterque regnare jussus est. Duplex itaque ab eo tempore ad Alexandrum M. familia erat, *Eurysthenidarum*, qui & *Agidæ* à filio Eurysthenis dicuntur, & *Proclidarum*, qui & *Eurypontidæ*, ab ejus familiæ tertio vocati sunt. *Temenus* Argos occupavit, & familiæ, e qua *Caranus*, Macedoniæ Rex, author exstitit. Deiphonte genero consiliario in omnibus usus est, à filiis, quod Hyrnethoni filiæ plus æquo faveret, occiditur. Nepotibus ipsius nil præter nomen regni mansit. *Cresphontes* Messenen sorte obtinuit. Ex abnepotibus Herculis fuit etiam *Aletes*, qui Corinthiacâ Dynastiam Sisyphidis ademit, & CXLIV.

Pausan. in Corinth. Vellej. l. 1. annos tenuit. Ex Græcia pulsi in continentem migravere Achæi, prope Corinthum consedere, apud quos post illa *Tisamenes* regnavit. *Jones* Athenas se contulere & ab eo tempore simultas semper quædam inter eos & Dores seu Peloponnesios fuit. *Oxylus* in Elidem postliminio redu-

Pausf. Eliac. Strabo. l. 8. ctus est, quæ tamen mox ab Ætolis, victo in singulari certamine a Pyræchma Ætolo, funda marsupioque lapidum instructo, Degmeno Epeo, occupata, & ἡ δῖα ab universis pronunciata est. *Cres-*

Strabo l. c. Pausf. Messen. *phontes* post illa, Messenem in quinque partes divisit, ita ut Stenidarum in medio regionis situm, regiam

regiam sibi designaret, indeque Zamitam legatum Pylum ac Rium mitteret, qui omnibus Messeniis idem cum Doriensibus jus & easdem leges faceret.

ATHENIS mortuo Thymæta, ex familia Erysichtonis ultimo, erexit novam Dynastiam *Melanthus* Messenius, Nestoris gentilis, qui Xanthum, ut diximus, interfecit, & Iones hospitaliter excepit.

In ARCADIA fuit *Cypselus* Ægypti F. qui Filiâ Cresphonti Heraclidarum in Peloponnesum irruentium uni, desponsatâ, regnum suum contra ejus belli terrorem tutatus est. Ab isto ad Aristocratem, qui in Manassis tempora incidit, fuere aliquot, ex quibus *Phialus* Phialigam urbem, Phigaliam de suo nomine voluit appellari. *Pausan. Arcad.*

MYCENIS quid acciderit, in Laconica Historia dictum est, nec illarum in sequentibus separatim fiet mentio.

In *Albione*, quam nos BRITANNIAM vocamus, *Brutus* Rutulorum Rex, vel potius Brito, furtivus ejus F. interfectis gigantibus, primam Dynastiam fundasse, terram à suo nomine indigitasse, & *Loudinum* exstruxisse dicitur. Hunc excepisse ad Nebucadnezaris tempora multi finguntur. Ex quibus *Locrinus*, extinctis Cambro & Albanacto, Cumbriæ & Scotiæ Dominus; *Ebrancus*, Eboraci & Castri puellarum, quod nunc Ediburgum; *Leylus* Carlioli; *Rutubras* Cantuâriæ & Vintoniæ; *Badudus* Bathoniæ & Thermarum; *Leyrus* Leycestriæ exstructores; *Gintolinus*, qui Regnum legibus & moribus firmavit; *Sicilius*, qui per matrem leges Martianas tulit; *Mervidius* *Polydor. Virgil. in Hist. Anglic.*

qui ſævitiam in ſubditos exercuit; *Corbonianus* F. qui paci conſtanter ſtuduit. *Archigallo* Frater, qui à nobilitate regno dejectus, & ab Eliodoro fratre precibus reſtitutus, vitam innocentem egit; *Eliodorus*, qui a Vigenio & Perydoro junioribus fratribus turri incluſus, ipſis mortuis, iterum reſtitutus eſt.

SACRA.

Apud ISRAELITAS Prophetiæ hoc tempore rareſcere cœperunt. In Hiſtoria Samſonis fit mentio *Naziræatus*, de quo Moſes Levit. c. 6. videatur.

Selden. Syntag. 2. c. 3. de Diis Syris In ETHNICIS Philiſtini *Dagonem* & *Adirdagam* ſeu Atergatim piſcis formâ pro Diis colentes, à piſcibus abſtinebant, commiſſum gulæ facinus ſacco induti, atque in ſterquilinio ſedentes, expiabant, quæ abſtinentia ad Menandri tempora *Athen. l. 4.* duravit. Sicyonii *Sacrum Carneorum*, militaris cujusdam convictus ſpeciem præ ſe ferens, in Apollinis honorem novem diebus celebrabant; Loci numero novem erant, ſcenis ſimillimi, in quibus ſingulis novem viri ex trinis tribubus delecti, ſine lautitiâ cœnabant. *Meurſ. l. 1. Græc. feriata.* Athenis in memoriam victoriæ de Xantho reportatæ, inſtituta ſunt per triduum *Apaturia*. *Primo* veſpere οἱ Φράτορες epulabantur: *ſecundo* victimæ immolabantur, puer quem relatum in tribules cupiebant, ad aram quaſi Diis ſiſtebatur: *tertio* pueri naturales & adoptivi, tertio aut quarto ætatis anno, comâ capitis tectâ, & ſacris Dianæ factis, puellæque nubentes, nomina ſua in tabellas referebant, & capram certi ponderis immolabant: imo ſacra tunc τῇ κουροτρόφῳ in trivio mulieres faciebant, quibus intervenire virum nefas erat.

Arti-

Articulus V.

DE

SAMUELE.

Anni sunt 24. ad annum 2874.

SAmuel Elkanæ F. ex stirpe Corachi, quadrimu-
lus à matre ad Eli adductus, ab eodem in pieta- *1. Sam. 7.*
te educatus, ostiarii munus promeruit, & anno æ-
tatis duodecimo, ad Propheticum munus vocatus,
2851 clades domus Eli prædixit. Mortuo Eli in judicem
electus, Mitzpæ Israelitas, postquam pœnitentiam
ipsis persvasisset, congregavit, cumque Philistini
conventum turbare vellent, holocausto oblato, ut
tempestate immissâ dissiparentur, impetravit, imo
tum ita attriti sunt, ut urbes reciperentur, & illi de
2852 suorum defensione cogitare cogerentur. Fessus *Joseph. Antiq. lib. 6.*
senio, filios in administrationem cooptavit; Sed *c. 2.*
2875 cum hi quæstui magis quam justitiæ consulerent,
populus exemplo vicinorum, & Nahasi Philistini *Joseph. Antiq. l. 6. c. 3.*
incursionibus excitatus, Regem petiit & impetra-
vit. Sic Aristocratico regimini finis impositus est.

CONTEMPORANEA.

* In ASSYRIA fuit * *Anabos*, & post eum *ASIATICA*
2851 † *Babios*.

† In ÆGYPTO cæpit XXI Dynastia, quæ *Ta-* *AFRICANA*
2872
2867 *nitarum* dicitur, duce *Smerde*.

In SVECIA fuit *Sigtaugus*. *EVROPÆA*

In ITALIA *Latinus Sylvius*. *Dionys. l. 1.*

2872 SICYONE ultimus sacerdotum *Charide-
mus*, cum impensas Sacerdotum sustinere non
posset, aufugit, & Sicyonium regnum cum Pelo-
ponnesiis coaluisse, credibile est.

SPARTANIS imperabant *Euryſthemidæ* & *Proclidæ*, quorum familiæ ab initio Chronologia destituuntur.

Euseb. in Chron. *Strabo l. 3.* *Diodor. in fragm.*

ATHENIS successit Melantho *Codrus*, & tum 287
Thessalus eam regionem occupavit, quæ nunc 2862
Thessalia est, & fuit ante Mirmydonum civitas. Nobilitata est ea regio latitudine pascuæ & amplitudine pecuariæ rei, non minus ac Bœotia vino frumentoque, Attica oleæ felicitate.

Apud CORINTHIOS regnavit *Aletes*, quem Dynastiam novam ibidem fundasse, superius diximus.

Plin. lib. 11. c. 42.

Hoc tempore vixit *Zoroaster* Magus, qui eodem, quo natus est, die risit, & annis XX in desertis caseo vixit. Confunditur cum Adamo primo homine, quod *Oromazes*, maximus Persarum DEVS, illi pater tribuatur, & Oxyarte Bactrianorum Rege.

SACRA.

1. Sam. 5 *Joseph. Antiq. l. 6. c. 1.*

Apud ISRAELITAS fuit summus Pontifex 2849
Archias, Eli nepos, sub quo & arca fœderis, à Philistinis capta, reducta est, & Levitarum stationes, Ephraimiticâ idololatriâ confusæ, ordini suo à Samuele redditæ. Quod vero Josephus *Achitabū* tempore Saulis nominat, Nicephorus etiam & Gregorius Monachus post avum Eli collocant, & nullus apud Eusebium ante Abiatharem succedit, erratum esse videtur. Scriptura enim *Achiam* ponit, dum ei gestationem Ephod, quod pro amictu Pontificio superhumerali, simul cum rationali judice, Urim & Thummim, adscribit. Retentio arcæ Philistinis malè cessit. Hæmorrhoidibus enim eos Deus ob illius retentionem affecit, & caput Dagonis fractum ad inferius ædium ipsius, in quibus arca, limen inveniebatur. Inde Sacerdotes domum Dagonis ingredientes, inferum limen non calcabant; & incolæ hæmorrhoidum & murium oblatione, DEVM placare conabantur.

ANTE-

ANTEMONARCHICORUM
LIBER IV.
De
REBVS SVB REGIBVS ISRAELITARVM GESTIS.

Termini sunt Exortus regni Israëlitici, & Judaici excidium.

Caput I.
De
REBVS ANTE SECESSIONEM DECEM TRIBVUM.

Anni sunt 95. ad annum 2969.

Articulus I.
DE
SAULE.

Anni sunt 18. ad annum 2892.

Samuel cum pervicaciter a populo Regem peti videret, præmissâ acri objurgatione, cessit, & *Saulem* Benjaminitam primum Regem salutavit, & inunxit. Hic vero principio regni bonam spem modestiæ, clementiæ, reportatâ de Philistinis victoriâ, de se fecit, postea à seipso (*initia magistratuum ferè meliora sunt, sed finis inclinat*) descivit. Nam non *1. Sam. 11. &c. Joseph. lib. 6. fere per totum.*
* 2876 tantum in bello * contra Philistinos, non expectato Samuele sacrificavit, plenariam victoriam
† intempestivo edicto † impedivit, in Ama-
2877 lecitas * clementior esse DEO voluit; Davidem
* 2879

 à Samue-

à Samuele in Regem inunctum, ita persecutus est, ut ad Philistinos fugere cogeretur, sed etiam in bellum contra Philistinos iturus, Samuelem mortuũ per Pythonissam elicere conatus est. Occubuit in eo prælio cum tribus suis filiis, inter quos *Jonathanus*, Davidis amicus. Cæterum ut occasione primi Israëlitarum. Regis aliquid de ejusdem *electione*, *coronatione*, & aliis quæ in Ebræorum scriptis, dicamus, *eligebatur* à toto Synedrio, non fœmina, non extraneus, non vilis conditionis. *Unctio* in Saule balsamo peracta fuit, in Davide & Davidicis, oleo, quod Exodi XXX. describitur. *Inaugurabantur* ad fontes. Unguentum circa caput in forma Coronæ illinebatur, ut à Pontificibus, quibus crucicula inter supercilia imprimebatur, distingverentur. *Uxores* plures habere, & equos multiplicare nefas erat. Octodecim illarum permissæ, horum tot, quot ad currus exercituum sufficerent. *Pœnas* exasperare, suspensum pro terrore diutius in patibulo relinquere, plures facinorosos simul punire, uno teste damnare, in propria causa judicare concessum. *Pietatem* si spectes, inter cætera quæ facere tenebatur, duorum exemplarium legis, seu Pentateuchi, quæ proprâ manu fieri debebat, descriptio erat, de qua vide Schickardum. *Ob* ille, quem Pythonissa Sauli evocavit, Dæmon erat, qui ab immundis partibus, nonnunquam à capite seu axillis sive harioli sive mortui, & quæ ex telluris cavitatibus videretur, egredi, nec audiri, sed à consulente duntaxat mente concipi posset, responsa dabat. Sacris hujusmodi qui initiabantur, virgam myrteam manibus tenebant, & suffumigabantur. Rituum locus, mortui sepulchrum fuit.

Schickard. in Mischp. Hamelech.

fuit. Sanguinem ad excitandum requisitum, quidam sentiunt.

CONTEMPORANEA.

In ASSYRIA idem fuit, qui supra. *ASIATICA*

In ÆGYPTO vixit adhuc *Smerdis*. Nonnulli *Sesostrim* Regem in hoc tempus ponunt, qui egregiè a patre educatus Arabes perdomuit, maximam Libyæ partem admodum juvenis subjecit, læsæ majestatis reos impunè dimisit, regionem totam in XXXVI. partes, νόμȣς dictas, divisit, contractis ingentibus copiis, Aethiopas debellatos vectigal sibi pendere coëgit, longis navibus exstructis, insulas in mari rubro occupavit, & quicquid continentis mare attingit, ditioni suæ ad Indiam usque adjunxit. Colchorum nationem condidit, & terminis expeditionis in Thracia constitutis, cippos ubique terrarum, bello acquisitarum, erexit. *AFRICANA* *Diodor. l. 1. c. 53. 54. 55.*

In SVECIA fuit *Asmundus*. *EVROPÆA*

In ITALIA fuit idem, qui supra.

LACONES gessere cum Atheniensibus bel- *Pausan. in*
2890 lum eo, quem mox dicemus, eventu. Ibidem *Lacon.*
Eurysthemi, juris amantissimo successit *Agis* filius, qui Eleos, ob tributum imperatum tumultuantes, vicit, & perpetuæ servituti addixit. Hinc
2891 *Helotæ* apud Spartanos. Agidem *Echestratus* F. excepit. Ibidem Minyarum, qui in carcerem conjectos maritos astu liberavere, historia occurrit. *Valer. l. 4. c. 6.*

ATHENIS *Codro* oraculi jussu, ut victoriam Atheniensibus de Peloponnesiis pararet, pastorali habitu castris hostium immisso, & imprudenter occiso, mutata est Reipub. forma, & gubernia *Pausan in Achaic. Strab l. 14. Euseb in Chron.*

delata

delata sunt ad *Archontes perpetuos* quidem, sed quorum imperio τὸ ἀνυπεύθυνον defuit. Orta tamen est controversia de principatu inter *Medontem* & *Nileum* fratres, Codri F. qui cum, 2877
oraculo Pythio, Medonti, quamvis pede trunco, adscriberetur, suscepit expeditionem trans mare Nileus, & tum Jones in Asiam cum eo se infudere, illam partem, quæ *Jonia* post dicta est, occupavere, multas in Ægeo mari insulas, *Chium* nempe, *Samum*, *Andrum*, *Tenum*, *Naxum*, *Pharum*, *Delum*, aliasque ignobiles insedere, & urbes *Ephesum*, templo Dianæ claram, *Miletum*, coloniis multis excellens, *Myunta*, *Colophonem*, *Prienem*, *Erythras*, *Phocæam*, *Clazomenas*, *Smyrnam*, Bibliotheca post & Homero celebrem, sed defectu cloacarum infelicem, condidere. Atque hæc est illa decantata Jonica migratio, in qua Athenienses, *exonerandæ popularitatis consilio, in alios fines examina gentis erectarunt.*

Diodor. in fragm. CORINTHI fuit post Aletem *Ixion.* 2884

SACRA.

1. Sam. 22. Apud ISRAELITAS agebat Pontificem
Joseph. Antiq. l. 6. c. 14. alter filiorum Achitobi, & fratris sui successor, quem & Abiatharem apud Marcum dici puto, *Abimelech*, qui sacrum Panem Davidi dedit. Hoc cum tota familia & civitate jussu Saulis exciso, devenit Pontificatus ad *Abiatharem*, quem quidam Abimelechum & Achimelechū dici opinantur. 2884
Inter eos, qui fugienti Davidi adhæserunt, fuit & Jehojada seu *Jojada*, & *Benaja*, filius ejus, quorum illum Kimchi Abiathari & Abimelecho summis sacerdotibus interponit, quod *princeps de stirpe*

stirpe Aaron dicitur. Jarchius sacerdotem duntaxat primarium fuisse dicit. In traditionibus Hebraicis Phinees esse putatur, ad cujus comparationem Sadoch puer vocetur. Tum etiam inter Prophetas *Gadus*, qui Saulis de obsidendo Kehilæ Davide, consulto Domino, consilium Davidi aperuit.

Apud ETHNICOS fit in Jonum historia *Panionii sacrificii* mentio. Rex sacrorum Prienensis juvenis erat. Perlitasse se existimabant, cum taurus inter operandum mugiret.

Articulus II.

DE

DAVIDE.

Anni sunt 37. ad annum 2929.

SAule interfecto, opposuit Abner Isbosethum Davidi, adhæseruntque ei undecim tribus tam diu, donec, simultate inter eos exortâ, Abner in Davidis partes transiret. Ab universo Israële receptus, *læta primo*, mox *tristia* in regno exper- *2. Sam. 3. ad 24. Joseph. Antiq. l. 7. c. 1. ad 10.*
2894 tus est. *Læta*; Nam Sionis propugnaculo, quod in Jebusæorum potestate adhuc erat, per Joabum expugnato, sedeq; regni, domicilio ibi exstructo, fixâ, arcâ traductâ, Philistinos, erepto ipsis * Gatho,
2902 attrivit; Moabitas † stipendiarios sibi fecit; Syriæ
2903 Damascenæ, fuso ipsorum Rege, & Idumeæ XVIIM. cæsis, tributum imposuit. Hannonem
2905 Ammonitarũ Regem, legatorum violatorem, aliquot præliis victum, Rabba expugnatâ, interfecit. *Tristia.* Nam adulterio & homicidio perpetratis, populo superbe recensito, ab Absolone ex exilio, in

in quod propter fratricidium ejectus erat, revocato, regno † pulsus est; & hoc, postquam Achitophelis consilia Chusajus elusisset, sublato, fame & peste, quæ triduo septuaginta millia absumsit, à DEO punitus est. Moriturus Salomonem coronari curavit, & hoc facto Adoniæ regno inhiantis tumultus sopivit. Vitam hanc annos natus LXX. clausit, & Prophetæ sanctissimi, Regis potentissimi, Musici suavissimi, ac scriptoris elegantissimi nomen apud piam posteritatem obtinuit. Muhamedes artificem singularis armaturæ, quæ ipsum telis impervium præstiterit, fuisse affirmat, & Judæi multa de scuto ipsius dupliciter triangulari, incendiorum exstinctore, nugantur. De sepulchro ipsius vide *Tudelensem*, & de Jerosolymæ veneratione Cunæum. Certe nulli tribui sorte attributa erat; ea lege, quæ vitulæ mactationæ cædem clam in finibus tribuum patratam, expiari jusserat, non tenebatur. Nulla domus ibi post annum propria emptoris fiebat, & cadavera, quæ aliquo transferebantur, admissa in civitatem non sunt, ne sacra ipsius funestarentur. De proferendis ejus pomeriis singulare jus quoddam constitutum erat. Cum enim amplianda esset, magnus senatus Sanhedrin, Rexq; & vates unus, Urim & Tummim consuluere. Consensu de interpretatione responsi inito, senatores Sanhedrin carmina duo, in queis gratiarum actio erat, recitarunt, panesque totidem fermentatos sumserunt, atque egressi illico cum Cymbalis nabliisque, ad cujusvis vici flexuram atque ad omnes, qui in urbe erecti erant, cippos constiterunt, & verba illa *Exaltabo Te Domine, quoniam*

2950

Schikard in proœm. Tarich.
Tudelens. in itiner.
Cunæus l. 1. Reip. Ebr. cap. 7.

Cunæus l. 1. R. Ebr. c. 7. ex Maimonide.

quoniam exaltasti me, pronunciavere. Putatur in medio & Palæstinæ fuisse & orbis. Vide Villalpandum in structura templi.

CONTEMPORANEA.

* In ASSYRIA fuit *Thyneus* *, quem excepit *ASIATICA*
2899 † *Dercylus*. *Joseph. contra Appion.*
2923 Apud TYRIOS cæpit prima Dynastia, fuitque apud eos Rex *Abibalus*, quem excepit
2921 *Hiramus*.

In ÆGYPTO imperavit *Psusennes* inter Tanitas secundus. *AFRICANA* *Diodor. l. 1.*

In SVECIA *Hasmundus* in bello, quod Hadingo, Magiæ peritissimo, patris cædem ulturus, movit, & filium amisit, & ipse occubuit. *EVROPÆA*

In HISPANIA fuisse dicitur *Habis*, Gargoris ex filia furto susceptus nepos, qui barbarum populum legibus junxit, boves primus aratro domari, frumentaque sulco quærere docuit, & mitiore cibo homines vesci coëgit. Post ipsius mortem tanta siccitas Hispaniæ incubuit, ut agri in vastos hiatus abirent, & regio in solitudinem redigeretur. Depulso pluviis delapsis malo, multæ gentes in eam convolârunt, ex quibus *Celtæ*, Pyrenæo superato, ad Iberi ripam consedere, & mixto cum Iberis sanguine *Celtiberæ* gentis nomen conflavere; *Rhodii* Rhodopem condidere, molas trusatiles manu versare, nauticos ex sparto funes & storeas plectere, nummis ex ære percussis uti, Hispanos docuerunt. Mentio ipsius in Josiæ tempora incidit. *Justin. l. 1* *Marian. l. 1. c. 9.*

2923 In ITALIA, fame apud Israëlitas grassante, regnum inivit *Alba Sylvius*. Ibidem ædificavere Chalcidenses, visa muliere gravida (quod illi fæcun-

Pausan. l. 3. fœcunditatis augurium interpretabantur) *Cumas*, propè quas *Arvernus sinus*, Plutonis domicilium.

LACEDÆMONE successit Agidi *Echestratus F.* sub quo Cynurenses omnes militari ætate, quod Argivorum fines vastassent, a Lacædemoniis sedibus suis pulsi sunt. 28

ATHENIS secutus est Medontem *Acastus.* 28

CORINTHI Ixionis successor fuit *Agelaus.* 2 2

Hoc tempore fortissimi aliquot in Israele viri fuere. *Issamus* & *Abisaus* sexcentos una die in prælio interfecere. *Benaja* Leonem in puteum delapsum, ictu baculi occidit. *Eleasarus* & *Sebas* soli interdum totum hostilem exercitum stitere. *Jonathas* sex cubitorum ex Philistinis virum trucidavit.

SACRA.

1. Chron. 1. &c. Apud ISRAELITAS fuit summus Sacerdos *Abiathar*, cui tamen David *Tzadocum*, ex Eleazaridis, seu ut Pontificem secundarium, & qui ministerio ad tabernaculum, quod Gibbone erat, præesset, adjunxit. Hinc eorum, tanquam partiariorum in sacris mentio. Josephus etiam binos facit, unctumque in sacerdotem Tzadocum expresse in Paralipomenis legimus, & ἀρχιερέα τῆς πληθύος ἁπάσης factum. Kimchius istum Pontificem Achimelicum filium Abiatharis, vivente adhuc Abiathare, secundarium facit. Ex Prophetis erat *Nathan.* David arcam fœderis Jerosolymam transtulit; Levitas, quorum, ex Mosis instituto, erat arcam portare, & sacra vasa curare, in viginti quatuor classes, quæ singulæ per vices suas in templo per Hebdomadam unam in templo essent, distribuit, alias, quæ partim voce, partim

Joseph. lib. 9. c. 11.

1. Paral. XVIII. 16.

Joseph. Antiq. l. 8. c. 6.

partim nabliis & organis inter sacra canerent, instituit, æditorum viginti quatuor stationes fecit, & *bis mille Septingentos milliones* ad ædificationem templi reliquit. DE ETHNICIS nihil occurrit.

Articulus III.

DE

SALOMONE.

Anni sunt 40. ad annum 2969.

Salomon, mortuo Patre, regnum primo à tutbatoribus Joabo, Adonia, & Semei liberare voluit. His punitis & sapientia à DEO impetratâ, eâdem in judicio causæ duarum meretricum comprobatâ, auxilio Hirami Tyriorum Regis usus templum * ædificavit, & hoc absoluto, arcem 2940 exstruere aggressus, eandem † XIII. anno absolvit. Cæterum ut potentiam ipsius annui reditus 2953 DCLXVI. auri talentorum, vectigalibus, & finitimorum Arabum donariis exceptis, ostendunt, sapientiam summam, præsidum vices gerentium, scribarum, Referendariorum, præfecti militiæ, sitarchorum & aliorum constitutio, ac Reginæ Sabæ adventus demonstrat; Sic idololatriæ, ex insanis externarum mulierum amoribus exortæ, Astartæ, Cemoschi, Molochi, & aliorum cultus testis est. Vix tamen credibile, in idolomania illa perstitisse, & patere id ex ipsius Ecclesiaste & Thargum Coheleth, quod per mundum cum flendo obambulasse narrat, videtur. Hoc certum est, regni ipsi exinde divisionem, post mortem futuram, prædictam, & Damascenos imperium Pa-

1. Reg. 2. ad 10.

Joseph. Antiq. l. 8. c. 1. 3.

læstinæ, & Cavæ Syriæ affectare ausos. Creditur fuisse *incantationum* & *conjurationum* author, quibus cedentes Dæmones ita fugabantur, ut in posterum non redirent. Josephi ævo, admoto naribus Dæmoniaci annulo, sub cujus sigillo radicis a Salomone indicata species inclusa erat; olfactum per nasum dæmonium extrahebatur. Multa de naturalibus scripsisse, Scriptura S. innuit. Ridicula si de ipso cupis, Alcoranum consule. Hoc tempore concilium Sanhedrin a Mose institutum, & LXX senatoribus instructum, in clarescere cœpit. Senatores non tantum ex primariæ nobilitatis civibus, sed & Levitis ac sacerdotibus legebantur: nec peregrinum exterumve, nisi matre saltem Judæa, nec vitio aliquo corporis notatum, recipere fas erat. Hi magistratus in oppidis condebant; Cabalam, seu mysteriorum doctrinam, jam inde ab initiis Reip. per manus traditam, custodiebant, statuta de rebus sacris ferebant; causas vatum, qui graviter deliquissent, disceptabant, regem constituebant, ad illos denique; quicquid decidere cæteri in Palæstina magistratus non poterant, sine appellatione referebatur. Sedes ei in ipso Sanctuario, parte templi, quæ *Gazith* dicta.

Joseph. Antiq. l. 8. c. 2.

Cunæus in Rep. Ebraor.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA

In ASSYRIA imperavit Eupacmes.

In ARABIA FELICE, insistendo hypothesi Arabum, quibus Balkais Regina Sabæ, imperavere successivè *Malec*, *Basernaem* aliàs *Noscherol' neam*, ob insignem liberalitatem dictus. qui cum in expeditione in Occidentem, exercitum arenâ obrutum amisisset, æreæ statuæ pectori inscribi curavit;

Histor. Orient. Arabũ p. 279.

curavit: *Non ultra. Shamer Yaranſh*, quod tremeret, aliis *Samarbargar*, qui Baſtaſum Perſarum Regem tributarium fecit, Samarcandam occupavit, & cum in expeditione contra Sinas aberraſſet, ſiti cum exercitu enectus eſt. *Abumalec* F. qui præſtantium Smaragdorum torrenti fruſtrà inhiavit. *Amran*, Ameri F. e poſteris Cahlani, hariolus, qui imperium ab Hamyatidis ad Cahlani Hamyari fratris poſteros tranſtulit. Eo regnante, Aram fluvius totam Arabiam felicem vaſtavit, & cum nulla antehac ſcorpionum, pulicum, formicarum, pediculorum &c: ſpecies incolas infeſtaſſet, poſt illuvionem magno numero comparuere. *Amrus* F. Ameri, *Mazebiah* ſeu *dilacerator* dictus, vel quod, quoties in publicum prodiret, novam veſtem, lacerata vetere, aſſumeret, vel quod binas, quas quotidiè induebat veſtes, veſperi dilaceraret. *Al-Akran* F. Abumaleci, de quo nihil. *Dhu-Habſchan*, Akrani F. qui Samarcandam reſtauravit, Sinarum regionem devictam relictis XXXM. colonorũ Arabice loqui coegit, Taſmumque & Zadiſum è medio ſuſtulit. *Tobbam*, & *Colaicarb*, ſeu Clicarbus, qui & *Molaic Yacrab*, *Tobbai* F. de quibus nihil dicemus. *Abu-Carb Aſaad, Tobbam medius* dictus, qui primus Caabæ aulæa circumdedit, viros Principes, ut abſolutum imperium ſtabiliret, interfecit, & ignis indicio Judaismum cum ſubditis amplexus eſt. *Haſſan, Tobbai F.* qui pœnas ab interfectoribus ſumſit, & peragrata ferè tota Perſide, Choraſana, & aliis regionibus, cum in Chaldæam & Syriam movere invitis ducibus vellet, nec à propoſito dimoveri poſſet, a fratre Hamro occiſus eſt. *Hamrus Tobbai F.*

qui cum perpetuis vigiliis poſt fratris mortem conflictatus, *lignei* nomen, quod nec ventrem quidem, niſi lignea ſella portatus, exonerare poſſet, obtinuit. De *'Abd-Celal* & *Tobbae Haſſan, minimo* dicto, tacemus. *Alhareth* Amri F. qui quod principes interemiſſet, a Rhabiha ex proſapia Calani ſublatus eſt; Rhabiha, ipſo regno depulſo. Amplexus eſt Judaiſmum. *Morthed* Celali F. qui regnum inter quatuor filios diviſit, quorum tres cecidere, quartus captus prælio cum Cananibus commiſſo, cum nigrum lapidem è templo Meccano aſportare, & aliud, ad quod Arabes peregrinarentur, exſtruere vellent. Hiſtoria in Juſtino Thraci recurrit.

Fuller. in Miſcellaneis Joſeph. lib. 8. c. 2. Diodor. l. 5. c. 20.

TYRIIS in Phænicia præfuit *Hiramus*, qui claſſem in Ophir, ſeu Cherſoneſum auream (Fullerus pyxidem magneticam tum fuiſſe notam putat) cum Salomone mittere ſolebat, & per Abdominum quæſtiones Salomonis perplexas ſolvebat. Succeſſere ipſi *Baleaſtartus* * & *Abdaſtar-* *
tus. † Sub illo * Tyrii quidam naucleri coloniam 2956
in inſulam, Gades dictam, deduxere, & excurſu in †
Africam facto, *Uticam* condidere. Hoc tempo- 29[illegible]
ris tractu traduxere Thraces, Myſi, Gethæ, Be- *
bryges, colonias & traduces ſui generis in Aſiam, 2960
ibidemque Bithyniam occupavere.

AFRICANA Nubienſ. in Geogr. Benjam. in itiner.

In ÆGYPTO fuit * *Nephel Cherres*, quem *
intra hoc ſpatium excepere † *Amenophis*, * *Opſo-* 2935
con, † *Pſinachos*, & * *Suſennes*. Ibidem, ſi Nubi- †
enſi credimus, exſtruxit aulam in meridionali A- 2943
lexandriæ parte Salomon, qui & palatium Balbek *
Baalath, quondam ſtupendum, reſtauraſſe, & 2948
Thadmur extruxiſſe creditur. †
2954
*
Apud 2963

Apud ÆTHIOPAS imperavit *Nicaule, Maqueda* dicta, quæ Salomonem audivit, (exemplum colloquii illorum vide apud Glycam) plantam balſamiferam ipſi dono dedit, filium Meilechum ex illo ſuſcepit, particulam tabularum à Moſe confractarum ab eodem obtinuit, & ne fœminæ in regno in poſterum ſuccederent, ſancivit. Excepere eam ad nativitatem Chriſti *Menilech*, qui a Salomone educatus, Davidis nomen obtinuit, Ebreorum Sacra recepit, multos Judæos ſecum ex Palæſtina adduxit,& iisdem unum ex templis Solis in monte Amara, in quo filii Abyſſinorum Regum educantur, dicatis*conceſſit: *Joſu*, ſub quo Judæi pulſi, pars in Palæſtinam rediere, pars loca circa *Caput bonæ ſpei*, ubi adhuc hodiè ſunt, & Tabayqueri ab incolis appellantur, inſedere: *Zangua, Chaales* &c. de quibus nil ſcitur. Sed & iſta fabuloſa ſunt.

In SVECIA fuit *Uffo*, ab Hadingo Daniæ Rege per inſidias poſt interfectus. *EVROPÆA* *Magn. l. 2. c. 12.*

2962 In ITALIA ponitur *Capetus Sylvius.*

Apud Spartanos *Labotas*, cujus ductu Spartani cum Argivis bellum de agro Cynurenſi geſſe- *Pauſan. in Lacon.*
2963 re; ſucceſſit ei *Doriſſus.* Proclidarum autem authoritas cœpit imminui. Hinc cum Eunomus diremptum contentionem quandam veniret, unus è laniis cultro eum enecare auſus eſt. Legum ergò deſiderium Spartanorum optimum quemque inceſſit.

* 2933 ATHENIS agebat Archontem * *Archippus*, quem † *Therſippus* excepit.
† 2952 CORINTHI regnavit * *Prymnis.*
* 2958

 Sacra

SACRA.

Ecclesia ISRAELITICA ingressa est *quartam periodum*, quæ ad deportationem decem Tribuum duravit. Salomon enim vermiculi *Schamir*, si credere fas est, operâ usus, templum illud famosissimum, in quo & arca fœderis resideret, & sacrificia cum toto culto divino peragerentur, intra sexennium exstruxit. Sacra primus in eo, si Clementi Alexandrino credimus, celebravit *Tzadocus Pontifex*, Uzzi Pontificis atnepos, ab Aarone, secundum Georgium Monachum & Scaligerum XI. at secundum Eusebium, qui illos duntaxat, quorum in sacris literis mentio, recenset, octavus: quem Rex, remoto, quod se in causa Adoniæ communi cum Joabo factioni implicasset, Abjathare, & vitam privatam agere jusso, substituit, & sic horrendam illam in Ithamaridarum domum ob filiorum Eli scelera sententiam maximam partem explicuit. In Chronico Alexandrino malè *Baruch* vocatur. Stupenda templi apud Judæos fuit reverentia. Sane nemo in montem ejus cum baculo, calceamentis pedum, manticâ, aut pecuniis linteolo involutis venire audebat, quisquis templum ingrediebatur; gressum ad dextram obvertebat, eaque viâ, quæ ad sinistram erat, egrediebatur; Lugentibus, vel ex Judæorum communione eo submotionis genere, quod נידוי appellatur, ejectis, non nisi a sinistra circuire dextrorsum licebat. Ipsi denique Sacerdotes, cum rem sacram fecissent, recessim ad portam atrii, pene ut nepæ solent, paululum tamen obliquato latere cedebant. Quod si Gemaræ credendum est, non abortivit ex odore carnis sanctæ fœmina

Joseph. l. 8. cap. 2.
Gemara c. 1. cod. Joma.
Maimon. apud Cunæū l. 2. de R. E. c. 12.

mina summo ejus capta desiderio; Caro ipsa nunquam fœtuit, nec ulla musca in poparum loco visa est, nec gonorrhæa sacerdoti maximo, die expiationis contigit, nec ita invaluit ventus, ut fumi dimoveret columnam, nec imbres ignem lignorum, quæ in foco altaris erant, extinxerunt: nec unquam inventum fuit vitium, quo primitiarum manipulus, aut duo illi panes Levit. 23. 17. aut denique panes propositionis contaminarentur. Stabant arctissime pressi, & tamen cum se prosternerent, sufficienti spacio separabantur: nec serpens vel scorpio quemquam Jeruschalaimis unquam læsit, nec denique quisquam proximo suo dixit, *angustior est locus, quam ut in urbe Jerusalem pernoctare possim.* Apud ETHNICOS fit mentio *Molochi*, in cujus honorem pueros cremare moris erat. Hujus imago septem concava conclavia habebat, quorum unum similæ offerendæ, alterum turturibus, tertium ovi, quartum arieti, quintum vitulo, sextum bovi aperiebatur, septimum illi, qui filium offerre volebat, patebat. Facies ipsi vitulina fuisse putatur, manus *ad recipiendum aptissimæ.* Sacerdotes *Cemarim* dicebantur. Vallis filiorum Hinnom locus sacrificii erat. Mos, dum puer in idolo cremabatur, saltare; percutiebant tympana, ne ejulatus exaudiretur. Mos etiam tum fuit ad statuam Mercurii, qui ὅδιος, in biviis & triviis collocatam honoris gratiâ lapides offerre, quorum acervos, ἑρμαίους λόφους antiqui vocabant.

Selden. Synt. 2. de Dis Syris c. 6.

Ramirez in Pentecont. cap. 49.

CAPUT II.

De

REBUS A SECESSIONE DECEM TRIBUUM AD EORUNDEM DEPORTATIONEM.

Anni sunt 282. ad annum 3251.

Articulus I.

De

REHABEAMO ET ABIAMO.

Anni sunt 19. ad annum 2988.

1. *Reg.* 12. 14. 15. *Joseph. Antiq.* l. 8. c. 3. 4. 5. 2. *Chron.* 12. 13. 14.

SAlomonem Rechabeamus F. excepit. Hic cum populo levationem jugi paterni, (prætextus defectioni quærebatur) in solemni conventu, petenti, arctius se eum habiturum, ex juniorum consilio respondisset, decem tribus, quæ secessione factâ, Jeroboamum Ephraimitam sibi in Regem sumsere (*molles, & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiuntur*) amisit, senioribus exercitum contra ipsum non educi permittentibus, frustra easdem, hospitia Sacerdotibus & aliis piis præbendo, demulcere studuit, & cum post triennium vitam & mores mutaret, *Sesaco* Ægyptiorum Regi, a Jeroboamo excito, urbem sub fide dedere coactus est. Successit illi *Abia* ex tertia Uxore F. temeritatis paternæ hæres. Is, parte fratribus assignata, Jeroboamo bellum movit, & ab eo interclusus, precibus victoriam insignem (quinquies centies mille ex Israelitis periere) a Deo impetravit, vires Israelitarum ita attrivit, ut ne filius quidem Jeroboami multos annos contra hiscere auderet.

2969 2974 2985

CONTEM-

Contemporanea.

2975 In ASSYRIA succesſit Eupacmi *Laoſthenes.* *Asiatica*

2969 In PALÆSTINA *regnum Iſraëliticum* ſeu Samariæ a Jeroboamo ex Ægypto reduce, ut diximus, erectum eſt, & ſedes Therſæ poſita. Ita ſe in hac defectione geſſit, ut viæ ipſius viis Davidis opponerentur.

* TYRI ſucceſſit Abdaſtarto, Nutricis filius, * *Joſeph. contra Appion. l.* 1.
2972 quem poſt duodecennium exſtinctum, inſecutus
† eſt † *Aſtartus*, Baleaſtarti F.
2984

2971 In ÆGYPTO cæpit *Bubaſtitarum* Dynaſtia, & fuit ibi Rex *Seſonchis* ſeu *Seſacus*, de quo ſupra in Hiſtoria Judaica. *Africana*

In SVECIA fuit *Hundingus*, qui cum Hadingo Daniæ Rege pacem ea conditione fecit, ut alter alterius fato comperto, mortem ſibi quantocyus accelaret. *Europæa* *Magn. l.* 2. *c.* 14.

In ITALIA floruit *Capis*, Capuæ (hæc eo loco ſita erat, quo Bacchi & Cereris certamen:) conditor. 2988

Apud SPARTANOS ATHENIENSES, CORINTHIOS nil ſingulare occurrit.

Sacra.

Apud ISRAELITAS, ſciſſa eſt religio. Jeroboamus duos vitulos aureos, unum in Dane verſus aquilonem, alterum in Bethele verſus auſtrum
2969 erexit: feſtos dies & ſacerdotes arbitrio inſtituit, & feſtum tabernaculorum in eum diem transpoſuit, quo bove deaurato oſtenſo, Oſiridem plangere & cum gaudio invenire ſolent Ægyptii. Pon-
1950 tifex erat poſt Tzadocum patrem, omiſſo Jonathane, Abiatharis filio, *Achimaaz* F. duravitque Eleazanidarum ſucceſſio ad captivitatem Babylonicam. Excepit eum ſub Abiamo *Azarias* F. inter Prophetas fuit *Emaſa*. In ETHNICISMO nihil habetur. *2. Chron. XII.*

Articulus II.

DE

ASSA.

Anni ſunt 40. ad annum 3028.

Joſeph. Antiq. lib 5. c. 6. 2. Chron. 14. 15.

ASſæ regnum per XV. ferè annos quietum, intra quos urbes munivit & multos ad militiam præparavit, pòſt turbulentum fuit. Primo enim à Zara, Aethiopum Rege, exercitu, in quo 3003
decies centena millia, & trecentos currus habebat, inſtructo infeſtatus eſt; mox Baëſam Iſraëlitarum Regem, Ramam urbem, ut aditum Hie- 3004
roſolymam ſuis & Aſſæ ſubditis præcluderet, munientem, hoſtem habuit. Verum ut illum, DEO ſingulariter auxiliante, cui etiam Εὐχαριστήρια in feſto Pentecoſtes perſolvit, profligavit, ſic hunc, Benhadado Syriæ Rege in amicitiam admiſſo, & Ramâ deſtructâ, ad ſua defendenda domum revocavit. Sed cum in illa amicitia ita ſe gereret, ut humanum auxilium divino anteponeret, & eo nomine ab Hanane Propheta reprehenderetur, à priore pietate degeneravit, & tandem gravi pedum morbo correptus, Medicis ſolis adhærens, alterum imbecillitatis humanæ exemplum præbuit. In funere ipſius fit mentio aromaticarum ſpecierum, & aliorum, quæ in mortuos Reges conferebantur. Solebant autem lectum defuncti incendere & cremare; Equorum & cæterorum jumentorum ſuffragines incidere: denique undecim rebus, quæ lugentibus prohibitæ ſunt, (prohibitum autem eſt, tonderi, veſtes lauare, conjugali lecto ſervire, ſandalio calceari, biblia legere, caput nudare, ſalutem precari, &c.) triſtitiam teſtari.

Schikard. Miſchpat.

CON-

Contemporanea.

* In ASSYRIA imperavere * *Puritiades*, ASIATICA
2993 † *Ophrataus*, & * *Ephacheres*.
† In PALÆSTINA præerant Israëlitis post
3007 * Jeroboamum *Nadabus*, qui cum minùs feliciter
3028 bellum Philistinis inferret, in odium venit, & à
† Baësa interfectus est. *Baesa* †, de quo modo 1. Reg. 15. 16.
2990 diximus. *Ella* * illius F. qui cum in vino ac de- Joseph. l. .
* litiis volutaretur, & à Propheta reprehendere- c. 8.
3013 tur, eundem occidit, ipse à Simrio oppressus:
3014 *Simrius*, qui ab Amrio, exercitus in Philistinorum regione militantis Duce, obsessus, terrore supplicii adactus est, ut se cum suis, die Tyrannidis septimo, in regia cremaret: *Amrius* deniq;
† qui Thibni adversarium † compescuit, Samari-
3018 am, a se * exstructum, regni sedem transtulit, &
* mortuus † *Achabo* regnum reliquit.
3019 Apud TYRIOS fuere * *Astarinus*, † *Phel-*
† *les*, & * *Ithobaal* sacerdos, socer Achabi, per filiam
3025 * Isabellam.
2996 In ÆGYPTO successit Sesonchi *Usorthon*, AFRICANA
† & habuit tres successores, quorum nomina apud
3004 Manethonem ab Africano editum, desiderantur.
*
3005

In SVECIA vixit adhuc *Hundingus*, qui tamen paulò pòst, sparso, sed falso, de Hadingi Dani morte rumore, seipsum, ut pactis satisfaceret, in dolio mellei potus pleno, submersit. EVROPÆA Magn. l. 2. c. 14.

In ITALIA fuit post Capyem *Calpetus*. Halycarn. lib. 1.
Apud CORINTHIOS occupavit Dynastiam
2994 *Bachis* Prymnidis F. Aletæ abnepos, ac quamvis Pausan. in Corinth.
Doriensis & Heraclida esset, tamen cum antecessores suos omnes splendore obscuraret, novi

Bachia-

Bachiadarum nominis author factus est. Excepit 3028
eum *Agelas*.

SACRA.

Apud JUDÆOS Assa Ecclesiam diligenter restauravit, aras peregrinas & sacella sustulit, statuas perfregit, lucos succidit, & patrium cultum edictis sanxit: quæ tamen postea observata non sunt. Summi Pontifices tum fuere post *Azariam*, Achimazi filium, *Joram*, F. *Isus* Jorami 2990
F. & *Axioram*. Hos Josephus recenset, Nice- 3020
phorus & Seder Olam omittunt, & Azariam ad tempora Josaphat, protrudunt. Sed & in Paralipomenis & apud Esram alia series est. Forte Isus Joachaso contractione, si non pronunciatione, respondet. Depravatum a librariis Josephum omnes ferè prætendunt.

Selden. Syntag. 2. c. 5. de Diis Syris

Apud ETHNICOS fuit cultus Idoli *Miphletzet*, sic dicti, seu quod tremorem multum cultoribus suis afferret, seu quod mirandum risum excitaret. In illius sacris libidines exercebantur, idemque cum Priapo esse censetur.

Articulus III.
DE
JOSAPHATO.

Anni sunt 25. ad annum 3053.

JOsaphatus primis XVI. annis feliciter administravit regnum. Finitimos enim authoritate & terrore nominis continebat, & opibus ita affluebat, ut iis servandis novæ arces conderentur. Labascere fœderibus & affinitate cum Achabo & ejus successoribus contractis, cæpit. Certè in Syriaco

Syrioco bello, Achabo lethaliter vulnerato, ipſe ſaucius vix evaſit: in expeditione nauticâ in Ophir deſtinata, cum Achaſia initâ, univerſam fere claſſem amiſit, in bello Moabitico, cum Joramo inito, multum ex ſiti laboravit. Renunciavit tamen poſt illi ſocietati, & ut poſt vulnus in Syriaca expeditione acceptum judicia ordinavit, ſic tum precibus effecit, ut hoſtibus in ſe invicem converſis, inſigni potiretur victoriâ.

CONTEMPORANEA.

3050 In ASSYRIA fuit *Acracarnes*. *ASIATICA*

In PALÆSTINA fuere *Achabus*, qui ante 1. *Reg.* 20. 21.
infelicem illam, cujus jam facta mentio, pugnam,
3042 cum Benhadado Syriæ Rege bis feliciſſimè dimicavit, captum, contra DEI mandatum, clementer habuit; Nabothum, ut ei, inſtinctu Iſabellæ uxoris, vineam adimeret, Læſæ majeſtatis iniquè arceſſitum, ſaxis obrui curavit; quod tamen factum, monente Eliſæo, pœnitentia expia-
† re voluit: *Ahaſias* †, de quo nil præter ſupra
3044 dicta habetur, & *Joramus* *, qui vivente adhuc
* Joſaphato, à Benhadado Syriæ Rege obſeſſus 2. *Reg.* 6. 7.
3045 cum eſſet, & fame ingenti premeretur, mirabiliter, occupatis panico terrore hoſtibus, libera-
† tus eſt.

3037 Apud TYRIOS imperavere ſucceſſive *Joſep. contra*
* † *Badezorus*, * *Matgenus*, & † *Pygmalion*, Dido- *Appion. l.* 1.
3043 nis Frater.
†

3052 In ÆGYPTO quis fuerit, ignoratur. *AFRICANA*

3052 In SVECIA ſucceſſit Hundingo *Regnerus*, *EVROPÆA*
propter injurias Thoridæ novercæ (*Lurida terribiles miſcent aconita novercæ*) coactus primo *Magn. l.* 2. *c.* 15. 16.
fieri bubulcus, & quidem Suanhuitæ Hadingi

Dani

Dani F. uxoris subsidio, quæ & Frothonem fratrem bellum Svecis moventem in triumpho captivum duxisse dicitur.

In ITALIA Tyberinus, Calpeti † successor, in prælio ad Albulam cum Latinis rebellibus commisso * submersus, nomen *Tiberis* ipsi dedit, & Regnum *Agrippæ*, F. reliquit. 3023 * 3017

Pontan. l. 1. Hist. Danic. In DANIA, cujus historia hic redit, Hadingus, ut parem gratiam Regi Svecorum Hundingo referret, suspendio se, vulgo inspectante, extinxit. Post eum ad Fridlerum, qui Julii Cæsaris tempore vixit, varia fortuna à quatuordecim Regibus, quorum quatuor ad Amasiæ tempora fuere, regnatum est. *Frotho* Curetum & Ruthenorum Reges Stratagemate vicit, Londinum cepit, & in bello contra Regem Sveciæ occubuit. *Haldanus* F. majoris natu fratres interfecit, & regnum filiis duobus reliquit. Horum major natu *Roe* Roschildium condidit; Slaviæ Regem Scalcum maritimis copiis oppressit; Hudingum Saxoniæ Regis Syrici F ad Stadam vicit. Cum filiam Ursam, quam ut alienam uxor supposuerat, à se stupratam cognovisset, manus sibi intulit.

Pausan. in Laconicis. Apud SPARTANOS *Archelaus* F. Agesilaum patrem excepit. Illo regnante Lacedæmonii Ægyn urbem, ejus ad Arcadas defectionem metuentes, bello subactam exciderunt. 3036

ATHENIS fuit adhuc *Megacles*.

Plutarch. in Homero. CORINTHI vixit *Agelas*, Bachidis successor. Hoc tempore videtur Homerus floruisse, cujus versus Pisistratus auro rependit; Ameftriani
Ramirez Pentecont. c. 25. æreum nummum cuderunt, & Palaton vomentem 3038

tem depinxit, ita ac si sordium reliquias cæteri Poëtæ colligerent. Mortuum dicunt seu nauseâ in mari contracta a nautis in terram depositum, seu quòd ænigma à piscatoribus propositum solvere non posset. Cassander, Rex Macedoniæ, *Athen. l. 5.* magnam ejus carminum partem in ore habebat. Mæro Byzantia prima ejus mentem deprehendit, cum dixit, *Plejades Jovi ambrosiam ministrare.* *Id. l. 11.*

SACRA.

Apud ISRAELITAS misit Josaphatus Levi- *Joseph. l. 8. cap. 9.* tas & Sacerdotes, qui Scholas & Ecclesias visita- *R. Jochanan* rent, & ex præscripto Sacræ scripturæ repurga- *Apud Seld.* rent. At Achabus programmate publico portis *Synt. 2. c. 2.* Samariæ affixo, DEO Israëlis renunciavit, novos Deastros invexit, in Prophetas autem Domini, sine modo ab Jesabella sævitum est. De *Pontificibus* inter eruditos non constat. Alii *Joramum*, de quo ante, fuisse volunt; alii *Sadiam*; Sedeolam *Joachazum*; Alii *Amasiam* hic collocant, eun- *Joseph. lib.* demque cum *Azari* Achimazi F. de quo sub *8. cap. 7.* Abiamo, esse contendunt. Ex Prophetis erant *1. Reg. 18.* *Elias*, qui Baalitas quam plurimos interfecit, *2. Reg. 4. 5.* cœlum clausit, & jejunium quadraginta dierum *Buxtorff. Synag. Ju-* sustinuit, & *Elisæus*, ejus Discipulus, qui Naa *daic. c. 2.* manem Syrum sanavit, & cujus ossa post mortem prophetarunt. Moderni Judæi Eliam hodie circumcisioni præsidere existimant, ideoque sedile vacuum per triduum pro illo relinquunt, & infantem in ipsius cervical reponunt.

Apud ETHNICOS fuere in cultu *Beelzebub*, & *Rimmon*. Ille muscarum Deus, idem cum Africanorum Achore, cui postquam litatum fuisset, muscarum multitudo interibat, vel cum

Myagro.

Myagro. Hic idem cum Venere, vel Phænicum numine, *Elioum* dicto. Sane utrumque à celsitudine sortitum est nomen. Veneri poma dicata sunt, & simulacra ejus non sine fructu sacrabantur; *Rimmon* vero malum punicum significare putatur.

Articulus IV.
DE
JORAMO.

Anni sunt 10. ad annum 3063.

Joseph. l. 9. c. 3. JOramus, major natu Josaphati F. ut regnum ab internecione Fratrum & præcipuorum pa- 3054
tris consiliariorum pessimè auspicatus est, sic illud non melius per octo, quos regnavit, annos, nil Eliæ scriptis ante assumptionem literis motus, gessit. Hinc igitur factum, ut, postquam Idumæos desertores ex insidiis fatigasset, ab Arabibus & Philistinis opprimeretur, & tandem intestinorum diuturno morbo correptus, inter immanes cruciatus exspiraret, & sine honore
Joseph. l. 9. c. 7. 2. Reg. 11. funeris sepeliretur. Successit ei *Achasias*, post 3056
cujus a Jehu interfecti mortem, *Attalia* Tyran- 305[illegible]
nidem arripuit, nepotes & semen Regium exstinxit; Joasum etiam sublatura, nisi à Jojada cædi subtractus fuisset.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA In ASSYRIA successit *Sardanapallus*, *To-* 3057
Justin. l. 2. *nosconcoleros* alias dictus, qui in gynæceo inter scortorum greges, lanam & colum tractare, & indutus veste muliebri, fœmineam vocem imi-
Strabo l. 14. tari solebat. *Tarsum* tamen & *Anchialem* in

in Cicilia uno die (si verum est epigramma monumento & lapideæ illi statuæ inscriptũ, cujus digiti duo ita inter se fuerunt collisi, ut quasi ἀποκρότημα sive strepitum ederent, & una signarent, *omnia regna, omnia votiva & magna nec tanti esse*) condidit. Tarsenses tantus successu temporis philosophiæ & *disciplinarum Encycliarum* ardor incessit, ut Atheniensibus & Alexandreis præstarent; Juventus domesticâ educatione non contenta, peregrinas etiam oras invisebat. *Strabo. l.14.*

In PALÆSTINA magna fuit mutatio. *Jehu* enim, unus ex Ducibus *Jorami* Israelitici, ab Elisæo in Regem inunctus, Joramum occisum bestiis in vinea Nabothi dilacerandum projecit; Achasiam Judæ Regem, cum quadraginta duobus cognatis, Joramum istum salutaturis, jugulavit; Jesabellam, sibi conviciantem, de turri præcipitari imperavit, & totam Achabi familiam extinxit. Isabel ad sepulturam requisita, in agro Nabothi à canibus dilaniata reperta est, Pro hoc Zelo promissum est Jehu regnum ad abnepotes. *Joseph. l. 9. c. 4.5.6.*

Apud TYRIOS *Dido*, quæ & *Elisa*, Acerbæ sacerdotis Herculis, à Pygmalione, ut thesauris ipsius potiretur, interfecti, conjunx, avaritiam fratris astutè fugiens (ministros migrationis, a Rege missos, provecta in altum, onera arenæ pro pecunia involucris involuta in mare dejicere compulit, eosdemque metu mortis, quod Acerbæ opes, quarum spe Rex parricidiũ fecerat, avaritiæ Tyranni subtraxissent, comites exilii accepit,) in Cyprum primo delata, ubi & sacerdotem Jovis, perpetuum sacerdotii honorem pactum, comitem adscivit, & octoginta virgines in littore

(eo ante nuptias dotalem pecuniam quæsituræ in quæstum mittebantur) rapuit, in Africam se contulit, ibidemque Cothonem insulam occupavit, & munivit.

AFRICANA Apud ÆGYPTIOS fuit unus ex illis, quorum nomina ignorantur.

EVROPÆA In SVECIA vixit *Hothebrotus*, Regneri F. qui 30.. Danos, occiso ipsorum RegeRoë, subegit, & imperium à fluvio Tanai ad Albin & Visurgim, si credere fas est, propagavit. Submersus est in mari, cum ad opprimendam Danorum rebellionem properaret.

Magn. l. 2. c. 18.

In ITALIA fuit idem, qui supra.

Apud SPARTANOS nihil mutatum est.

ATHENIS præfuit post Megaclem * *Diogenetus*. * 30..

CORINTHI excepit Agelanum † *Eudemas*. † 305.

SACRA.

Inter Sacra nil occurrit, præterquam quod *Jojadas* summus Pontifex fuerit; Jehu Baalitas simulatione ad sacrum congregatos mactarit, & Simulacro cremato fanum in latrinam converterit. At Josephus ponit in hæc tempora *Isum*, Seder Olam *Jehojaribum*, Chronicon Alexandrinum *Achitobum*, & *Tzadocum*.

Articulus V.

DE

JOASO VI. JUDÆOR. REGE.

Anni sunt 40. ad annum 3103.

Joseph. lib. 8. c. 7. 8. Joasus, occisâ Attaliâ, pii Regis officium exercuit, quamdiu Jojadas, ex affinitate contracta patruus,

patruus, in vivis erat: mortuo * eo, consiliario-
3095 rum voces secutus, à cultu DEI descivit. Hinc ab
† Hasaële, Rege Syriæ, Regis Benhadadi successore,
3099 ita † exagitatus est, ut templo donariis, fisco, thesauris exhausto, occisis in præliis illis aulicis, pacem ignominiosam inire, cogeretur. Hanc subditorum odium excepit, quo factum est, ut in lecto suo obrueretur.

CONTEMPORANEA.

Apud ASSYRIOS, proditis Sardanapalli moribus, rebellio contra ipsum ab *Arbace* Medo & *Beleso* instituta, quæ quidem principia difficilia, victoriâ in tribus præliis a Sardanapallo obtenta (quod ex proceribus multi ipsi adhærerent, & prolixis pollicitationibus rebellium partes debilitaret) habuit, tandem tamen felicem sortita est eventum. Scilicet, non tantum rediit ante rem peractam ad mollitiem suam, sed & exercitum exemplo enervavit. Exercitus igitur, re per exploratores cognitâ, vino & somno sepultus (*res secundæ negligentiam creant*) oppressus est, provinciæ, quæ jam fluctuare cæperant, passæ sunt sibi persvaderi, ut jugum principis excuterent; Sardanapallus verò, postquam liberos suos cum pluribus thesauris ad Cottam Paphlagoniæ præfectum misisset, & biennalem obsidionem tulisset, cum magna muri pars Euphratis inundatione dejiceretur, Vaticinii de Nino à nullo capiendo, nisi prius fluvius hostis urbis fieret, memor, ut se in Pyram cum omnibus suis conjiceret (*ignaviam quoque necessitas acuit*) adactus est. Et hæc in Assyria gesta sunt. Post Belesum vix datur ordinata Assyriorum regum series. Sardanapalli sepul-

ASIATICA *Diodor. l. 2. c. 27.*

chro inscriptum erat: *Hæc habeo quæ edi, quæque exsaturata libido hausit; at illa jacent multa & præclara relicta.* De Medis post agemus. 3100

2. Reg. 18. In PALÆSTINA successit Jehu *Joasius* F. impius & ab Hasaële ita exagitatus est, ut ad extremum ex tam potenti populo vix XM. ad prælium educere posset.

Apud TYRIOS à Pygmalione ad *Ithobaalem*, qui tempore Josiæ vixit, deest Regum series.

Apud *MEDOS* erectum est ab *Arbace*, Sardanapalli debellatore, novum Regnum. 3099

AFRICA-NA In ÆGYPTO recuperarunt dignitatem regiam Tanitæ, ductu *Petubastæ*. Herodotus verò 3097

Manetho. l. 3. apud eosdem in hæc tempora *Cheopem* quendam

Herod. l. 2. post *Rhampsinitum* ponit, qui saxa ex Arabicis

Diodor. l. 1. c. 63. montibus excisa magno labore ad Nilum devexit, pecuniam omnem in pyramidum structuram erogavit, & Ægyptiis sacrificiis interdixit.

Strab. l. 17. In BARBARIA, ut jam dicitur, emit Dido 3088

Justin. l. 18. Punicâ interpretatione à Rege Hiarba locum, quantus bovis corio tegi posset, ibique Carthaginem, positis bono omine fundamentis (quod equi caput, in fundamentis repertum, bellicosum potentemque populum significaret) condidit. Jugulasse seipsam exstructâ in ultima urbis parte pyrâ dicitur, ne Hiarbæ, qui nuptias ejus sub belli denunciatione petebat, nubere cogeretur.

EUROPÆA Apud SVECOS fuit adhuc *Hothebrotus*,

Dionys. l. 1. In ITALIA successit patri Agrippæ * *Alladius*, quo fulmine absumpto, devenit regnum ad † *Aventinum*, qui monti Aventino nomen dedit. * 3078 † 3096

Pausan in Lacon. Apud SPARTANOS ex Agidis fuit Rèx *Teleclus*, 3096

leclus, sub quo Spartani Amyclas, Pharin, Geronthras everterunt, quas Achæi occuparant. Ex Proclidis egit Charilai Polydectæ fratris sui filii, tutorem fidelissimum (sane cum uxor Polydectæ abolituram se fœtum diceret, si ipsi Spartæ regnanti nubere posset: ipse puerum ad se, ubi peperisset, adferri jussit, & cum in loco regio deposuit) *Lycurgus*, cumque invidia (*vitium parvis magnisque civitatibus commune, ignorantia recti, & invidia*) laboraret. & perturbatum patriæ statum videret, depositâ tutelâ & desertâ patriâ, in Cretam & Ægyptum se contulit, & in illarum jura diligenter inquisivit. *Plutarch. in Lycurgo.*

* ATHENIS fuere Archontes * *Phreclus* &

3082 † *Ariphron.*

† CORINTHI fuit * *Aristodemus.*

3101

* SACRA.

3083 Apud Judæos instauravit primis regni annis, collectitiis sumptibus, templum Joasus; Joiada autem postquam ædem Baalis evertisset, & Mathanem ejus sacerdotem antè altaria trucidasset, janitores è Levitarum numero instituit, nequis pollutus intro subrepere posset. Eusebio dicitur ἱεοδαὲ *sacerdotis* tantum nomine in scripturis venit, & seorsim *Principis* titulo insignitur. Excepit ipsum, si Seder Olam attendamus, *Phadea*. Josephus, Jojada omisso, *Phideam* & *Sudeam*, ponit: alii *Joëlem*. Fortè verò Τζυδέας pro Ιυδέας Ιωδέας aut simili irrepsit. Abraham Salmanticensis Zachariam etiam Jojadæ F. inter Pontifices ponit, & legem oralem accepisse addit. Inter Prophetas fuerunt *Zacharias* filius Jajadæ à populo lapidi- *Joseph. Antiq. l. 9 c. 7. 8. 2. Chron. 24.*

 bus

bus obrutus, & *Jonas*, cujus adhuc imago ex saxo excisa, licet multum deformata, à Christianis Nussebaviensibus (urbs est Persiæ) custoditur. Apud ETHNICOS desierunt Amyclis à Spartanis *Hyacinthia* festa celebrari, in quibus primo & tertio die, quia Hyacinthus deflebatur, corollis & cantu abstinebant, bellaria erant pro cibis, altero exercitia & sacrificia peragebantur, & Urbani servos domesticos ad cœnam invitabant.

Articulus VI.

DE

AMASIA VII. JUDÆORUM REGE.

Anni sunt 37. ad annum 3140.

Joseph. l. 9. Ant. c. 6. 10. 2. Chron. 25. 2. Reg. 14.

IN Amasiæ regno *primordia* & *progressus* occurrunt. *Illa* egregia fuerunt. Nam & paternæ cædis authores punivit, liberis ipsorum intactis, & mercenarios Israelitas, cum Deo, quod conducti essent, displicere audivisset, suo etiam cum dispendio dimisit, & Amalecitas ac Idumæos, domestico tantum milite stipatus, (*in omni conflictu non tam prodest multitudo, quam virtus*) profligavit. *Progressum* infelicem propter idolorum cultum fuisse, non necessarium, & ideo infelix in Joasum Israeliticum Regem bellum, testatur. Nam in prælio captus, Hyerosolyma tradere coactus est, in quæ mox, muris nudanda, per triumphi despicatum deductus, in magna penuria vixit. Tandem à conjuratis in carcerem conjectus est, ex quo cum evasisset, iterum comprehensus interiit. Post eum, *Asaria* F. minorenni, XII. annorum fuit interregnum. 3129

CONTEM-

CONTEMPORANEA.

In ASSYRIA quis fuerit hoc tempore post Belesum, qui forte est *Phul Belochus*, nescitur. *ASIATICA*

In PALÆSTINA Joasus, bello contra Amasian absoluto, Benhadadum Regem Syriæ tribus 2. *Reg.* 14.
3114 prœliis vicit; *Jeroboamus* autem, ejus successor, Damasco Benhadadi regiâ captâ, veteribus terminis recuperatis, de Syris XL. annos triumphavit.

Apud MEDOS mortuo Arbaci successit *Diodor. Bibliotb. l.* 2. *c.* 13.
3105 *Mandauces* F. sub quo regnum Medorum seditionibus agitatum, in multas lacinias (*Seditio unum venenum & labes civitatibus opulentis reperta, ut magna imperia mortalia essent*) discerptum est.

* In ÆGYPTO fuit, ex Manethonis hypothesi, *Oforchos*; * Herodoto autem referente, vixit *AFRICANA*
3133 post *Cheopem* † *Chephrenes*, eodem cum fratre in- *Herod. l.* 2.
† 3127 stituto clarus. Duas *ille* pyramides exstruxit, in quarum prima, quæ quinque stadiorum in longitudine, decem passuum in latitudine erat, decem annos consumsit, in alteram XX annos & MDC in operariorum cibos Talenta impendit. *Hic* unam erexit.

Apud CARTHAGINENSES in Barbaria quis fuerit status, ignoratur. Certissimum, eos, prolatis imperii in continente finibus, ob portum opportunum, augendis opibus maritimis summo studio incubuisse, & tamdiu in pace floruisse, donec bello cum Siculis & post cum Romanis intricarentur.

In SVECIA *Attilus* indignatus, thesaurum suum ab Ursilia, Danici sangvinis uxore, opera *EVROPÆA* *Magn. l.* 2. *c.* 20, 21. 22.

Rolvonis F. furtim in Daniam asportatum, interempto Rolvone, Daniam subegit, eidemque seu *Hotterum* fratrem, seu *Racchonem* canem, seu *Svionem* servum in Regem dedit.

In ITALIA fuit *Procas* Latinorum Rex. 313-

Pontan. l. 1. Hist. Dan. SaxoGram. l. 3. Apud DANOS fuerunt successores Rolvonis ad Julii Cæsaris tempora, *Roricus Slingeband*, qui quod Slavos & Curetes rebelles in ordinem non redigisset, inglorius vixit. *Viglethus*, qui perempto Amlecho in pace regnavit. *Vermundus*, qui Atlilum, Svecorum Regem, duorum gigantum operâ interfecit. *Uffo*, qui in juventa regno ineptus, provectiori ætate Saxoniæ territorium ad Danos transtulit. *Danus II.* qui omnia paterna bona flagitiis impendit. *Hugletus*, qui duos Sveciæ tyrannos in mari profligavit. *Frotho II.* cognomento *Vegetus*, qui, decem Norvegiæ ducibus bello consumtis, Frogerum Norvegiæ Regem in duello peremit. *Danus III*, qui duodecim annos natus, Saxonibus tributum flagitantibus, Albi fluvio milite & navibus completo, ipse tributum imposuit.

Pausan. in Laconicis. SPARTÆ successit Teleclo in Messeniis in templo Dianæ Limnatidis occiso, *Alcamenses* F. sub quo Charmidas in Cretam ad seditionem compescendam, & persvadendum, ut incolæ mediterraneis urbibus relictis, vicina mari loca incolerent, missus est, & Helos Achæorum oppidum eversum. Ex Proclidis fuit *Cherilaus*, tam bonus, ut ne malis quidem gravis esse posset. Interim rediit Delphis *Lycurgus*, & animis optimatum sibi conciliatis, ac potestate Remp. ad suum arbitrium reformandi acceptâ, γερουσίαν seu senatum 3136

Plutarch. in Lycurgo.

tum XXVIII virorum ſexagenariorum Regibus adjunxit, & ne quicquam ſine hujus conſilio ageretur, populusque novos in demortuorum locum eligeret, præcepit, agros in partes æquales, ut in reditibus vir LXX medimnos hordei, mulier XX. haberet, diviſit, nummos ferreos aureæ & argenteæ pecuniæ ſubſtituit, phiditia ſeu cœnas communes, ad quas quindeni circiter ſine dignitatis diſcrimine coirent, & ſinguli portiones ſuas menſtruas farinæ, vini, caſei, ficuum conferrent, erexit, peculiarem pueros & puellas educandi modum præſcripſit, cælibes ignominiâ affecit, dotem, quæſtum, peregrinationem, diſtortos infantes, polygamiam, ſcenicas actiones ſuſtulit, & poſt initum de Republicæ ante ejus reditum non mutanda pactum, Delphos abiit, & inediâ vitam ſibi illic finivit. Solebant autem ibidem puellæ depoſitis veſtibus ſaltare, pueri primis pueritiæ annis diſcalceati incedere. Cute tenus tonderi, nudi inter ſe ſummâ contentione decertare, & ſingulis annis ad Dianæ Tauricæ aram, cui ſacra ſine ſanguine facere nefas erat, flagellis ad ſanguinem cædi, adoleſcentibus poſt duodecimum annum adſcripti, ſine tunica veſtiebantur, toto anno uno pallio contenti, & turmatim diſtincti, ſomni capiendi gratia in thoris prætudibus cubabant. Sponſas apud illos rapere mos erat, cum mortuis nihil præter veſtem purpuream & oleas humabatur.

ATHENAS gubernavit poſt Ariphronem *Diodor. in fragm.*
3121 *Theſpieus.*

† Apud CORINTHIOS fuit *Agemon* † frater
3118 * Ariſtodemi, quem excepit *Alexander* *.
3134

Justin. l. 7. In MACEDONIA, quæ olim Emathia, novi à *Carano* Heraclidâ Regni fundamenta jacta sunt. Is enim, cum Heraclidis nomen tantum Regium Argis relictum vidisset, in Macedoniam concessit, & Ædessâ ductu caprarum, 3131 quas postea signis, quocunque agmen moveret, præmittere solebat, occupatâ; Urbe Regis conditâ; Midâ cum aliis Regulis pulso ex *Pausan. l. 9.* variis gentibus unum Macedoniæ corpus fecit. Hic est ille Caranus, qui cum trophæum de Cisseo Rege erectum, a Leone sublatum vidisset, nullum posthac excitavit, & hunc morem ad posteros transmisit.

Sacra.

In Sacris nil occurrit, præterquam quod *Jotham*, qui aliàs *Asarias* dicitur, summus Pontifex fuerit. Ex Prophetis desiit in vivis esse *Elisæus* fidelis Ecclesiæ Israëliticæ per annos LX. 3130 Doctor, cum pauló ante Joaso Regi Israëlitico, ad se visenti, & de bello Syriaco consulenti, de secuturis successibus datum responsum obsignavisset.

Articulus VII.

DE USIA ASARIA.

Anni sunt 52. ad annum 3172.

Joseph. Antiq. l. 9. c. 11. *1. Chron. 26.* *2. Reg. 14.* USias anno ætatis XVI. ad Regnum pervenit, Zachariâ Prophetâ perinde, ac Joasus Jojada usus est. Eo enim vivente, cultu agrorum & rei pecuniariæ diligenti, nec non parsimoniâ, reditus regios auxit, urbes partim ornavit, partem muni-

munivit, præfecturas militares distribuit, & arma varii generis confecit. Quin Arabes, Philistinos, & Ammonitas vectigales habuit. Ac post ejus mortem, felicitatis fortè tædio (*indulgentia fortunæ & pravis magistris discunt audentque*) mutatus est. Tum itaq; infulis ornatus,
3183 & templum ingressus, incensum adolere voluit, nec citius ab hac amentia destitit, quam manu DEI tactus, ob lepram è templo exire jussus esset. Eo seorsim habitante, *Jothamus* F. regio munere, nomine illius, functus est. In Usiæ historia fit mentio *Maasiæ* cujusdam, qui simul magni exercitus Capitaneus erat. Fuit unus est censoribus *Schoterim* dictis, qui cum fustibus & flagris plateas circumibant, ut mensuras & pondera examinarent, mores publicos observarent, &, si quid pravum offendissent, ad Magistratum deferrent. *Hala. Sanhedr. c. 1.*

CONTEMPORANEA.

3182 Apud ASSYRIOS fuit *Phul* regni Israëlitici, ut dicemus, infestator; cui successit *Tiglath Pileser*. *ASIATICA.*

In PALÆSTINA miserrimus erat regni apud Israëlitas status. Nam *Zacharias* cum post patrem XXIII. demum anno ad regnum pervenisset, semestri ad exitum vergente, à Sallumo interfectus est. Hoc etiam occiso, *Menahem* avarè & crudeliter regnum, ut in Thapsensibus, quorum prægnantes etiam dissecavit, apparet, administravit, infestatus à Phule, pacem & Regni confirmationem, mille talentis redimere coactus est. Mortuus *Pecajam* F. successorem * habuit, quem in aula à *Pecaho* Remaliæ F. obtruncatum, Regicida ipse † excepit. *Joseph. d. l. 2. Reg. 15. 16.*
3177 3178 * 3189 † 3191

In

Herodot. l. 1. In LYDIA floruit Rex *Ardysus* * ex Leonis posteris, qui inter Heraclidas XIX. fuisse dicitur. 3159

Ctesias. Apud MEDOS vixit † *Sosarmus*, cujus tempore regnum seditionibus agitatum est, & quem excepit * *Artica*, † 31[illegible] * 3[illegible]

AFRICANA. *Diodor. l. 1. c. 65.* *Herodot. l. 2.* In ÆGYPTO fuere ex Tanitis † *Psamnus* & * *Zethus*, quibus demortuis, finita est XXIII. Dynastia, & transtulit in se imperii axioma † *Bocchoris Saita*, sub quo agnum locutum ferunt. Ex Herodoti hypothesi successit Chephreni *Mycerinus*, qui templa reseravit, filiam unicam in bove lignea & inaurata (Herodoti tempore stabat in conclavi exornata eidemque singulis diebus varii inferebantur odores, noctibus perpetuò lucerna accensa stabat, ipsa singulis annis e conclavi efferebatur) defunctam reposuit, de suo aliquid largiri illis, qui de sua sententia conquerebantur, solebat; Cum sex annis se victurum ex oraculo accepisset, accensis facibus genio noctu indulgebat, ut XII. ex VI. factis annis, Deos mendaces faceret. Excepit cum *Asychis*, qui quum vehementer alieno ære laborarctur, legem tulit, ut non nisi cadavere patris oppignorato pecunia mutua daretur, sepulchri debitoris penes creditorem potestas esset. † 31[illegible] * 3[illegible] † 3182 3[illegible] 31[illegible]

EUROPÆA *Magn. l. 2. c. 2. &c.* In SUECIA fuit post Attilum *Hotherus*, qui Balderum Regem Daniæ vicit, & à *Boo* Ruthenorum Rege interfectus est. 3174

Plutarchus in Rom. *Livius l. 1.* In ITALIA, mortuo Procâ, *Amulius* Numitori fratri regnum extorsit, & ne vindex sceleris superesset, masculam fratris prolem e medio sustulit, & unicam ipsius Filiam *Rheam*, ut omnem 3[illegible]

omnem spem prolis præcideret, Vestali igni custodiendo destinavit. Verum Rhea a Marte vi
3173 compressa concepit, & ex illo congressu, *Romulum* & *Remum* peperit, qui cum Amulii jussu in profluentem abjiciendi essent, in proxima alluvie expositi, mox in sicco destituti, inventi & à Faustuli pastoris uxore educati sunt. Ibidem condita est urbs *Nola*.

† SPARTÆ regnavere † *Nicander* Charilai F. *Pausan. in Lacon. & Corinth.*
3140 & * *Theopompus* nepos. *Ille* Argivorum fines,
* subsidio Asinæorum munitos, hostiliter ingres-
3178 sus, magnis eos affecit calamitatibus. *Hic*, cum Reges Spartæ, ob subditorum pertinaciam, quam illi libertatis studium vocabant, non satis tutos videret, ad contrarias artes confugit;
3187 Regibus quinque Ephoros instituit, & cum uxor minorem filiis potestatem eum relicturũ diceret, sedato animo, *relictum iri eam minorem, sed tutiorem* respondit. Cæterum, ut de *Ephoris* aliquid dicam, quinque singulis annis erant, quorum unus Ἐπώνυμος nomine suo annum signabat. Fluente æstate a populo in comitiis sine discrimine eligebantur, cumque magistratum inirent, annos a Lacedæmoniis inchoabatur. Potestas principio exigua, ad summum tandem ascendit. Initio muneris voce præconis, civibus, ut labii superioris pilos ponerent, & ad leges adverterent, præcipiebant. Bellum pacemq; concionis suffragiis sciscere, fœdera pangere aut irrata facere, exercitus decernere, a Magistratibus rationes exigere, penes ipsos erat. Soli Regibus è sellis non assurgebant, & illi tertium vocati sistere se cogebantur, carceres etiam subituri, si deliquissent.

quissent. Præter hos erant apud Lacedæmonios *Bidiæi*, qui juniorum certaminibus præsidebant: *Harmosyni*, qui decenti mundo muliebri servando præficiebantur: *Empelori*, qui foro rerum venalium præerant: *Nomophylaces*, qui legum, ne dissolverentur, curam habebant. *Hannostæ*, qui domi in comitiis populi creati, peregrè, aut ad civitates socias, aut captas cum imperio mittebantur.

ATHENIS, mortuo Alcmæone, substituti 319
sunt Archontibus perpetuis decennales, quorum primus *Charops*. Hunc alii sex ad Manassis tempora subsecuti sunt, (vide Meurs. de Archontibus.)

Pausan. l. 1. CORINTHI post *Telestem* XI. Regem, ab Arieo & Peranta è medio sublatum, instituti sunt *Prytanes*, quorum primus fuit *Automenes* ex Ba- 3171
chiadarum familia, duravitque annuus iste magistratus ad tempora Manassis.

Justin. l. 7. In MACEDONIA fuit † *Cœnus* à Cropi †
Colchico ita dictus, quem excepit * *Thurimas*. 3 5 *
Interim Carani frater *Phidon*, Argivorum urbe 3177
Pausan. in Atticis & Bœot. potitus, *pondera, ac mensuras* instituit, ac *numismata, Euboica* inprimis, excogitavit. Circa hæc tempora floruit *Hesiodus*, qui patriam suam, quia ab illa mulctatus est, contumeliosissime edidit; Theogoniam & de divinatione scripsit, & à Ctemenes, quam non invitam vitiarat, fratribus interfectus est. Alibi locorum *ars sculpendi* 317
marmoris inventa est.

SACRA.

Apud JUDÆOS fuit Pontifex *Azarias*, qui

qui se Usiæ magno animo cum collegis LXXX. opposuit. Josephus *Jothamum* Pontificem facit, Chronicon Hebræorum *Joelem*, eundem sine dubio cum præterito *Julo*. Ex Prophetis floruere *Esaias*, regiâ stirpe prognatus, qui perspicuè de Christo vaticinatus est; *Amos Decutes*, bubulcus; *Hoseas*, *Jonas* & *Joel*. Apud ETHNICOS reducti sunt, svasu Appollinis Delphici, ab Iphito *Pausan. l. 1.*
3174 Praxonidis F. tanquam Pestilentiæ & seditionum amuleta, *Ludi Olympici*, utque singulis quadrienniis exactis repeterentur, decretum est. Constabant ex *athletis*, & *Hellanodicis*. Fœminas de saxo dejicere, Eleorum lex jussit, quæ ad eos penetrasse deprehensæ fuissent. *Athletis* solemne fuit, super exsectis suis testibus, nil se fraudis facturos qui minus ritè ludi fiant, & decem in exercitiis certaminis menses insumsisse, verbis conceptis jurare. *Hellanodicæ* bini omnem corruptionem à se sanctè removebant, & victorum nomina in tabulas religiose referebant. Nefarii sceleris convicti, aut crimine damnati, nec ad immolandum quidem ante certamen admittebantur. Mulcta imposita iis, qui vel ad præscriptum tempus non venirent, vel largitione corruptis adversariis pugnarent. Primus victor erat *Corœbus Eliensis*.

Articulus VIII.

DE

JOTHAMO, IX. JUDÆOR. REGE.

Anni sunt 14. ad annum 3206.

JOthamus exemplo patris cautior redditus, pietatem constantius exercuit, ac ideo felicior mansit. *Joseph. l. 9. cap. 11.*

mansit. Oppida in montanis, castella turres in nemoribus construxit; Ammonitas vicit, & mille talenta argenti, deciesque mille coros tam tritici quam hordei, annui tributi loco, tres per annos pendere coegit, pro Patre annos octo regnum administravit, pro se sedecim.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA In ASSYRIA fuit adhuc *Tiglath Pileser.*

In PALÆSTINA fuit apud Israëlitas *Pecachus* regicida, qui levibus incursionibus Jothamum vexabat.

Apud LYDOS nil gestum.

Herod. l. 1. Apud MEDOS regnavit post Ardysum *Alyattes.* 3195

In CHALDEA, quæ Assyriæ Mesopotamiæ pars, instituit *novam Babylone Dynastiam*, *Nabonassar*, *Beladan* alias vocatus; cujus nulla apud antiquos mentio. Ptolomæus & Censorinus novam ab eo æram deducunt. *Ptolem. in Canon.* 3203

AFRICANA In ÆGYPTO erecta est XXIV. Dynastia. Nam *Sabbacon* Æthiops in eam irruit; Bocchorim captum igne cremavit, multiplicem tyrannidem exercuit: id tamen pro capitis supplicio damnatis rependit, ut vinculis adstricti, in oppidis laborarent. *Diodor. l. 1. c. 65.* 3[illegible]

EVROPÆA Apud SVECOS nil occurret, usque ad Manassis tempora.

Livius. l. 1. Flor. l. 1. c. 1. Plutarch. in Romulo. In ITALIA Remo, dum prædas latronibus eripit, capto, & Numitori tradito, Faustulus secretum originis Romulo aperuit, Romulus cum pastoribus Remum custodiâ liberavit; Amulio obtruncato, Numitorem avum Regem Albæ fecit, rerum successu elatus, Romam urbem, eo,

quo

quo educatus erat, loco condidit. Quamvis verò homicidio in fratre perpetrato, infelicia urbi auſpicia reddidiſſet, optime tamen eam ordinavit. Aſylum namque inſtituit, urbem in tres partes, quas inde *tribus* vocavit, diſtribuit, agrum publicum diviſit, patricios a plebejis ſejunxit, & beneficio clientelæ iſtos ita his devinxit, ut concordia eorũ per DC. annos inconcuſſa ſteterit, ex patriciis ſenatores C. legit, plebi poteſtatem in Magiſtratu creando, lege ſancienda, & bello decernendo conceſſit, leges de infantibus, puberibus in bello captis, hoſtibus, coloniis inſtituit, & invitatis ad ludos Conſuales viciſſis, virgines ſpectantes rapi & conjugio jungi (finitimi populi tantam convenarum molem creſcere ægrè ferentes, petita matrimonia recuſabant) imperavit. Ortum exinde à Ceninenſibus, Sabinis & Antemnatibus *bellum*, Tarpejæ proditione nil obſtante, raptarum virginum interceſſione ſopitum eſt. Sabini in Civitatem recepti, & leges quædam de uxoribus conditæ ſunt. Idem Romulus triumphum invenit, bellicrepam ſaltationem inſtituit, augurum & aruſpicum fundator eſſe putatur. (vide de his *Roſinum in Antiquitatibus*.) In bellicrepâ ſaltatione ad fiſtulæ concentum cum armis ſaltabatur, doctore viro gravi præſide, qui tyrones & coercebat & hortabatur. *Augurum* officium fuit, ex avibus, cœlo, pullis, quadrupedibus vaticinia obſervare, ſigna rerum futurarum contemplari, de prodigiis, ſomniis, oraculis, portentis reſponſa dare, & vatum libros explanare. Captata ex fulminibus & ventis auguria, creditumque ad Deos à ventis non fuiſſe perlata, quæ irrita cadere volebant.

SACRA.

Apud JUDÆOS agebat Pontificem *Urias* Jothami F. ſecundum Joſephum; ſecundum Seder Olam Zuta *Jotham*. Ex Prophetis fuit *Micheas*. Jothamus editiſſimâ porta templum exornavit. Apud ETHNICOS celebrabantur *Parilia* & *Lupercalia*. In *illis* populum ſuffimento, cui ſanguis equinus, & vituli è mactatæ matris utero execti, cineres adhibebantur, purgare, pecora mundare, lacte & milio ſacra facere, ſtipulas accendere mos erat. In *his* Panis ſimulachrum adorare, candidas capras jugulare; nil de juvenum curſu dicam; in conſvetudine. Circa hoc tempus *Oebota Dymæus*, primus ſtadii ex Achaja victor, cum nulli ſibi à popularibus honores propterea haberentur, ne quis Achæorum poſtea vinceret, precatus eſt, & impetravit. 3194

Plutarch. Rom. Alex. ab Alex. l. 4. c. 12. genial. dier.

Pauſanias in Achaic.

Articulus IX.

De

ACHASO X. JUDÆORUM REGE.

Anni ſunt 16. ad annum 3222.

Achas viginti annos natus erat, cum rex fieret. Quia vero impius & quaſi probrum illius ſeculi erat, immiſit ei DEUS *Pecahum*, Jeroboamiticæ idololatriæ aſſertorem accerrimum, qui non tantum omnes vires in eum effudit, ſed etiam *Rezinem* Syrorum Regem ſibi adjunxit. Hi, cum Hieroſolyma capere non poſſent, vaſtavere Judæam, & tum centum viginti millia militum trucidata ſunt, & ducenta in ſervitutem abducta fuiſſent, 3208

Joſeph. l. 3. c. 12. 13.

ſent, absque *Obedo* Propheta fuiſſet. Non fruſtra tamen fuit *Tiglath phulaſſar* ab Achaſo iisdem oppoſitus, ut in hiſtoria Aſſyriaca audiemus. Regnavit verò Achas tot annos, quot pater poſt patrem; hoc felicior, quod meliorem ſe reliquit filium, qui ei decimo ætatis anno natus eſt.

Contemporanea.

In ASSYRIA *Tiglath-Phulaſſar*, expeditio- *ASIATICA*
ne in gratiam Achaſi ſuſcepta, Damaſcum vi ex- *Joſeph. l. 9.*
pugnavit; Reſinem obtruncavit: Pecachum pro- *c. 11.*
ſtravit; Galilæam ſibi ſubjecit, & *tribum Neph-*
3213 *tali* in Aſſyriam abduxit. Succeſſit ipſi *Salmanaſar* F. qui Hoſeam, Pecachi in Iſraële ſucceſſorem, tributarium ſibi fecit.

* In PALÆSTINA, oppreſſit * Pecachum, de *2. Reg. 12. 17.*
3210 quo ſuperius, per inſidias *Hoſeæ*, octavo poſt an-
† 3218 no † receptus, cui id ab Aſſyrio obvenit, quod ſu-
* perius diximus.

3209 Apud LYDOS imperavit poſt Alyattem *Euſeb. in*
† * *Meles*, cui ſucceſſit † *Candaules Myrſilus*. *Chron.*

3221 Apud MEDOS fuit * *Arbianes*.

* In CHALDÆA ſeu BABYLONIA ſucceſſit
3217 * *Naſſius*, quem excepere * *Chinzorus* & *Porus*, qui
3218 ſimul regnaverunt.

† In ÆGYPTO *Sabbacon*, ſomnio (quo, diſ- *AFRICANA*
3220 ſectis omnibus ſacerdotibus, per medium eorum
cum ſatellitio tranſire jubebatur) territus, regno
3214 relicto, in Aethiopiam ſe recepit, *Sevecho F.* ſucceſſore relicto.

* In ITALIA Romulus * Fidenas & † Came- *EVROPÆA*
3212 riam colonias, miſſis eo ſeptem millibus & quin- *Plutarchus*
† 3213 gentis civibus, deduxit. *in Romulo.*

Strabo l. 5. In SICILIAM Chalcidenses Græcorum primi ex Eubæa coloniam, duce Thucle, deduxere: & primo quidem *Naxum* urbem condidere, sed postea Leontinos, ejectis bello Siculis, incoluere, Thucyd. l. 6. & *Cathanam* exstruxere. At *Lamis* quidam e Megara, cum a Leontinis cum suis reciperetur, exactus in Thapso aliquandiu consedit, mox Hyblonem concessit, & tandem Megarah seu Hyblam, Duce Hyblone, rege Siculo, condidit. Sed & ArchytasCorinthius *Syracusas*, expulsis Siculis, circa hoc tempus exstruxit. 3214 3221

Strabo l. 8. Pausan. Messen. Inter SPARTANOS & Messenios ortum est vicennale bellum, sive ob occisum Teleclum regem, sive ob raptas à Messeniis virgines, sive ob Polycharis & Evæphni controversias. Illorum Duces *Theopompus* & *Polydorus*, qui nihil unquam per vim egit, nec dixit quicquam cum alterius contumelia, jus vero cum humanitate in jure dicendo, ita pulchre miscuit, ut in tota Græcia amaretur. Horum *Euphaës* & *Aristodemus*. Lacedæmonii primi impressionem, non præmisso feciali, fecerunt, & non tantum Amphéam occuparunt, sed & de agris prædas egerunt. Tria prælia intra hoc tempus commissa sunt, in *primo* æqua clades, cum nox intervenisset, contigit, & ne iterum impeterentur, tergum & latera exercitus aggere munivit Euphaës. *Alterum* post mortem Alcamenis Lacedæmonii, cui Polydorus successit, accidit. In eo victi quidem ab Euphaë Lacedæmonii, sed cum cornu Messeniorum, Pytharato præfecto occiso, in discrimen conjiceretur, desertis, quæ longius a mari erant, oppidis, in Ithomen montem, castello insignem, secessere Messenii. 3207 3212 3215

3219 nii. In *tertio* Euphaës cecidit, & ſurrogatus eſt in
3220 illius locum *Ariſtodemus*, qui ut oraculo ſatisfa- *Juſtin. l. 3.*
ceret, filiam ſuam pro patria mori recuſantem, interfecerat. Huc pertinet *Parthenıarum*, ob notam materni pudoris ſic dictorum, qui anno ætatis trigeſimo, duce Phalanto (qui juventutis ad generandam ſobolem domum remittendæ Spartanis author fuerat,) in Italiam trajecere, & expugnata Tarentinorum arce, ſedes ibi conſtituere, Hiſtoria; nec non coloniarum *Crotonem*, athletis
3213 & aëris ſalubritate poſt celebrem, & *Locros Epizephyrios* deductio. Quot annis Polydorus & ſucceſſores ad Leonidam regnaverint, ignoramus. Fuere autem *Euricrates*, *Anaxander*, *Euricrates II*, *Leon*, *Anaxandrides*, & *Cleomenes*.

ATHENIS *Hippomenes* Archon adulterum cum filia deprehenſum, equis diſcerpſit, filiam cum equo carceri incluſit, quæ ab eo devorata eſt.

CORINTHI nil occurrit præter coloniam in Sicula hiſtoria poſitam.

3215 Apud MACEDONES regnavit *Perdiccas*, *Juſtin. l. 7.*
qui moriturus filiis locum monſtravit; ubi ſua ſucceſſorumque oſſa conderentur, prædicens regnum in ſua familia manſurum, quamdiu illud fieret.

SACRA.

3209 Apud JUDÆOS Achas, viſo Damaſceno al- *2. Chron. 28.*
tari, ſimile in templo Solymitano exſtruxit, & occluſis templi oſtiis, aras ſibi in omnibus civitatis angulis erexit. Tum etiam non fuit Judæis religio, imaginem *Baalı* fundere, filios more Moabitico per ignem transmittere, & ſacrificia ſub col-

Tudelens. in itiner. libus facere. Idoli Moabitici vestigia Benjaminis Tudelensis tempore extabant, quo etiam Dugbiim ignem colebant, filios per eum transmittebant & mortuos in illum projiciebant. Apud ETHNICOS fit Dianæ Lymnatidis mentio. Apollo verò Delphicus a Messeniis post prælium secundum de eventu belli consultus, virginem immaculatam, & ab extraneo jugulatam, sibi immolari ex Æpytidarum familia voluit. Hinc Aristodemus filiam suam, etsi a sponso, ut inepta sacrificio esset, stupratam jugulavit, ejusdemque utero dissecto, oraculo se satisfecisse ostendere voluit.

Pausan. in Messeniacis.

Articulus X.

DE
EZECHIA, XI. JUDÆOR. REGE.

Anni sunt 28. ad annum 3250.

Joseph. l. 10. c. 1. 2. 4. Reg. 17. 18. 19. 2. Parah. 32.

Ezechias patris pessimi optimus fuit filius. Nam & religiosum Dei cultum & politiam, restauravit. Habuit Philistinos & Assyrios hostes, sed illos ad Gazam usque fugavit, hos precibus 3233
mirificè prostravit. Scilicet *Senacheribo* Hierosolyma obsidente, & fastuose se gerente, Angelus nocte de cœlo descendit, qui plerosq; omnes Assyriorum principes & militum ad CLXXXVM. interfecit, quin & *Thiracha* Rex Æthiopiæ contra ipsum excitatus est. Passus est aliquid humani, cum Mardokempadi Babyloniorum Regis le- 3234
gatis, de sanitate recuperata & miraculoso solis regressu confirmata gratulantibus, thesauros suos ostenderet. Tum enim Esaias illa omnia Babylonio-

Ioniorum futura minatus eſt; ne ſe fierent vivente, humili voluntatis divinæ exceptione impetravit. Horologii Achaſi deſcriptionem vide apud R. Chomer. In funere Ezechiæ inſtitutum eſt, ut, quamdiu privatis candela accenditur, tamdiu ſepulchra regia ſcholaſticis exercitationibus honorarentur. *Schickard in Miſchpat. hammel. c. 6.*

CONTEMPORANEA.

Apud ASSYRIOS *Samanaſſar*, fœdere *ASIATICA*
3223 Hoſiæ tributarii cum Ægyptio irritatus, *expedi-* *Joſeph. l. 9. c. 14.*
3227 *tionem duplicem* in eum fecit. *Primâ* eundem *2. Reg. 17.*
in primo conflictu cepit: *Secundâ* Samariam, poſt triennalem obſidionem expugnatam, excidit, populum per ſuas ditiones, ad Paropamiſum usque, unde in Americam penetravere (& hi ſunt fortè illi circumciſi, qui in Jucatan inventi ſunt) diſperſit, in terram verò Iſraeliticam incolas e quadruplici Aſſyriacorum ſubditorum genere deduxit. Excepit eum *Sennacherib F.* qui Ægyptum, alienatis ab Ægyptio ob adempta arma, militum animis, multiplici clade affecit: No urbem evertit, multos captivos abduxit, & expeditionem contra Hieroſolymam, de qua in Ezechia, ſuſcepit. Domum e Solymitana expeditione reverſus, à filiis occiſus eſt, quibus populari tumultu ejectis, regnum *Aſſaradoni*, minimo natu fratri, ceſſit. Hoc, regno & vita à *Merodacho* exuto, deſiit Aſſyriacum imperium, & Chaldaico ſeu Babylonico junctum eſt. In more apud illos erat, Reges cognatis fibulam auream dare, bovem coronatum pacis ſignum præ ſe agere, militari imperio locuſtas occidere, uxores *Joſeph. l. 10.* *Gramaj. in Hiſt. Aſiat. ex Auctor.*

uxores publica auctione emere, pulchrarum precio deformes locare, mortuos denique Reges melle condire, & in palude sepelire.

In PALÆSTINA impositus est, ut modo diximus, ab Assyriis finis regno Israelitico.

Herod. l. 1. In LYDIA translata est dynastia, ab una Heraclidarum familia ad alteram, quæ *Mermnadarum* dicitur. *Candaules* enim, cum Gygi sodali suo, qui primus fœminas castrasse, & annulum mirum habuisse dicitur, uxoris suæ eximiam formam subinde commendaret, ac tandem, non contentus voluptatum suarum tacitâ conscientia, nisi etiam matrimonii reticenda publicaret, prorsus quasi *silentium damnum pulchritudinis esset*, nudam illi repugnanti ostenderet, ita eam offendit, ut mulier *exutâ tunicâ, pudorem etiam exueret*, & ipso interfecto, Gygem in regnum & thorum acciperet. 3239

Justin. l. 1. Hesychius.

Joseph. lib. 9. c. ult. Apud TYRIOS sedit *Elulæus*, qui & Gittæos sub imperium redegit, & Assyrios imperium sibi in eos sumentes, navali prælio vicit.

Herod. l. 1. Apud MEDOS variâ rebellionum fortunâ agitatos, *Dejoces*, *Arsaos* aliàs dictus, dum primò lites inter vicinos & alios dirimit, mox proprii dispendii obtentu tergiversatur, regnum acquisivit. Rex factus, sedem Ecbatanæ fixit, causas per internuntios acceptas legit, decisionem scriptam remisit; Et turpe esse in præsentia Regis screare aut ridere, subditis persuasit. Moris apud eos inter cætera erat, Regem non nisi ex judicum collegio assumtum, sacrâ pecuniâ nutrire, actionem ingratis intentare, faciem pigmentis fucare, & adjectitias capiti comas 3259

Gramay. in Hist. Asiat. ex author.

mas accommodare. Pauciores quinque uxores habere, probrosum: nec tamen affinitatis ulla habebatur ratio.

3225 * In BABYLONIA imperavere successivè *Dilulcus*, * *Merodach*, seu *Mardocempadus*, (de *Ptolem. in Canon.*
3229 * quo in Assyriacis;) * *Arceanus*, & † *Belibus*.

3241 † Apud ÆGYPTIOS fuit primo *Sevechus*, Hoseæ amicus, in sacris *So* dictus, cui successit *AFRICANA Manethon.*
3249 * * *Tarachus* Æthiops, & post eum † *Stephinates* Saita.

3228 † In ITALIA devictis, & parte regni trans Ti- *EVROPÆA*
3246 berim multatis Vejentibus, sublatus est ad Capreæ *Flor. l. 1. c. 1. & 2.*
3227 paludem è conspectu populi repentè Romulus.
3235 Successerunt ei per vicissitudinem decuriarum *Aurel. Victor. de Vir. illust.* patres, quorum imperio cum se premi fremeret
3536 populus, sumptus est in Regem *Numa Pompilius*, qui Pontifices, Augures, Salios, Sacerdotia instituit, annum in duodecim menses divisit, Ancilia, Palladium, secreta quædam imperii pignora, Janumque geminum, fidem pacis ac belli, in primis focum Vestæ colendum, ut ad similitudinem cœlestium syderum, custos imperii flamma vigilaret, tradidit; asses primus ex non signato metallo largitus est, eaque se Egeriæ Deæ moni-
3230 tu facere venditavit. Ibidem *Sybaris* ab Achæis, *Strabo l. 6.* duce Iselicæo, in Lucanis infra Apulos Hirpinos, atque Picentinos fundata est, quæ post illa ita excrevit, ut Sybaritæ in gentes quatuor, urbes XXV imperium tenuisse, CCCM. armatorum in bellum educere potuisse, ad Crathida fluvium ambitum L. stadiorum domiciliis complesse, perhibeantur.

Pausan. in Messen. SPARTANI commisso cum Messeniis, auxiliis Arcadicis, Argivis, & Sicyoniis suffultis, 3221
prælio, in fugam conjecti, ut victoriam inposterum Messeniis præriperent, Apollinis oraculo, oblatis clam Jovi Ithomatæ tripodibus, satisfecerunt. 3226
Hic Aristodemus delusum se videns & terribili somnio fractus, sibi manus conscivit; Messenii Ithomen deseruere; Lacedæmonii eadem solo æquatâ Messeniis jurejurando adactis, nunquam se a Lacedæmoniis defecturos, dimidiam frugum ex arationibus partem ut Spartam deveherent, & sumptâ veste pullâ Regum & optimatum funera prosequerentur, imperavere.

CORINTHII in *Corcyram* colonias deduxeruut.

Apud MACEDONAS fuit adhuc *Perdiccas.*

Pausan. l. 4. V. G. Hoc tempore floruere, *Ophioneus* vates, qui a natali die lumine captus, quid quisque consultorum vel publicè vel privatim egisset, quærebat, & exinde de futuris augurabatur. *Euseb. in Chronic.* *Neoptolemus*, & *Glaucus Chius*, qui primus ferri inter se glutinum excogitavit. Tum etiam Olympiadicis *duplicati stadii cursus*, quem Δίαυλον Græci vocant, & in quo bis & amplius *Mercurial. 2. Gymnas. c. 10* reflexo itinere, non ut δόλιχος, qui uno non reflexo cursu unum faciebat stadium, decurrebatur, additus est. *Quinquertii* & *luctæ* certamen institutum. Cum Aristodemus Jovi immolaturus hostias adduxisset, arietes sponte incussis ad aram cornibus moribundi cecidere.

SACRA

Sacra.

Apud JVDÆOS accidit *quinta Ecclesiæ periodus*, quæ ad captivitatem duravit. Initia ipsius sub Ezechia dubia. Hic equidem cultum divinum, templo restaurato, fanis abolitis, serpente æneo confracto, & festis diebus reductis, restituit; Sed translatione Assyriaca, reliquum cultûs divini. quod apud Israëlitas fuit, obliteratum est, & Assyriacæ gentes *Succoth Benoth*, seu *Veneris Mylittæ*, cui dispendio pudoris virginei (puellæ corollis revinctæ, singulis in spaciis, quæ funiculis distincta, sedentes, hospites operiebantur, qui ritè implorata Venere, & quantulacunq; pecuniâ Deæ oblatâ, a fano subductas comprimebant) litabatur; *Nergalis*, seu perpetui & intra septa servati ignis, *Asimæ*, *Nibchari Tarthaci*, *Adramelechi*, qui canis, equi, asini, pavonis, phasiani &c. imaginibus repræsentabantur, cultum induxere, Pentateuchum tantum recepere, &, si nonnullis credendum, in nomine imaginis columbam referentis, quod ea divinitus edocta Josuæ Duci administra fuerit, circumcidere. Et hi sunt *Samaritani* & *Cuthæi*, Judæis adeo infensi, ut ab ipsorum contactu abhorrerent. Sed & mortuorum corpora urinâ abluebant. Abivere mox in sectas. *Dosithai*, a Sennacheribo in Samariam missus, primus Prophetas rejecit, Sabbathum nimis stricte observavit, & *Dositheanis* nomen imposuit. *Sebaja* Dosithei collega, *Sebaianorum*, (qui ἑβδομάδας ἑβδομαδῶν, hinc ἑβδομαδῖται dicti, celebrabant, & ideò septies pentecosten in anno, ita ut in autumnum, hyemem & ver incideret, instaurabant) author

2. Chron. 29. 30.

Selden. Syntag. 2. de Diis Syris cap. 7.

Herod. l. 1.

Strabo. l. 16.

Lib. illiudenu.

Epiph. hær. 11.


Scalig. Elen. Tribaref. autor eſt. *Gorthajenis* etiam quædā ſingularia inerant. *Pontifices* fuere *Nerias* * Joathæ filius, *Odeas* †, qui *Sobna* ſeu Somnos Nicephori *, Chronici Alexandrini *Sobnar* eſſe videtur, & *Sallū*, idē cum ejusdem *Eliacimo*. Et de *Sobna* quidem dubiū eſt. Nam etſi vulgata *præfectū* templi vocet, & Hieronymus coronam Pontificis & ſanctificationem in auri lamina, in qua nomen Dei ſcriptum, habuiſſe ſcribat, & Jarchius *præfectum ſanctuarii* vocet, a Chaldæo tamen paraphraſte nonniſi *præfectus judicii* ſeu prætorii, ab Helleniſtis *præfectus ærarii* & *ſcriba*, ab Arabico interprete *Apothecæ præfectus* vocatur. Jarchius verò a quibusdam pro Pontifice, ab aliis pro *Amarcale* haberi ſcribit. Apud ETHNICOS fit mentio *Junonis* & *Jovis Ithomatæ*. *Illa* ſacerdotes & viros & fœminas habebat, Sacerdotium in liberos tranſibat. *Iſti* ἑκατομφονία, ſi quando centum hoſtes Meſſenii interfeciſſent, fiebant. Romæ Numa conſtituit, ne de piſcibus non ſqammoſis libamenta Diis fierent, ne *pellex* aram Junonis, niſi crinibus demiſſis agnum fœminam obtuliſſet, tangeret, ne vino rogus aſpergeretur, denique ut, ſi quis transferre aut tollere terminos vellet, Diis Terminalibus devoveretur, & interfectori ipſius impunitas eſſet. Idem inſtituit *Fornacalia*, in quibus Fornax Dea orabatur, ut eam torrendo farri temperiem adhiberet, ne corrumperetur: *Feralia*, in quibus ad ſepulchra demortuorum (hos ervo & ſilicernio paſci credebant) epulæ ferebantur, nec matrimonia contrahere, nec Diis ſacrificare tum licebat: *Fordicidia*, in quibus triginta gravidæ boves immolabantur, & virgo

Marginal notes: * 3241; † 3241; * 3251; Pauſan. l. 4.; Roſin. l. 8. Arit. c. 1.; Plin. l. 18. c. 2.; Macrobius Sat. lib. c. 13.; Roſin. Ant. l. 4. c. 8.

virgo Vestalis vitulos, quorum cineribus populus in *Falilibus* purgabatur, cremabat: & *Robigalia*, in quibus Robigo Deo, secundum segetes, ovinis & caninis cum thure extis, ne rubigo segetes occuparet, fiebat. *Strenarum* usus adolevit authoritate Tatii regis, qui verbenas felicis arboris ex luco Streniæ Deæ, anni novi auspices, primus accepit. Commercium earum edicto sustulit Tiberius, & Ecclesiæ primæ constitutiones. *Pontifices*, quos e patribus legit Numa, omnia publica & privata sacra in potestate habebant. *Salii* XII. erant, & Marti Gradivo legebantur. Hi versicoloribus tunicis ornati, & æneis baltheis succincti, & comitiis per urbem quotannis tripudiabant, togas fibulis nectebant, pileos, *apices* diotos, gestabant, gladio accingebantur, &c. In *Vestæ* sacrificiis, quæ singulis diebus peragebantur, aqua ex solo Numico flumine in usu erat. In templis ejus perpetuus ignis, a virginibus non minoribus sex vel decem annis asservabatur, & singulis Calendis Martii renovabatur. Si extingui eum contigisset, virgo custos vapulabat, justitium indicebatur, & omnia publica privataque, donec solemnis procuratio institueretur, intermittebantur.

Varro l. 1. de re rust. c. 1.

Pompon. Latus de sacerdot. Roman.



CAPUT.

CAPUT III.

De

REBUS A DEPORTATIONE DECEM TRIBUUM AD EXCIDIUM REGNI JUDAICI GESTIS.

Anni sunt 110. ad annum 3360.

Articulus I.

De

MANASSE.

Anni sunt 55. ad annum 3305.

Joseph. l. 10. Antiq. c. 4. 4. Reg. 21. 2. Paral. 33. R. Moses Mikotzi.

MAnasses optimi patris pessimus initiò fuit filius. Regnum enim adeptus, totum cœlorum exercitum coluit, altaria ipsi etiam in templo erexit: ariolos, qui osse animantis cujusdam, homini figurâ undiquaque similis, radici cuidam alligati, in os suum posito, futura docuisse fabulosè dicuntur, aluit, filium suum per ignem traduxit, & monentes Prophetas e medio tolli curavit. Immisit ergo ipsi DEUS Babylonios, qui eum captivum in triumpho duxerunt, carceri duro incluserunt. Nec citius inde exivit, quàm pœnitentiâ inter catastas Deum placavisset. Restitutus regno, depravata publicè emendavit, & postquam diutius, quam quisquam alius, Rex in populo DEI fuisset, obiit.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA

Apud LYDOS *Gyges* Dascyli F. postquam Colophonem vi cepisset, ac Mileto & Smyrnæ, a qua virtute civium depulsus est, vim intulisset,

3272 lisset , mortuus , successorem *Ardysm* F. reliquit.

3293 In MEDIA excepit Dejocem *Phraortes*, qui bellum Persis intulit, & iis subactis , Asiam
* aggressus est

3251 † In BABYLONIA fuere hoc temporis tractu, *Ptolem. in*
3257 * *Apronadius*, † *Rigebelus* & * *Mesessimardacus*, *Can.*
* quem, post interregnum octo solidorum anno-
3258 rum , excepere † *Assaradinus*, * *Saosducheus*, &
† † *Xenisladanus*. Ille Syriam , Ciliciam & Meso-
3270 * potamiam subegit, ac Judeæ dira quæque mina-
3303 tus est. Dux ejus erat Osnaphernes,

Apud ÆGYPTIOS successit Stephinati *AFRICANA*
3259 *Nechepsos*, quo mortuo, post duorum annorum *Diodor. l. 1. c. 66.*
3261 Anarchiâ, Ægyptus in duodecim æquales partes divisa, duodecim Ducibus, labyrinthi structoribus, inter se affinitatem jungentibus, primo cessit, *Herod. l. 2.* mox à *Psammeticho*, ex duodecim uno, in bucolia, quod galeâ Vulcano libasset, & oraculi responso (id totius Aegypti imperio potiturum prædixerat, qui æreâ phialâ libavisset) satisfecisse videretur, relegato, post octodecim annos occupata est. Hic primus inter Aegypti Reges vinum bibit , maritimis potitus oris , Græcis (oraculo Latonæ monitus , quod ipsi subsidium ab æreis ex mari viris pollicebatur) Caribus & Jonibus, qui ære armati ad prædandum venerant, & Phœnicibus mercatoribus in regnum admissis, opibus auctis , æmulos in Lybiam fugavit, peregrinis, nihil motus magnæ multitudinis in Aethiopiam secessione (hæc nulla ratione ut maneret , quod locum se habituram , quamdiu gladios & hastas, uxores , & liberos, quamdiu partes,

partes, quâ viri essent, crederet, persuaderi potuit) agros supra ostium Pelusiacum concessit, dextram phalangis in bello Syriaco partem iisdem attribuit; & antiquitatem linguarum per duos pueros in sylvis educatos, scrutatus est.

EVROPÆA Apud SVECOS fuit *Roricus*, qui Vandalicas gentes & Ruthenos regno subjecit, sed Danos domare non potuit. Excepere eum ad Nebucadnezarem, *Attilus* & *Bodvildus*. *Iste* Weremundum Daniæ Regem sibi tributarium fecit, cujus fraude postea interfectus est. *Hic*, cum infeliciter contra Danos pugnasset, odioque apud subditos laboraret, aufugit in Curlandiam. 3252

Magn. l. 2. c. 27.

Flor. l. 1. c. 3. In ITALIA successit ROMÆ Numæ *Tullius* 3279
Livius l. 1. *Hostilius*, qui artem bellandi, & disciplinam militarem condidit; Albanos diu principem populum provocavit, & commissis duello Curiatiis & Horatiis, fortitudine unius illorum vicit, 3284
sed cum fidem bello Fidenates frangerent, Metio Suffetio Rege occiso, Albam, translatis primo 3288
Strabo. l. 12. Romam omnibus, diruit. Ibidem *Tarentum*
Athen. l. 4. & 12. est exstructum, cujus incolæ postea vestes textiles pellucidas gestabant, cutem (unde pilorum avellendorum exemplum) lævigabant, & cæteros sua sedulitate victuros, se, quia voluptatibus fruantur, jam vivere, dictitabant.

In SICILIA exstructa sunt à Megarensibus *Himera**, *Selinus* †, & *Enna* (*a*). Syracusis Lygdamus (*b*) quidam nec sitivit, nec sudavit, nec ossa ejus medullam habuere, tantæ idem proceritatis, ut sexcentis tribus vestigiis positis, stadium suis pedibus mensus sit. * 3301 † 3298 a 3287 b 3302

In

* In SICILIA exſtructa ſunt à Megarenſibus *Solin. c. 4.*
3301 *Himera**, *Selinus*†, & *Enna* (a). Syracuſis Lyg-
† damus (b) quidam nec ſitivit, nec ſudavit, nec oſſa
3298 ejus medullam habuere, tantæ item proceritatis,
a
3287 tis, ut ſexcentis tribus veſtigiis poſitis, ſtadium ſuis
b pedibus menſus ſit.

3302 Inter SPARTANOS (apud quos tum *Anaximander* Eurycratis, & *Anaxidamus* Zeuxida- *Strabo l. 8.*
mi regnabant) & Meſſenios exortum eſt, incentore Ariſtomene (viro forti corde, hirſuto, & magnæ, quod ex Genio Draconis forma induto conceptus crederetur, & ex Æpytidarum genere eſſet, exiſtimationis) alterum bellum. Illos Corinthii, & Lepreatæ; hos Arcades, Argivi, Elei, &
3266 Sicyonii juvabant. *Tria* in eo commiſſa ſunt prælia. *Primum* ad Daras dubium, quod neutris à ſociis auxilia veniſſent; Ariſtomenes, imperio accepto, noctu Spartam ingreſſus, ad Chalciæci, ſcutum in quo inſcriptum fuit, *Ariſtomenem Deæ de Spartanorum manubiis dicaſſe*, affixit: *Alterum* ad Apri monimentum in Steny- *Pauſan. in Meſſeniacis.*
3267 claro, Meſſeniis tam felix, ut, niſi Lacedæmonios Tyrtæus Poeta, ab Athenienſibus ſubmiſſus, carminibus ſuis animaviſſet, pacem petituri fuerint.
3268 *Tertio*, proditione Ariſtocratis, Arcadum Regis, ita oppreſſi ſunt Meſſenii, ut Iram montem arcem belli, omnibus relictis, conſtituere cogerentur.
3282 Hac XI anno bubulci proditione * captâ in Italiam ſucceſſerunt, & in Sicilia *Zanclen* domuerunt, eique nomen *Meſſanæ* impoſuerunt. De Ariſtomenis apud Spartanos in Ceada captivitate, vide ibidem egregia. Tyrtæi verſus quales fuerint, ex paucis iſtis colligere licet. *In prima pugnantem*

acie cecidisse decorum; servantem patriæ mœnia chara suæ; At miserum est, patriâ amissâ Laribusq; vagari mendicum, & timida voce rogare cibos; cum natisq; errare suis & conjuge mœsta, & cum matre sua cumq; parente sene. Regnum Messeniacum, a Cresphonte Heraclida fundatum, hic finem suum sortitum est. Præfuerunt autem illi post Cresphontem, ab optimatibus, quod plebi impensius favere videretur, occisum, *Aepytus*, qui ab Arcadibus & Doriensibus reductus, patris cædem ultus est, & eo honoris pervenit, ut posteri *Aepytidæ* dicerentur: *Glaucus*, qui Machaoni primus in Geronia rem divinam fecit, & Messenæ Triopæ filiæ solita heroibus decerni munera dedicavit: *Isthmius*, qui Gorgaso & Nicomacho Pheris templum erexit: *Dotadas*, qui ad cætera navalia, quæ tunc in Messenia fuere, unum Methonæ munivit: *Sybotas*, qui, ut Reges Pamisso amni anniversaria sacra facerent, jussit. *Phintas* denique, quo regnante, primum Messenii sacrum, cum virorum choro Delon misere, & discordiarum semina inter Messenios & Spartanos exorta sunt. Manassæ temporibus *Chion* Lacon Olympiadibus tribus vicit, cujus *Saltus* constabat pedibus quinquaginta duobus.

Pausan. in Messen.

ATHENIS, Archontibus mollitie diffluentibus, fundata est a ditioribus popularis Respublica & novem Magistratus instituti sunt. *Archon* nempe, qui controversias inter conjuges, parentes, liberos, & hæredes decidebat, annos in fastis suo nomine signabat, eos, qui quid fructuum præter oleum ex Attica evexissent, devovebat, & divortii libellos à mulieribus recipiebat. 3[...]

Pollux l. 8. c. 9. Meurs. in Archont. l. 1. c. 9.

Rex,

Rex, qui, ut myſteria Eleuſinia, Leneæ Minervæ, Jovis, Apollinis, Vulcani & Promethei ſacra ritè fierent, operam dabat, variarum cauſarum criminalium & forenſium cognitor erat, & quas ipſe non definiebat, ad tribunalia majora referebat. *Polemarchus*, qui ſacra Dianæ & Martis, nec non bella procurabat, domi peregrinis jus dicebat, eosque cenſum non ſolventes mulctabat. *Thesmothetæ* ſex, qui juris cuſtodes erant, ſuſpectos criminum cuſtodiæ tradebant. Inſigne omnium honoris coronæ erant. Qui aliquem ex μυῤῥίνοις conviciis petiiſſet, infamiæ pœnâ afficiebatur. Non antè munus inibant, quàm in ſenatu de natalibus, tribu, populo, omni anteactâ vitâ reſpondiſſent, in porticu regiâ ſolemniter leges ſe ſervaturos, nec dona accepturos, de acceptis ſi convincerentur, ſtatuam auream ejus magnitudinis, cujus ipſi erant, Delphis ſe repenſuros juraſſent.

In ARCADIA fuit Rex *Ariſtagoras*, qui a Spartanis, inaudito in Græcia exemplo, muneribus corruptus, injecto ſuis in prælio terrore, Meſſenios deſeruit, & ad ſuos reverſus, pœnas perfidiæ luit. Hinc regnum diſſolutum, ſeparatis modo urbibus, modo in unam Remp. contractis, modo diſcordantibus. Laconibus & Eleis ſæpius adverſæ; Meſſeniis, Achæis, Argivis ſæpius ſociæ fuere; poſtremo cum Achæis in provinciæ formam redactæ ſunt. Arcadiæ etiam ager ſenſim à cultoribus deſertus, & nomen ipſum extinctum eſt. Athenæus eos Rerumpublicarum ſuarum totam adminiſtrationem Muſica moderatos eſſe, & in ſuis cœnis eadem menſa lib. 14.

dominos ac servos excepisse, & idem poculum omnibus præbuisse, affirmat. *Prospelatarum*, qui Eilotibus non sunt dissimiles, ipsis erant XXX myriades,

Herodotus libr. 5. Plutarch. in VII. sapient. Convivio. CORINTHI cessavit Bachiadarum Oligarchia. *Cypselus* enim Eetionis ex Labda Amphionis Bachiadæ Filia clauda F. oraculo consulto, postquam adolevisset, iis Delphos relegatis, reliquis suspectis ejectis & occisis, tyrannidem occupavit; Sed in ea se moderatissime gessit, & votum Jovi absque civium injuria persol- 32[illegible]
vit. Ibidem floruit *Arion*, qui primus Dithyrambum & nominavit & fecit, & in mare ejectus, à Delphino exceptus est.

In MACEDONIA excepere Perdiccam *Argeus* * & *Philippus* †. Hoc temporis decursu exstructa sunt in Græcia & vicinis locis *Acanthus*, (in qua mutas esse cicadas Stephanus scri- 3104
psit) *Abydus*, & *Stagira*; *Chalcedon* à Megarensibus; *Byzantium* a Byzante in adversa regioni cæcorum terra, cujus incolæ absynthio gaude-
Athen. l. 12. bant & salsis, cujusque tonsoribus post illa novaculam habere vetitum: *Lampsacus* à Phocensibus, *Abdera* à Clazomeniis & Teiis; *Borysthenes* in Ponto à Milesiis. Inter *Eruditos* *Archilochus Parius*, primus Jamborum scriptor, qui Lycamben, quod promissam sibi Neobulon F. alteri collocasset, versuum petulantia ad laque-
Cicero in Tuscul. um compulit; Et cujus libros ob inverecundiam, Spartani urbe tolli jusserunt: *Anacreon* Poe-
Plin. l. 7. c. 7. ta lascivus, qui Batyllum puerum adamavit, & acino uvæ passæ strangulatus, periit: *Pittacus* denique, sed nescio an ille, qui minor dictus, de

mola

mola pistrina encomium conscripsit, ut in parvo argumento vim dicendi ostentaret. *Ælian. in Varia Hist.*

SACRA.

Apud JUDÆOS quinam Ecclesiæ status fuerit, in Judaicis dictum est. Josephus ponit sub eo *Pontificem*, de quo superius, *Sallumum*; Seder Olam *Hoschajam*, Nicophorus *Eliacimum Muselamum*. Fortè tunc ibidem & *Troglodytæ*, qui in subterraneo & occulto antro, omnigenas numinum effigies adorabant, reperiebantur, & *Thamuz* ad portam templi Aquilonarem a mulieribus deflebatur: seu is fuerit Idolorum Propheta, ut Maimonidæ ex vetustissimis Chaldæorum scriptis placet; seu imago, in cujus oculos plumbum imponebatur, quo liquefacto flere videbatur, ut Kimchi putat; seu Dominus Phœnicum, ut Hesiodus scribit. *Seld. Synt. 2. de Dis Syris cap. 11.* Apud ETHNICOS Spartæ institutum est festum *Carneia*, ad imitationem Scenopegiorum, continuis novem diebus, novem diversis in locis, quæ Σκίαδες dicebantur. *Athena. l. 4. Meurs. Græc. fer. lib. 4.* Umbracula excitabant, & in singulis novem homines cænabant. *Veneris Paphiæ* imaguncula à Polycharmo in tempestate invocata, myrto viridi totam navem repente complevit. *Athen. l. 15.* Apud Messenios fit *occultorum sacrorum* mentio, de quibus Lyci Pandionis F. vaticiniis prædictum erat, si abderentur, funditus occasuram Messenem; si conservarentur, redivivum ex ruinis resurrecturum imperium.

Articulus II.

DE

AMMONE & JOSIA.

Anni ſunt 33. ad annum 3338.

Manaſſæ Ammon F. ſucceſſit: quo ob improbitatem ſublato, devenit regnum ad Joſiam adhuc impuberem. Hic adultus, Judæam & Palæſtinam ab idolomania (inter hujus inſtrumenta, equi & equorum, & quadrigarum fuſæ imagines, qui ſoli in introitu templi, juxta tabernaculum Nathanmelech Eunuchi dicati erant) repurgavit, templum ex collectis (quæ poſt in jus verſæ, & quotannis menſe Februario, etiam in exilio, tam ſtrictè exigebantur, ut & mendici tantum emendicare, vel veſtem vendere cogerentur) reſtauravit, & in eo ſub humum, loco à Salomone parato, urnam Mannæ Lecythum olei unctionis, baculum Aaronis, lapides Urim & Thummim repoſuit, intellectâ ex Pentateucho, inter ruinas & parietinas templi invento, Dei voluntate, conſulta Prophetiſsâ Hulda, fœdus ſolemniter cum DEO renovavit, aram Bethele, quod ante CCCLVI annos Propheta quidam prædixerat, deſtruxit, & Paſcha ea ſolennitate, quâ inde a Samuele nemo, celebravit. Paraſtatam fidum ex Prophetis habuit *Jeremiam*, cujus coætanei fuerunt *Sophonias* & *Habakuk*. Periit in prælio, quod cum Necaone Ægypti Rege commiſit, ſagittâ ictus (vide Ægyptiaca) anno regni XXXI.

Joſeph. l. 10. c. 5. 6.
2. Reg. 21. 22.
Seld. ſynt. 2. de Diis Syris c. 8.
Cunæus l. 1. Reip. Ebr. c. 14.
Schickard. in Miſchp. c. 1. theor. 4. p. 25.

CONTEM-

Contemporanea.

3321 Apud LYDOS fuit post Ardyem *Sadyattes* *ASIATICA*
3333 F. qui Milesios, Chiorum auxiliis suffultos, per *Herod. l. 1.*
sex annos oppugnavit. Excepit eum *Halyattes*, *& 4.*
qui cum eosdem in Limeneio & campo Mæandri fregisset & ad summam annonæ inopiam, populatus singulis annis agros (tum exercitus immittebatur, cum fruges in regione essent adultæ) redegisset, tandem prudentia Thrasybuli, caduceatorem, inducias petentem fallentis, jus hospitii & societatem conclusit. Scilicet cum templum Minervæ apud Assesum, a Lydis crematum, oraculi mandato reparari deberet, & Halyattes caduceatorem ad paciscendas inducias mitteret; Thrasybulus, quicquid frumenti in urbe erat, in forum asportavit, utque cuncti, dato signo, comessationibus indulgerent, injunxit, ad Halyattem id delatum iri existimans.

3335 Apud TYRIOS cepit regnare *Ithobaalus*. *Joseph. contra Appion.*

3314 In MEDIA occisus in Assyriaca expeditione *Phraortes* Excepit eum *Cyaxares*, Ctesiæ *Herodot. l. 1.*
& Poyhistori *Artabanes* dictus. Hic Asiaticos populos primus in suas provincias distinxit, equites ac sagittarios in suos ordines distribuit; Assyrios prælio devicit; Niniven obsedit; tandem propter Scythas, qui duce Madije obsidioni supervenerant, in aulam receptos, & venationibus destinatos, in bellum cum Halyatte (quod post appositum sibi pro fera puerum, profugos excepisset) incidit. Hi sunt fortè illi Scythæ, qui in fœdere vinum

 sangui-

sanguini, ex summo digito expresso, in calice miscebant, hausto, illud iniri putabant, hostis à se cæsi sanguinem potabant, cutemque detra-ctam equis insternebant.

Ptolem. in Can. BABYLONE fuit *Xenidalanus*, & post eum * *Nabopollassar*.

AFRICANA In ÆGYPTO excepit Psammetichum, postquam Scythas ab Ægypto precibus avertisset, & Azothum in Syria expugnasset, *Pharao Neco*, qui Nabopalassaris fines per Judæam invasurus, transitum prohibentem Josiam in prælio occidit, & Judæam spoliavit.

Herod. l. 4. In LIBYAM deducta est hoc temporis tractu ex insula Thera colonia. Dux ejus *Aristoteles Theræus*, *Battus* a balbutie dictus, Polymnesti ex Phronyma Etearchi Oxensium in Creta R. filia, pellice, F. qui ab oraculo Theram relinquere jussus, Platæam urbem in insula Libyæ adjacente primò condidit, mox Aziristum in Lybia incoluit, tandem ad occidentaliorem partem ab incolis, noctu, ne diurnum spacium metiendo animadverteret, deductus, sedes in locis speciosissimis posuit, & *Cyrenæorum* regnum condidit. Successere ei *Arcesilaus* F. *Battus II.* & *Arcesilaus* II. Historia sub Nebucadnezare redibit.

EVROPÆA Apud HISPANOS regnavit *Argantonius*, princeps longævus, qui Bœticæ oram maritimam, ipsas adeò Gades sub imperium mi-

sit,

sit, & Phœnices vicit. Eo mortuo, erexere isti iterum capita, & templum Herculi eo loco, ubi jam *Medina Sidonia*, condidere, Hispaniæ imperium occupaturi, nisi Turdetanorum Princeps Capetus inopinantes oppressisset. Post hæc tempora gessere quædam in Hispania Carthaginenses, quorum in Ptolomæo Evergeta prima fiet mentio.

* In ITALIA fuit ROMÆ post Hostilium, Dionys. l. 3.
3317 incendio cum omni familia extinctum, *An-* Flor. l. 1. c. 4.
† *cus Martius*, qui Latinos *, Fidenates †, Sa-
3321 * binos *, & Volscos † devicit; Aventinum &
3322 Janiculum urbi addidit, ; Sylvas * ad usum
† navium publicavit, vectigal salinarium instituit,
3330 ad ostia Tiberis coloniam deduxit, & jus
* fæciale ab Æquicolis transtulit. Successit ei
3324
3335 *Tarquinius*, Dematathi Corinthii F. filiorum Flor. l. 1. c. 5.
antecessoris tutor, Tanaquilis maritus, & intercep- Dionys. Ha-
ptum regnum ita administravit, quasi jure id ade- licarn. l. 3.
ptus fuisset. Histor.

SPARTÆ quid actum sit, ignoratur.

3326 ATHENIS fuit Archon *Draco*, qui Atheniensium Democratiam legibus sanguine scriptis firmavit, parvis culpis pœnam capitalem assignavit, & ut animâ carentia urbe agroque exterminarentur, si quid fortè eorum corruens hominem peremisset, sancivit, Plutarch. in Solone.

CORINTHI successit Cypselo *Periander* Pausan. l. 2.
F. & ex consilio Thrasibuli Milesii, Corinthios Herod. l. 1.
bellis- & 5.

bellis navalibus jugiter detinuit, & eminentissimas spicas decussit. Inde in domesticos exacerbatus, Melissam uxorem gravidam interfecit, illius manes incendio vestium, fœminis Corinthiacis detractatorum, placare voluit, & filium fame propemodum enecavit.

In MACEDONIA fuit adhuc *Philippus*.

Strabo l. 14. Hoc temporis tractu conditæ sunt *Synope*, 3[illegible]
in Ponto, quæ postea mari, quod intra Cyaneas est, imperavit, & rubricæ genere, quæ Synopi-
Athen. l. 4. ca, clarissima fuit: *Naucratis in Aegypto*. (*Naucretitarum* si quis nuptiarum gratia convivaretur, prohibebat lex oua dari aut mellitas placentas:) *Naucratis Prusia* †, in Asia; *Epidamnus* *, post *Dyrrhachium*, in Epiro, Mileti natus est
Diog. Laert. lib. 1. † *Thales*, qui primus solis defectus conversionesque prædixit, solis cursum à conversione in conversionem reperit, primus mensis ultimum τριακάδα vocavit, circuli triangulum rectis lateribus descripsit, & minorem ursam invenit. Fertur & ejus ista sententia esse: *Antiquissimum omnium, quæ sunt, DEVS, ingenitus enim. Pulcerrimum mundus, a DEO enim factus. Velocissimum mensis; nam per universa discurrit. Fortissimum necessitas, cuncta enim superat. Sapientissimum tempus, cuncta namq; invenit.*

SACRA.

1. Reg. 22.23. Apud JVDÆOS quomodo Ecclesia se habuerit, in Judaicis diximus. *Pontifex* summus videtur fuisse *Helcias*, & *Sareas*, si Josephum sequimur, Seder Olam *Sallumum* & *Hilkiahu* ponit. 33[illegible]
Circa

Circa hoc tempus, aut paulo ante, exorti sunt *Rechabitæ*, Duce Jonadabo, & videntur vel ex Hasidæis fuisse, vel istorum regulam circa quotidiana sacrificia & divinum cultum observasse. Secunda de his parte agemus. Tudelensis in itinerariô eorum meminit, & nescio cujus Themæ loca incolere, late imperare, Arabes Scenitas infestare, omnium bonorum decimas sapientiæ studiosis & pauperibus, qui atrati in speluncis vivunt & per totam vitam mærent, largiri, quotannis discissis vestibus, quadraginta diebus, pro exulibus Judæis humilitatem profiteri, principes ex progenie Davidis habere, nimis audacter fabulatur. Apud ETHNICOS fit mentio fani *Veneris Uraniæ* in Urbe Ascalone, quod cum Scythæ spoliassent, fœmineo morbo laborare cæperunt.

Tudelens. in itiner.

Herod. l. 1.

Articulus III.

DE

JOACHASO & JOJAKIMO.

Anni sunt 11. ad annum 3349.

JOachasi & Jojakimi fratrum infelix nimis imperium fuit. Nam *illum* ex abundanti inunctum, sed in Prophetas sævientem Pharao Neco, occupato regno, cum fratre *Sallumo* in exilium in Ægyptum misit. *Huic* impio & Prophetis resistenti, in locum prioris a Necone
3342 substituto, Nebucadnezar, Necone ad Euphratem fuso, & Daniele cum sociis Babylonem missis, Tributum centum talentorum argenti imposuit, pendere paulo post negantem, in urbem spe veniæ admissus,

Joseph. l. 10. c. 6. 7. 8. 9.

Dan. c. 1.

Jerem. c. 46.

admissus, cepit, supplicio affecit, & extra mœnia projecit, & e Principibus ter mille viros Babylonem adduxit. Ultimo Jojakimi anno, 3349
LXX. Babylonicæ captivitatis anni incipiunt.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA Apud LYDOS gessit *Halyattes* cum Cya- 3444
Herod. l. 1. xare Medo propter Scythas *bellum*, illudque istorum internecione finivit. Scilicet, die quadam, cum prælium committeretur, repente dies nox fuit, Scythæ, conjuratione ab utroque facta, vino sepulti interfecti sunt. Refertur de
Justin. l. 2. illis, quod nullos habuerint fines. Neque enim agrum exercebant, nec domus illis ulla aut tectum fuit, armenta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines semper errare solitis, uxores liberosque secum in plaustris vehebant, quibus coriis, imbrium hyemisque causa, tectis pro domibus utebantur. Nullum scelus apud eos furto gravius. Aurum & argentum non perinde ac reliqui mortales appetebant. Lacte & melle vescebantur. Lanæ iis ac vestium usus ignotus, & quanquam continuis frigoribus urerentur, pellibus tantum ferinis ac murinis tegebantur.

Apud TYRIOS bellum erat cum Nebucadnezare, qui eos obsedit.

Herod. ibid. In MEDIA, finito cum Lydis bello, aggressus est *Cyaxares* Assyrios, & Niniven expugnavit.

In BABYLONIA successit patri anno regni Syriaci quarto, *Nebucadnezar*, de quo in Judaicis & Tyriis; quique interea vidit in somno

Co-

Colossum illum, cujus revelationem & interpretationem a Daniele accepit.

In ÆGYPTO Neco à Nebucadnezare de- *AFRICA.*
3340 victus, fossam ab orientalissimo Nili ostio, in *N.4*
mare rubrum producere cogitavit. Eventu fru- *Herod. l. 2.*
stratus, Phœnices quosdam, qui circumnavigatâ Africanâ, per mare mediterraneum, in Aegyptum reverterentur, e mari rubro emisit, qui tertio anno incolumes rediere.

In ITALIA perrexit se ROMÆ populo com- *EVROPÆA*
mendare *Tarquinius*. Nam intra hoc tempus *Flor. lib. 1.*
3339 *Crustiminos*, qui ad Latinos desciverant, devi- *cap. 5.*
ctos in deditionem accepit. *Fidenatibus*, *Came-*
3342 *rinis*, & aliis Latinis ingenti prælio fusis, & sese
3347 dedentibus, pacem concessit. *Sabinos* binis castris exutos, sexennales inducias petere coëgit. In urbe circum ædificavit; ludos magnos insti- *Aurelius*
tuit, murum lapideum urbi circumdedit, cloacas *Victor. c. 5.*
fieri curavit, Capitolium inchoavit. Ab eo sunt fasces, trabeæ, curules annuli, paludamenta, prætextæ, & alia. Indè, quòd uno curru Romæ triumphatum, togæ pictæ, tunicæque palmatæ, omnis denique generis decora & insignia, quibus imperii postmodum dignitas eminuit.

SPARTÆ, ATHENIS, CORINTHI nil ferè *Pausan. in*
3346 actum est, nisi quod bellum Mitylenæum, (Mity- *Attic. &*
lenæi, situita ferente, Austro flante ægrotabant, *Corinth.*
Coro tussiebant, Septentrione restituebantur) quod cum Atheniensibus de Sigæo & Achilleo gestum est, in hæc tempora referatur. Dux Mitylenæorum erat *Pittacus* Philosophus, qui hostium Ducem, in singulari certamine, reti, quod occulte secum tulerat, implicitum superavit. Ex

hac

hac pugna *Retiariorum* & *Myrmillonum* factiones exortæ putantur.

Apud MACEDONAS successit Philippo *Æropas*.

Circa hoc tempus nati sunt *Anaximander* *, & *Anaximanes* †, quorum *ille* primus gnomonem invenit, ὡροσκοπεῖα fabricatus est, terræ marisque circuitus descripsit, & sphæram construxit: *Hic* infinitum aëra, sed illa, quæ ex eo oriuntur, definita dixit, moveri sydera non supra terram, sed circa affirmavit, & Jonica locutione simplici usus est.

Laert. l. 2.

SACRA.

Apud JVDÆOS fuit *Saragas* Pontifex qui ad captivitatis tempora præfuit. Josepho *Jasadocus* placet, Chronico minori *Azarias*. Ex Prophetis erat *Baruch & Urias*. Apud ETHNICOS Romæ *Conpitalia* & *ludi Diis Laribus* instituti sunt. Res divina in iis in compito aut foco fiebat, à servis sacrificia peragebantur, laneæ viriæ fòcis imponebantur, & dies festi interdum bis terve singulis annis recurrebant: Occasio festo data, quod in foco Tarquinii repentè genitale e cinere masculini sexus appatuisse, & eam quæ ibi insederat, Tanaquilis Reginæ ancillam Ocrisiam captivam, gravidam consurrexisse, ita servium Tullium natum, & Laris familiaris filium putatum, tradant.

Rosin. l. 4. Ant. c. 9.

Articulus IV.

DE

JECHONIA & ZEDEKIA.

Anni sunt 11. ad annum 3360.

Parem

PArem isti cum antecessoribus fortunam habuere. Jechonias enim tertio regni mense, in exilium Babyloniam deportatus est. Zedekias Josiæ F. Aegyptiorum, Ammoniorum, Moabitarum & Tyriorum societate ac fœdere animatus, neglecto quod sanctè promiserat tributo, & libertate & regno excidit. Nebucadnezar enim Hierosolymam, frustra eam liberare volente Aprie, cepit, Zedekiam ex fuga retractum oculis privavit, & Babylonem traduxit, principibus interfectis, templum, regiam ac civitatem igne succendit. Sic finis regno Judaico impositus est. Jeremias e fovea, in quam Regis jussu conjectus erat, liberatus, occiso Gedalia, in Aegyptum cum reliquiis migravit. Sic coacti sunt Judæi deserere illam terram, cujus singularis erat à Deo prærogativa. Ad illam certe solam leges in Arabum desertis latæ pertinebant, in solâ criminalia judicia exercebantur, qui solum patrium migrandi libidine vertisset, pro syderum cultore habebatur. & quamvis post Babylonienses Judæi Remp. quandam inter se haberent, tamen de judiciis ne in ditione quidem sua cognovere. Joseph. lib. 10. c. 10. 11. 3360 Cunæg Reip. Ebr. l. 1. c. 8. ex Maimonide.

Contemporanea.

LYDIS imperabat adhuc *Cyaxares*. *ASIATICA*

3354 Apud TYRIOS successit Ithobaali, anno regni sui nono mortuo, *Baal*. Joseph. cont. Appion.

In MEDIA excepit Cyaxarem *Astyages*, qui in somniis de nepotis magnitudine monitus (vidit nempe ex naturalibus filiæ *Mandanes*, quam unicam habebat, vitem enatam, cujus palmite omnis Asia obumbraretur, & arioli, consulti, nepoti ex ea magnitudinem prænunciari, Justin l. 1. Herod. l. 1.

ipsi

ipsi regni amissionem portendi, responderunt) Mandanem filiam Cambysi Persæ, mediocris conditionis viro, in uxorem dedit, & filium ex ea natum occidendum Harpago commisit. Sed hic veritus, ne, si ad filiam mortuo Rege venisset imperium, illa necati infantis ultionem, quam a patre non potuisset, a Ministro exigeret, pecoris regii pastori eum exponendum tradidit, qui misericordia motus, puerum pro filio educavit. Et hæc à Græcis Historicis habemus. Tarich Musulmannico & Teixeræ si credendum, cœpit circa hoc tempus, vel paulò ante, *nova Persarum Dynastia*. Primus erat *Kaikobad*, qui falsò nepos vel trinepos Nodharis creditur, & quinque filios, nimirum *Cai-thiruk*, *Cai-aresch*, *Cai-aphted*, *Cai-kaus* & *Cai-nasohin* habuit. Excepit ipsum *Caikau*, qui rebelles Mazanderinos, maris Caspii accolas, coercuit, Zaul Zogatum, Arabum Regem subegit, & filiam ipsius Saudabam, magno regni sui incommodo, in uxorem duxit. Scilicet illa privignum *Siawoschum*, in spem regni educatum, calumniis ita exercuit, ut ad hostem patris fugeret, ejusdem filiam *Frangissam* duceret, & tandem suspectus, a proceribus illius è medio tolleretur. Ex hac natus est filiolus *Caicosravv*, qui, quod clam in campo educatus esse, & avum maternum devicisse dicatur, idem cum Cyro fuisse creditur.

Teyxera lib. 1. c. 13. 14.

Apud BABYLONIOS fuit *Nebucadnezar*, de quo in Judaicis.

AFRICANA

In ÆGYPTO successit Necaaoni † *Psamnus*, quem * *Vaphris*, seu Apries insecutus est. *Ille* Eleos

Eleos in certaminibus olympiacis monuit, ut, si quando ludis istis certaretur, & peregrini adessent, ipsi quiescerent, ne per favorem civium peregrini præmio fraudarentur. *Hic* quid intra hoc tempus egerit, in Judaicis est dictum. *Herod. l. 1.*

In ITALIA gessit cum Hetruscis novennale *bellum* Tarquinius, illudque gloriosè finivit. Aliquoties fusi, Romanum imperium comiter agnoverunt, & pro impetrata pace dona transmiserunt. In eandem per Taurinas Alpes *EVROPÆA* *Dionys. l. 3.*

3360 *Bellovesus*, Ambigati Gallorum Regis ex sorore nepos, Sigovesi frater, cum ingenti multitudine venit, fusis Thuscis, Insubriâ potitus, Mediolanum, (a specie apri nomen sortitam, quæ postea quadragies obsessa, & oppugnata, bis ac vicies expugnata ac vastata scribitur, hodie CCCM. incolarum intra pomæria habet, IXM. pauperum alit, LXXXII. Ecclesiis, LXXIV. monasteriis, superbit) condidit, accessu Germanorum, Duce Elitovio firmatus, loca, in quibus jam Verona & Brixia, adjecit. Secuti mox Boii, Lingones & Cenomani, Pado ratibus trajecto, Hetruscos & Cimbros pepulere, intra Apenninum tamen sese continuere. *Solin. c. 11* *Livius l. 5.*

SPARTÆ nil singulare accidit.

ATHENIS multa in Reipub. commodum *foris* & *domi* gessit *Solon*. Et *foris* quidem Cyrrham, inducta incolis per aquas helleboro infectas diarrhæâ, expugnavit, Salaminem insulam bello, quod fere capitale erat, recuperavit: *domi* verò, ubi pauperes divitum ære oppressi, agros istis colebant, sextam partem *Plutarch. in Solon.* *Pausan in Atticis.*

persolventes (unde *Hectemorii* & *Thetes* dicebantur) aut pignoratis corporibus abducti a creditoribus poterant, & pars ibi serviebat, pars peregrè venundabatur; Archon factus, æquabilitate, quam bellum non facere dicebat, commendatâ, novis tabulis conditis, usurarum onus (σεισάχθειαν vocant) levavit, mensurarum augmentum, ac pecuniæ precium constituit, & re populo probatâ, legumlatoris munus accepit. Hoc verò ita administravit, ut Draconis leges abrogaret; Rempub. in quatuor classes, *Pentacosiomedimnos* nempe, *Equites*, *Zeugitas* & *Thetas* divideret; Senatum CCCC virorum institueret, concioni haud pauca adscriberet, & plurimas leges, ligneis axibus, qui quadrangulis lignis inserti convertebantur, inscriptas, de variis negotiis ferret. Sanxit inter cætera, ut infamia notaretur, qui se neutri in seditione parti adjunxisset: ut orbæ & dotatæ mulieri, si maritus ejus congredi non posset, rem cum ejus propinquis habere permitteretur: ut sponsa cum sponso una inclusi, malum cydonium comederent: ut maritus ter minimum singulis mensibus cum uxore dotata congrederetur, ne nupta ad sponsum quicquam præter tres vestes, & magni precii supellectilé adferret, ut illi, qui e scortis nati essent, necessitate alendi patris solverentur: denique, ut nemo civis fieret, nisi qui perpetuo exilio damnatus, a sua patria abesset, aut cum totâ familia Athenas commigrasset. Idem cum, perspecta mensis varietate, cursum Lunæ nec cum exortu nec cum occasu solis prorsus congruere, verum subinde eam solem eodem die & assequi & prætergre-

Meurs. in Solon. c.12. & seqq.

tergredi animadvertisset, tricesimum mensis diem ἕνην καὶ νέαν appellari jussit, insequentem verò Νεμηνίαν nominavit. Idem, ut Homeri poëmata alternatim à se invicem excipientibus canerentur, ad tibiam & lyram aciem instituerent, in conviviis vinum dilutum biberent, instituit. Hoc tempore acta est prima in Græcia Tragædia.

CORINTHI nil se offert.

Apud MACEDONAS fuit adhuc *Aeropas*. Ex viris doctis floruere *Æsopus*, cujus vita in puerorum manibus: *Anacharsis*, Scytha, qui anchoram & rotam figuli invenit, & multa de Scytharum moribus scripsit. *Epimenides* Cretensis, qui Atheniensibus clades magnas propter Munychiam prædixit, famulum vino hilarem non puniendum, filias ætate quidem virgines, τῷ φρονεῖν δὲ γυναῖκας nuptui locari debere, pronunciavit, & LVII annos continuò dormivit: *Cleobulus Lyndius*, qui filiam Cleobulinam, ænigmatum hexametrorum vatem, habuit, & festum Chelidoniorum, quo pueri mense Bœdromione circumeuntes stipem hirundini colligebant, & ἦλθ' ἦλθε χελιδὼν cantabant, apud Rhodios, cum aliquando pecunia Lyndii indigerent, instituit: *Thales* poëta Lyricus, cujus à Solone missi odis Spartani delibuti, animarum feritatem nimium, Lycurgi legibus imbutam, castigabant; *Antheas Lyndius*, Cleobuli cognatus, fortunatus homo, ac condendis versibus ingeniosus, qui toto vitæ tempore bacchabatur: *Mimnermus*, qui pentametrum versum invenit, cujus versus decantari soliti, & cujus Nannus amica. Ad hæc autem monarchica tempora etiam fortè referri possunt,

Laert. l. 1.

Euseb. in Chron.

Meurs. Græc. feriata l. 6.

Plutarch. in Solone.

Athen. l. 10.

Athen. l. 13. 14.

Plin. l. 20. c. 17. *Castor* medicus, qui piperitim herbam, quam alio nomine *siliquastrum* nominant, bibi contra morbos comitiales docuit: *Cleostratus* Philosophus, qui primus de signis cœlestibus, Arietis inprimis & Sagittarii, scripsit, &c. *Id. l. 2. c. 8.*

SACRA.

Apud JUDÆOS impositus est finis libertati Ecclesiæ Judaicæ, & deducta est, una cum transportatis, in captivitatem Babylonicam. Inter Prophetas fuit *Ezechiel*, ad cujus sepulchrum, in ripa Euphratis situm, tempore Tudelensis lampas ab ipsomet Propheta accensa ardebat, ab initio anni ad festum expiationis Judæi certatim ad precandum confluebant, & librum manu ipsius scriptum, die expiationis legebant. Sed & apud Muhamedanos celebris ejus memoria. Apud ETHNICOS Solon, ut conjugiorum securitati consuleret, propter juvenes ætate vigentes, mulieres emptas in ganeis prostituit, & ex eo, quem faciebant, questu Veneris τῆς πανδήμου templum condidit. *Tudelens. in itinerar.*



POLY-

POLYHISTORIS

Pars Secunda.

Res ſub Monarchiis

Orientalibus a Nebucadnezare ad Auguſtum Cæſarem exhibens.

MONARCHIARUM ORIENTALIUM.

LIBER I.

DE

MONARCHIA BABYLONICA.

Anni sunt 52. ad annum 3412.

CAPUT I.

De

REBUS SUB REGIBUS FAMILIÆ BABYLONICÆ.

Articulus I.

De

NEBUCADNEZARE.

Anni sunt 28. ad annum 3388.



Joseph. l. 10. Antiqu.

Xciso regno Judaico non quievit Nebucadnezar. Nam Tyri obsidionem solvit (a) ; Ægyptium compescuit; Lybiam invasit; in Iberiam trajecit; & ad Herculis columnas pervenit. Redux reliquias Judæorum per Nebusaradanem in Babyloniam (b) traduxit, & Babylonem variis structuris exornavit. Adjecit tum veteri urbi alteram, ac ne hostes deinceps eam obsessuri, averso flumine eam aggredi possent, urbem tam interiorem quàm exteriorem triplici

Jerem. c. 52.

Beros. apud Joseph. l. 10. c. 12.

triplici muro cinxit: deinde præter palatium patrium, alterum illi contiguum, altitudine & operis magnificentia præstans, condidit, & in eo lapideas moles excelsas, adspectu montibus simillimas, & omni arborum genere consitas erexit in gratiam uxoris, quæ in Mediæ locis nutrita, montano aspectu capiebatur. Successu tandem ad superbiam inflatus, & DEI immemor, mente alienatus, pœnam in somnio visam per septennium sustinuit, eoque exacto Nemesin divinam agnovit, & regno restitutus est.

CONTEMPORANEA.

DE JUDÆA nil occurret, donec ad Cyri tempora pervenerimus. *ASIATICA*

In LYDIA finito ex arbitrio Nebucadnezaris, quem *Labinitam* Herodotus vocat, quod propter Scythas susceptum erat bello, duxit Cyaxares Astyagis F. filiam Halyattæ, Cræsi sororem, in uxorem. Tum bellum, quod Halyattes gessit, fuit in occidente respectu Babylonis, iis in oris, quæ Lydiam & Græciam interjacent. *Herod. l. 1. Hist.*

3364 Apud TYRIOS mutatio facta est. Nam post Baalem devenit regnum ad *Suffetes* sive Judices, quorum primus *Ecnibalus* menses duos, *Helbes* decem, *Albarus* duos, *Balator* annum regnavit. Post istum sedit *Mitgonus* qui remotis Suffetibus, veterem Reipubl. formam reduxit. Excepere eum * *Merbal* & † *Hieromus*. Historia sub Xerxe redibit. *Joseph. contra Appion.*

3366 (vit.)
* 3372
†
3376 Apud MEDOS quid actum sit, vide in Lydiacis.

Ad BABYLONICA alligantur Historiæ. Ideo in principio occurrunt.

AFRICANA

In ÆGYPTO strangulatus est a rebelli populo, postquam exercitum contra Cyrenæos eductum amisisset, *Apries.* Excepit eum *Amasis*, vir modicæ originis; qui obscuritatis opprobrationem egregio commento confutavit, regnum legibus firmavit, ædificiis exornavit, manè causas diligentissime judicavit, à meredie frivolus atque simulis egit. Cum Græcis fœdus renovavit, & Naucratem urbem ipsis inhabitandam tradidit. Cyprum primus cœpit & tributariam fecit. Ejus tempore superbiebat urbibus viginti mille Ægyptus.

Herod. l. 2. Histor. Plin. Hist. Natur. l. 5. c. 9.

Apud CYRENÆOS fuit *Battus III.* cognomento *Eudæmon*, sub quo Græci in Africam deducti, Pœnorum agris vastatis, & inter se divisis, Regi Ægyptiorum Apriæ se dediderunt. Hinc exortum bellum, in quo Apries ad Irasa fugatus est. Successit ipsi *Arcesilaus III.* cognomento *Asper*, qui patre vivo propugnacula ædibus circumposuit, mortuo, fratribus bellum infeliciter intulit; Cyrenæos crudeliter habuit, tandem à Laarcho, cujus pessimis consiliis utebatur, veneno sublatus est. Historia ipsorum sub Hystaspide recurrit.

Plutarch. de virtut. mulier.

EUROPÆA

Apud SVECOS fuit adhuc *Botvillus.*

In ITALIA mortuo ROMÆ Tarquinio, substitutus est in ejus locum, annitente Tanaquile (hujus postea lana cum fuso & colo in templo Sangi duravit, & virgines nubentes inde colus compta, & fusus cum stamine comitabatur) *Tullius Servius*, servâ matre creatus, & quia eximiam indolem Tanaquil liberaliter educaverat, & clarum fore visa circa caput flamma promiserat,

Halycarn. l. 4. Flor. l. 1. Histor. c. 6.

rat, regnum dolo partum sic egit industriè, ut jure adeptus videretur.

3362 In SICILIA collocavere coloniam apud Acragantum fluvium Geloi, urbemque Acragantum *Agrigentum* post nominatam, exstruxere: In ea mox *Phalaris* Cretâ ejectus, tyrannidem, bove Perilli claram, invasit, universæ tandem Si- *Thucyd. l. 6. Hist.* *Suidas.*
3378 ciliæ dominio potitus.

DE SPARTANIS nil occurrit.

3371 ATHENIS persvasit bellum Megarense, *Laert. in*
cujus capitalis mentio, simulatâ stultitiâ, *Solon*, *Solone.*
illudque, insula Salaminia occupatâ, felicissimè
† per *Pisistratum* † confecit, & ne magis vi, quàm
3371 jure, illam possidere Athenienses viderentur, effossis quibusdam tumulis, cadavera ad orientem conversa, sepulchra itidem ita posita, insculptaque ipsis familiarum nomina, qui Atheniensium mos erat, ostendit. *Pisistratus* redux injustum dominatum appetere cœpit, & delinitis per beneficia egenis, redactis ferè in ordinem optimatibus, voluntariis vulneribus corpus laceravit, ita delatus in forum, elapsum se e manibus hostium simulans, satellitium corporis ab eis extorsit, hoc stipatus, arcem occupavit, & tyrannidem novam erexit. Opposuit quidem se ei Solon, & non tantum Pisistratum Homericum Ulyssem agere ostendit, sed & facilius nascentem tyrannidem prohiberi, præclarius jam natam exscindi docuit: verum senatu insanire eum proclamante, Pisistratus tyrannidem eo usque retinuit, donec a Lycurgo & Megacle, qui exercitum habebant, ejiceretur. *Plut. in Solone.* *Laert. in Solone.*

Diodor. Siculus in fragm. CORINTHI, mortuo *Periandro*, qui etiam cum mortua uxore rem habebat, desiit Cypselidarum Tyrannis, & libertas iterum à populo recuperata est. Ab hoc tempore *duæ* ipsius *periodi* notari possunt. *Prima*, quæ ante excidium, plurimum rebus maritimis, coloniis Syracusas & in Corcyram emissis, rebus in Sicilia duce Timoleonte gestis, claruit. *Altera*, à Cæsare deductis coloniis restituta, feliciter crevit, & sub Græcis imperatoribus egregiè floruit. Fiet ipsius sparsim in aliorum Regnorum Historiis mentio. Ibidem *Isthmici ludi* revocati sunt, in quibus jaculorum certamen, cursus, pugna, musicorum & poetarum congressus edebantur. Victores pinu coronabantur, quòd Melicertæ corpus, cujus honori institutum erat, pineis obvolutum *Politic. l. 5. c. 12.* surculis inventum esset. Aristoteles *Psammetichi* cujusdam, Corinthiorum post Periandrum Regis, meminit.

Apud MACEDONAS regnavit post Aeropam *Alcetas*.

Suidas. Nebucadnezare regnante, *Aesopus* Apologorum scriptor, Delphis de saxo dejectus est, & *Plin. l. 36. c. 4.* *Marmor* sculpi cæptum. *Dypænus* & *Scyllis* Cretenses, primi omnium marmore sculpendo inclaruere, & Sicyonem, quæ diu fuit officina rerum *Plin. l. 35. c. 12.* metallicarum patria, se contulere. Sanè & *Dibutades* ille, qui primus ex cretâ vasa conficere, & extremis imbricibus tegularum personas imponere cæpit, Sicyonius, & primus Corinthi figulus fuit. Ex *Eruditis* floruere *Pherecydes*, qui *Apul. in Florid.* primus soluta oratione, repudiato versuum nexu, scripsit, nullum magistrum habuit, & pedi-

culis

culis toto corpore enaſcentibus , quod nulli unquam Deorum ſe immolaſſe jactaſſet, interiit:
33?1 *Pythagoras*, qni primus Philoſophi nomen aſſumſit, primus athletas carnibus aluit, regulam, quæ ex una chorda eſt, reperit; Græcis pondera & menſuras invexit, animam circulum neceſſitatis immutantem, aliis alias obligari animantibus pronunciavit, hecatomben, quòd trianguli ſubjectum latus tantundem valere, quantum quæ illum continerent inveniſſet, immolavit, & divinationis cujusdam (dicitur literas humano ſanguine cavo ſpeculo inſcriptas lunæ obvertiſſe,
3387 ut futura prædiceret) author extitit: *Abaris*, qui ſimulachrum Palladii Trojanorum ex Pelopis oſſibus feciſſe dicitur: *Ariſteas*, qui Metaponti, & in Proconneſo ſubito ex oculis evanuit: & *Herophilus* Chalcedonius, qui ſtudii Anatomici ergò, homines ſceleratos vivos incidiſſe, & ſeptingentos diſſecuiſſe dicitur. *Oderat hominem ut noviſſet*. Diſcipulum habuit *Philippum Coum*, qui Logicis rationibus Empiricam impugnavit. *Tertull. l. de anima.*
3364 Amphictyones inſtituere *Pythicos ludos*, in quibus omnium hymnorum pulcherrimus in Apollinis honorem canebatur: mox ad citharam & tibiam cantus, nec non aulædorum & tibicinum certamen acceſſit. *Rhytmi* Pythii quinque partes erant, ἀνάκρουσις præludium erat, ἄμπειρα, cum pugnam tentant, κατακελευσμὸς ipſa dimicatio, δάκτυλος aut ἴαμβος, pæan, qui ejuscemodi pedibus adſtringitur, συρίγγες extrema pars eſt, & pereuntis belluæ ſibilum imitatur. Præmium pecunia primo, poſt corona vel ex oleo, vel ex æſculo, tandem laurea. Argivi ex-

Rodig. l. 23. c. 8. exercuere in honorem Apollinis *Nemea*, in quibus majorum imagines, tanquã funebri pompa, longo ordine repræsentabantur, mox equorum cursu, curru δίφρῳ, in quo sella erat, disco, cestu, & palæstra, primo milites & militũ filii, post populus dimicabant. Certamini judices pullati, stolis amicti phæis præsidebant, præmium corona ex apio Alex. genial. dier. l. 5. c. 8. erat. Hinc infantes, qui ad certamen præparabantur, statim nati in apio, quo extremus hortorum ambitus conseritur, reponebantur. In Athen. l. 13. hæc tempora incidit *Rhodope* meretrix, Aesopi aliquandiu conserva, à Charaxo, Saphus fratre, ingenti pecunia redempta, quæ tantas opes meretricio quæstu cumulavit, ut insingnem turrim suis sumptibus exstruxerit. Hæc est illa *Sappho*, quæ plectrum, & sapphicum carmen invenit, & *decima Musa* dicebatur. Hujus amica erat *Frinna* hexametris excellens poetria. Mytilenæi imaginem illius nummis insculpebant. Sed & *Agnodice* tum floruit, quæ virgo medicinam discere cupiens, abscissâ comâ, habitu virili, Herophilo se in disciplinam dedit, a quo probe Hyginus. edocta, parturientium mulierum morbis medebatur, quas sexus sui clam certas faciebat. A Medicis in judicium pertracta, coram Areopagitis, tunicâ allevata, fœminam se esse ostendit. Athenienses autem artem medicam mulieribus ingenuis permiserunt.

SACRA.

Ecclesiæ JVDAICÆ in captivitate *septima periodus*, quæ ad edictum Cyri duravit, obtigit. Inter prophetas floruit *Daniel*, cujus loculus, vitreo

vitreo conditorio impositus, & de ponte ferreis catenis in medio Schusinæ suspensus, ut videre est apud Benjaminem Tudelensem mendacissimum aliàs Judæum) ab Islamis etiam magni æstimabatur. In ETHNICISMO condidit templa Annalis Diis, qui furti olim privatum damnaverant, reliquos, qui absolverant, nullo numero habuit. *Tudel. in Itiner.*

Articulus II.

DE

EVILMERODACHO & BELZASERE.

Anni sunt 7. ad annum 3395.

NEbucadnezare mortuo, cæpit labascere Monarchia Babylonica. *Evilmerodach* enim, qui, patre maniâ laborante, res summa cum moderationis laude, quod vel in Jechonia ostendit, administravit, mortuo, postquam apud imperitũ vulgus contemptũ civilitate incurrisset, (*continuus aspectus minus verendos magnos homines ipsa satietate facit*) à *Nerigliſſooro* affine, qui impuberi filio regnum asserere voluit, circumventus est. *Belzaser* autem, extincto patre, lascivior, & monitorum Nitocridis matris, solertis fœminæ (cui deductus in anfractum Euphrates, ac fallax non minus ac pellax sepulchri inscriptio vendicatur,) impatiens, post epulum nono regni mense, ut manus in tectorio parietis scribens, à Daniele lecta & exposita, prædixerat, à familiaribus oppressus interiit. Sepulchri inscriptio ista est: *Si quis Regum Babyloniæ post me pecuniæ penuria labo-* *Joseph. l. 10. Ant. c. 11.* *Ptolom. in Canon.* *Daniel Prophet.* *Herodot. l. 1. c. 185.*

laboraverit, aperto sepulchro, quantum libuerit pecuniæ, sumat: ne tamen, nisi indiguerit, aperiat, alioquin non in rem ejus futurum est, Sepulchrum post Darius aperuit: sed loco pecuniæ hanc inscriptionem invenit: *Nisi pecuniæ inexplebilis esses, defunctorum sepulchra non aperuisses.*

CONTEMPORANEA.

ASIATICA Apud LYDOS successit Halyattæ *Crœsus*, & *Herod. l. 1. Histor.* primo quidem, Ephesiis, Jonibus & Aeolis bellum intulit, Asiamque minorem sibi subjecit, deinde impediendo Cyro consilia agitavit.

Apud MEDOS *Cyrus* ab Harpago, cui filium interfectum pro lautitiis apposuerat Astyages, incitatus, accepto ab eodem de transitu Medorum promisso conciliatis sibi spe melioris *Justin. l. 1. Histor.* fortunæ Persis, bellum avo materno Astyagi intulit, eundemque difficili prælio victum cepit. Ferunt certè Medos, cum Astyages cognitâ Harpagi, qui exercitum sibi commissum Cyro prodiderat, perfidiâ, contractis undique auxiliis in Persas profectus, repetito alacrius certamine pugnantibus suis partem exercitus a tergo posuisset, & tergiversantes ferro in hostes agere jussisset, tanto animo hostes aggressos, ut Persæ in fugam verterentur, nec nisi a matribus & uxoribus exorati, in prælium redirent.

AFRICANA. Apud ÆGYPTIOS & CYRENEOS nil occurrit.

EVROPÆA De SVECIA sequenti capite.

In

In ITALIA retulit ROMÆ *Servius* Romanum populum in censum, digessit in classes, distribuit in curias & collegia. Omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque discrimina in tabulas relata sunt. Flor. l. 1. c. 6.

SPARTÆ, ATHENIS, apud MACEDONES nil habetur. Vixere sub posteris Nebucadnezaris *Stesichorus*, in cujus infantis ore lusciniam concinuisse dicunt, & qui effusis in Helenæ vituperium carminibus, oculis orbatus, post tamen ipsos recepit. Suidas. *Simonides*, non *Melicerta*, qui litteras η ω invenit: nec *Jambicus* ex Amorgo insula, qui primus apud Græcos Lyricus, ad movendas lachrymas aptissimus fuisse, & primus flebile carmen invenisse dicitur; nec *Syracusanus*, cui literæ ζ ξ ψ, nec non lyræ tertius sonus, seu, ut Plinius, octava chorda adscribitur: sed *Ceus*, cui ars reminiscendi debetur: *Chilon Lacedæmonius*, qui sibi in tota vita ingratitudinis conscius non fuit, una tamen se re modicè moveri dixit, quòd cum semel inter amicos ipsi judicandum esset, neque contra jus agere vellet, persuaserit amico, judicium a se provocaret, ut sic utrumque, legem nempe & amicum, servaret. Diogen. Laërt. l. 1. *Ibycus Poeta*, cujus, a latronibus interfecti, vindices dicuntur fuisse grues. *Angares*, Astyagis Musicus, qui Astyage cum amicis convivante, cum alia pro more cecinisset, ad ultimum in palustria belluam immanem apro truculentiorem, provinciis imperaturam, & prospere cum paucis adversus multos præliaturam dixit, eamque Cyrum esse affirmavit. Athen. l. 14.

SACRA.

SACRA.

Buxtorff. in Gram. ex l. d.

Ex sacris nil habetur. In libro tribus Judæ refertur, Judæos in captivitate Babylonica rectorem seu Regulum Babyloniæ eligere solitos fuisse. Locus erat domus aulæis ornata, & sellis pro numero sapientum instructa. Regalis in medio thronus, a dextris rector Academiæ Surensis, à sinistris Rector Pombedithanus sedebat. Electum Regem ille ad pietatem hortabatur, hic votis voce expresfis prosequebatur, domum præeuntibus tubicinibus deducto dona mittebantur. Proximo sabbatho epulum & suis & Regis Babyloniæ Dynastis apparare ipsius erat, pridie in synagogam velatus deductus concionabatur,

CAPUT II.

De

REBVS SUB REGIBVS FAMILIÆ MEDICÆ.

Articulus Unus.

DE

DARIO MEDO.

Anni sunt 17. ad annum 3412.

Joseph. l. 10. Ant. c. 12. Megasthen. ap. Euseb.

EXtincta Nebucadnezaris posteritate, *Darius Medus* in Regem electus est, sed dispari fortuna regnavit. Pace per sedecim annos usus, provincias ordinavit, satrapas singulis, & his tres Eparchos, inter quos Daniel primum locum obtinebat, præfecit; Judæos etiam dilexit. Anno ultimo oppugnatus à Cyro, & victus, Babylonem præsidio destitutam amisit, & in munitissimo Borsip-

3411 Borsippenorum oppido obsessus, dedere se coactus est, Caramaniæ postea a victore præfectus. Hunc exitum sortita est Monarchia Babylonica, cujus Reges cuncta ex Chaldæorum consilio faciebant. Hi sunt illi Chaldæi, qui in cultu deorum toto vitæ tempore philosophabantur, libamentis quibusdam sacrificiis mala averruncabant, stellis ea, quæ in terris geruntur, consecrabant, peccatorum nostrorum causam ex illorum motibus esse asserebant, piscibus abstinebant, in auguriis & somniis explicandis exercebantur, & tiaras quæsito colore tinctas in capitibus gestabant. Strabo l. 16. Diodor.

Contemporanea.

Apud LYDOS impositus est finis Dynastiæ Mermnadarum & regno Lydorum. Dum enim *Crœsus* ambiguo oraculi responso, & auxiliis Lacedæmoniorum irretitus, prodigiis & consiliariis contra euntibus (colubri Suburbana omnia impleverant, quos equi, e pascuis relictis prodeuntes, devorabant) nascentem Cyri potentiam in Herodot. l. 1. Justin. l. 1.
3398 prima herba suffocare conatur, prælio vincitur, Sardibus capitur, pyræ imponitur: sed seu Solonis mentione seu *Ephesiarum literarum* adminicula (erant incantationes continentes vocabulo ἄσκι κατάσκι λίξ &c. quas recitantes tam certò vincebant, ut, Hesychio referente, Ephesius quidam talo illigatas habens, triginta palæstritas vicerit, succubuerit ademptis) liberatus, inter consiliarios cooptatur, & Barca Susianes provinciæ urbe donatur. Nec felicior *Pactyæ* regnum priori dignitati restituere volentis, successus. Omnes sub jugum à præfecto redacti, armis & equis spoliati, ad molliores artes relegati sunt, ipse tandem a Chiis ex Mi-

nervæ tutelaris Deæ templo violenter raptus, in Persarum potestatem devenit.

Apud MEDOS confecto contra Crœsum bello, Cyrus, Joniam Cariam Lyciam, amicitiam oblatam (*in tempore venire omnium rerum primum est*) antehac rejicientes, ordine per Harpagum debellavit; his debellatis, *Darium* regno, ut diximus, exuit. Phocæenses ab eo infestati, rebus convasatis, primo in Chium, mox in Cyrnum, tandem à Carthaginensibus ob piraticam mulctati, in Galliam trajecere, ibidemque *Massiliam* urbem

Herod. l. 1. *Justin l. 43.* (in qua postea vinum fœminis, mimi in ludicris, planctus in funeribus prohibebantur, & omnibus, qui per religionis simulationem inertiæ alimenta quærebant, portæ urbis claudebantur) condidere; Comes ipsorum, Dianæ jussu, erat

Strabo l. 4. *Aristarcha* Ephesina matrona, quæ in Massilia templi Dianæ constructi sacerdos est designata.

AFRICA. Apud ÆGYPTIOS putatur *Actisanes*, Æthiopum Rex, Amasim, crudelius imperantem, regno deturbasse, latrones amputatis naribus in ultima deserti ire compulisse, in quibus illi fissis calamis, quos ex vicinis agris colligebant, longa sibi retia faciebant, quibus juxta littus per plura stadia dispositis ex capiis coturnicibus victum sibi quæritabant.

Apud CARTHAGINENSES & CYRENÆOS nil occurrit, præter dicta.

EUROPÆA. In SVECIA successit Botvillæ *Gothus*, qui legibus cavit, ut qui viatorem tecto exerceret, & idoneis testibus ter negasse hospitium convictus fuisset, immisso igne ædes ejus comburerentur.

De ITALIA nil habeo quod dicam.

SPARTA-

3484 SPARTANI bellum Thyreaticum de finibus cum Argivis gerebant, in quo trecenti ex utraque parte electi, tanta contentione pugnarunt, ut tres duntaxat incolumes evaderent. Honori ipsorum data sunt *Gymnopædia*. Ibidem *Orestis ossa* septem cubitorum longitudinis inventa sunt. *Pausan. in Lacon.* *Solin. c. 5.*

ATHENIS receptus est undecimo exilii an-
3487 no, ductâ Megaclis filiâ, *Pisistratus*; Sed iterum ob injuriose tractatam filiam pulsus, comparato exercitu, & victis ad Marathonem Atheniensibus, tyrannidem firmavit, eamque tam moderatè exercuit, ut & Solonis legibus se subjiceret, & homicidii causam moderate in Areopago diceret. Primus mortalium *Bibliothecam* Athenis aperuit, & Homeri carmina dissipata, in eam, quam habemus, formam collegit. *Herodot. l. 1.*

3487 Apud MACEDONAS successit Alcetæ *Amynthas*.

Inter *claros Viros* in Græcia fuere *Lasus*, qui primus de Musicis scripsit, & Dithyrambum invenit: *Theognis*, Poeta Græcus: *Hipponax*, qui propter nobilem vulneris fœditatem derisus, adeò indignatus est, ut amaritudine carminum quosdam ad laqueum, quod Plinio falsum, compulerit, ab eo *Iambicum Hipponactēum* carmen, quod & *Scazon*, nomen sortitum videtur: *Bupalus* & *Anthermus* fratres, sculptores peritissimi, qui in Chio Dianæ faciem sculpsere, cujus in sublimi positæ vultum intrantes tristem, exeuntes exhilaratum putabant. *Confutius* Chinensium Philosophus, cujus ductu ejus sectæ homines unum Deum adorant, nulla idola habent, providentia *Plin. lib. 36. c. 5.* *Trigaut. in Hist. Chin.*

omnia conservari, animas esse immortales, credunt. *Lanzus* peculiaris sectæ ibidem author, quem octogesimo a conceptione sua anno natum, nugantur.

SACRA.

JUDAICA Ecclesia habuit tum Pontificem *Jesum* seu *Josuam*, F. Josadech. Judæi in hæc tempora obsignationem Prophetiæ collocant, in ejusque locum *filiam vocis*, id est, oraculum divinum, quo post Prophetarum tempora, futura revelabantur, successisse dicunt. Apud ETHNICOS erectum est Romæ *Dianæ* in Aventino *templum*, in quo Latini & Romani quotannis sacra faciebant. Si qua offensa intercessisset, inter sacra reconciliabatur. Ne ulla temporum injuria institutum aboleret, in ærea columna decreta concilii, & civitates ejus conventus participes descriptæ sunt. Præerat alias hæc Diana venationi, & quia Idibus Augusti a venatu abstinere credebatur, ideò ne venari tunc, cessante Deâ, licuit. Canes coronabantur, faces spicatæ accendebantur, juxtaque, quicquid erat instrumentorum venaticorum, suspendebatur. Crœsus accepto Delphis responso, & veritati illud consonum existimans, magnis muneribus oraculum affecit. Nam in ejus honorem lecta pecora termille immolavit; lectos aureos & argenteos, phialas aureas & amictus purpureos, ingenti pyra extructâ, concremavit. magna denique auri vi liquefactâ dimidiatos ex ea lateres, longiores sex palmarum, breviores trium, crassitudine palmari, centum & septendecim conflavit, & Delphos transmisit. Post cladem falsi insimulatum, *nec Deum quidem fatis obsistere posse* reposuit.

Halycarn. l. 1.

Herodot. in Clio.

HISTO-

HISTORIÆ MONARCHIARUM ORIENTALIUM.

LIBER II.

De MONARCHIA PERSICA.

Caput I.

DE REBVS SVB FAMILIA CYRI GESTIS.

Anni sunt 16. ad annum 3428.

Articulus I.

DE CYRO.

Anni sunt 9. ad annum 3421.

Debellatis Babyloniis, subjectisque sibi inter Indiam & Nilum, Oceanum & mare Caspium terris, ordinavit provincias Cyrus, & postquam destinatum se divinitus ad Babylonios compescendos, a Judæis didicisse, captivitatem ipsorum solvit, in patriam redeundi & templum restaurandi potestatem fecit; vasa sacra reddidit; & sumtus ad ædificationem promisit. Post hæc expeditionem in Massagetas, & *Tomyrin* eorum Reginam suscepit, in qua primò victor, mox victus & occisus. [illegible] esse *circulum quendam rerum humanarum,* Herod. l. 1. Justin. l. 1. Strabo l. [illegible]

qui circumvolutus, non sinat eosdem semper esse felices. De morte ipsius variant Authores. Justinus refert, caput ejus amputatum in utrem sanguine plenum Reginam conjici jussisse, cum hac exprobratione: *satia te sanguine, quem sitisti, cujusq; inexplebilis semper fuisti.* Alii non interfectum, sed vulneratum tantum, & equo excussum scribunt. *Amorges* enim sacrorum Rex antehac devictus jam socius, labascentibus Persis in auxilium venisse, & hostes ita fudisse, ut, si qua Ctesiæ fides, Amoræus Rex Derbicum, cum duobus filiis & XXXM militum, caderet, dicitur. Xenophon etiam scribit, in summa pace eum obiisse, ac præclaram ejus ante extremum agonem dissertationem recenset. Scythæ illo transitu ita sunt perterriti, ut se deinceps intra suos fines continerent.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA *Joseph. l. 11. Antiq. c. 1. Esdra 4.* JVDÆA erigere caput, ut diximus, cœpit, & redierunt in patriam indultu Cyri, homines liberi, exceptis servis, XLIIMCCCLX. Jugè sacrificium, Duce Zorobabele & Josuâ, instaurari cœptum, & facile ultima manus imponi potuisset, nisi illud opus Samaritanorum invidia, & Cyri infelix expeditio intercepissent.

Athen. l. 12. LYDORUM & MEDORUM regna, quia cum Persica Monarchia coaluere, hîc cessant. Notetur interim scivisse, quod *Lydi* turmas adversus hostes exeuntes ad sonum tibiarum & fistularum instruxerint, poculum circumferre invenerint, meridianis horis turpiter Talassionem, &, ut mariti sine fœmina fierent, indicere consuetu-

dinem

dinem habuerint, augurum & divinationum superstitionibus mancipati fuerint, extructis pomariis & hortis in umbris delituerint, delicatius existimantes, si omninò solis radiis non ferirentur; & ipsorum mulieres, priusquam conjugia inirent, corpus in vulgus dederint, junctis si deliquissent veniæ spes nulla fuerit. Anni maritani præsertim uxores multas alii quærebant, intra septenarium numerum substitisse nefas: mulieribus quoq; decorum viros habuisse quam plurimos; paucitas deformat & infelicitatis creditur genus, præcipue si quaternarium non excessisset. Strabo l.11.

In CAPPADOCIA fit mentio *Pharnuchi*, quem Xenophon *Arabaeum* nominat Assyriorum socium fuisse, & in pugna quadam contra Cyrum ab Hircanis sex mille equitum & triginta mille sagittariorum ductorem, interfectum adjicit. Secuti sunt eum ad tempora Hystaspidis, *[illegible]*. Xenophon. Instit. Cyri lib. [illegible] Diodor. in fragment.

Apud ÆGYPTIOS fuit adhuc *Amasis*, & rebus suis [illegible] amicitiam Polycrati Samiorum Tyranno tam felici, ut vota faceret & solveret, nec annulum, quem in mare projecerat, ut perderet, amittere posset. [illegible] N. 4 Herod. l. 3

De SVECIA in sequentibus. [illegible]

3417 In ITALIA interfecit ROMÆ Tullium socerum consciâ uxore, Tullii filia, *Tarquinius Superbus*. Regno rapto, censum institutum abrogavit, justitiæ onera divitibus cum pauperibus exæquavit, ut verè commodis Reipublicæ studere videretur; cloacas in Tiberim usque deduxit, & circum magnum ludis celebrandis dicatum, por- Halycarn. lib. 4. Flor. lib. 1. c. 7.

ticibus circumdedit. Ibidem fuit Locris *Zaleucus*, qui multas leges tulit. Decrevit autem inter cætera, ne quis vinum meracum, ne valetudinis quidem causa, nisi fortè Medico præcipiente, biberet, quod si injussu fecisset, morte convalescens puniretur: ne patrimonia, nisi maximâ calamitate urgente, venderentur: ne luctus in funeribus mortuorum adhiberetur: ut tabernarum institoriarum usu cives abstinerent: ne fœmina ingenua liberæ conditionis plus una comitante pedissequa in publico compareret, nisi fortè ebria esset, neu noctu urbe exiret, nisi se ad mæchum conferret, nec auro se ornaret, aut veste preciosa indueretur, nisi scortum audire vellet: ut qui imposterum novam legem rogare, aut antè latam derogare vellet, inserto in laqueum collo, in concilium mille virorum ingressus, de lege verba faceret, &, si voluntatem probaret, dimitteretur, sin minus, vitam laqueo è vestigio finiret.

De SPARTA tacemus.

ATHENIS, mortuo Pisistrato, obtinuere Tyrannidem filii ipsius, *Hippias* & *Hipparchus*. Hic est ille Pisistratus, cujus patri Hippocrati in Olympia sacrificanti, cum fervere absque ignis adminiculo lebetes cœpissent, Chilon consuluit, aut persisteret cœlebs, aut si duxisset uxorem, dimitteret, & filios necaret. Herodot. l. 1.

Apud MACEDONAS fuit is, qui supra

SACRA.

JUDAICAM Ecclesiam *octavam periodum* (quæ ad Darii Nothi tempora duravit, & in qua eadem adversis & secundis variè jactabatur) ingi[...]

gressam esse, ex Persicis & Judaicis agnosci potuit. Daniel vidit celebrem illam, de Regibus Persicis, Alexandro M. & ejusdem successoribus visionem; In hæc etiam tempora incidunt apud Judæos *Tanai* seu Doctores, qui ad Commodi Imperatoris tempora viguere. Eorum duodecim numerantur generationes. In ETHNICISMO instituit Cyrus *Sacæa* in honorem Deæ Anaitidis, quam patrio more colebat. Ubicunque autem fanum ejus erat, ibi festum hoc per diem & noctem Scythico habitu, utroque sexu in vino per lasciviam concertante, celebrabatur. Servi dominis imperabant & unus ex iis arbitrio suo in quacunque tandem voluptate permissus, post flagris cæsus, in crucem agebatur. Nonnulli & *τῶν συμβώμων Θεῶν*, *Amani* & *Amandrati*, Persicorum geniorum, templa posita esse innuunt. Sed cum post Artaxerxem demum templa Persæ exstruere cœperint, tum in montibus immolarint, nec simulachra ulla habuerint, vix id credibile putatur. Verosimilius est, Persas sub *Anaitidis* nomine Jovem, Junonem, Dianam, Saturnum, Venerem, & Solem, (cui maris aqua loti faciebant, cum facerent, equos candidos mutabant, re divina peracta unum aliquem in fluvium dejiciebant) coluisse. Armenii sanè in templo ejus virgines, ut tyrocinium sub signo Veneris facerent, consecrabant. Maximus Deorum apud ipsos *Mithra*, cujus sacris initiandi milites, octoginta sacris probabantur, simulachrum ejus leonis vultu, habitu Persico cum tiara, ambabus manibus, cornua reluctantis bovis retentans conspiciebatur.

Daniel. 10. 11. 12.

Strabo. l. 11. & 15.

Herodot. l. 1. Dio Chrysost. Or. 4.

Bulenger. de Divinat.

N 5 *Arti-*

Articulus II.

DE

CAMBYSE.

Anni sunt 7. ad annum 3428.

TRajecturus Araxem Cyrus, regnum in manus *Cambysis*, majoris natu filii, resignavit. Hic mortui fortitudinem æmulari cupiens, *quadruplicem expeditionem* suscepit. *Prima* erat contra Amasin Ægyptium, quod petitæ in uxorem filiæ Nutetidem Apriæ filiam substituisset, in qua Psammenitum, ipsius successorem, prælio ad Pelusium victum, & Memphi inclusum captum humaniter (cum eum ad conspectum familiæ sui, omnibus bonis in senecta spoliati, flevisse, & ad filiæ & filii, servili habitu ductorum, tacuisse, & sic differentiam inter domesticam & extraneam calamitatem ostendisse, ad fletum habuit, præfectum regno relicturus, nisi Ægyptios ad defectionem sollicitasset. *Altera* in Aethiopas Macrobios detonuit, in quâ penuria commeatus ex præcipitantia (quam indignatio ob malè habita a Rege Aethiopum dolosa sua dona, & conjectos in carcerem exploratores, pepererat) neglecti, ad decimationem militum deventum est. *Tertia* in Carthaginenses, contra quos tanquam suos colonos, Phœnices classiarii ire noluerunt. *Quarta* contra Ammonios, in qua copiæ arenarum molibus obruebantur. Adversis efferatus, in Aegyptios crudeliter sævit, mox in suos debacchatus, fratrem *Smerdim*, (quem Xenophon *Tanyoxarem*, Ctesias *Tanyoxarxem*, alii *Artaxerxem* vocant) seu e somnio, seu e Magi cujusdam criminatione, affectati regni suspectum

Athenæus, Dipnosoph. l. 13.

habens

habens, ſeu ob arcum ab Aethiopum Rege miſſum, magis præ cæteris Perſis tentum, & ad duos digitos ductum invidia proſequens, interemit, ſororem, fratricidii injicientem mentionem, e medio ſuſtulit. Prexaſpen, vinolentiam exprobrantem, excuſsâ in filii ipſius cor ſagitta refutavit; Crœſum neci deſtinavit, & occultato quidem pepercit, ſed occultatoribus non item. A furibundo defecere, Smerdi ductu, Magi. Ipſe dum ad hoc facinus vindicandum properat, femore vulnerato moritur. Sub eo cœpit Perſicæ virtutis vigor vileſcere. Inde ornatus Regum XIIM. Talentorum eſſe cœpit, cœna CCCC. ad quam XVM. adhibebantur. Rex cœnans in aureo ſtrato cubabat, jus dicens ſub aurea platano, aureaque vite conſidebat. Hoc ſolo laudatur, quod *Siſamni*, injuſto judici, cutem detrahi curaſſet.

CONTEMPORANEA.

De JUDÆA & CAPPADOCIA nil eſt, quod ſcribi debeat. *ASIATICA*

342 In ÆGYPTO, mortuo mærore, quem ex quorundam Ducum defectione ante Cambyſis adventum contraxerat, Amaſi, ſucceſſit *Pſammenitus* F. ſub quo, ut in Perſicis diximus, regnum Ægyptiorum ad Perſas tranſlatum eſt. Sparſim ipſius faciemus mentionem. Hæc interim de illa ſingularia obſervari poſſunt: quod eorum Reges omnium per vitam agendorum tempus definitum habuerint, ſimpliciſſimo victu uſi fuerint, ſacerdotes primas honoris à rege obtinuerint, ſacrificia ex vectigalibus procuraverint, cauſidicis nullus locus in Judiciis fuerit; Opifices *AFRICANA* *Diodor. Sicul. l. 1*

Opifices Remp. capeſſere, aut plura opificia ſimul exercere non potuerint; Prætor dependens in aurea catena, è lapillis pretioſis ſimulachrum, cui *veritas* nōmen, in collo habuerit, non ultra XX. drachmas in liberos usque ad virilem ætatem impenderint, & ſingulares de furibus, commerciis, & aliis leges obſervaverint. Vide Diodor. l. 1. Mirabuntur hoc ignorantes in Amaſis regis thorace in Rhodiorum inſula oſtenſum in templo Minervæ CCCLXV, filis ſingula fila conſtitiſſe. Iidem Aegyptii quatuor eſſe [illegible] opinabantur, *Dymonem*, *Tychim*, *Herom* & *Anachſim*, quos putabant, ſimul atque in lucem editus eſt homo, illius pervigilem curam agere. Geleladin tredecim poſt ſubmerſum in rubro mari Pharaonem, ad hæc usque tempora [illegible] ex quibus *Daluka* F. Zabu, anno ætatis CLX. munimentis totam Aegyptum circumdediſſe, urbes foſſis munivit, cuſtodes ubique collocavit, & ut pulſu hoſtis adventus indicaretur, [illegible]. Poſt eum, ut forte alias, *Darkun* F. Baldus, *Judis Labos* Fr. *Marnia*, *Eſmarres* F. qui propter enormia ſcelera tandem luxatis membris mortuus eſt, *Bathulus* F. Menkiel, *Bulus* [illegible] *biel* Fr. *Bula* claudus qui CXX. annis regnavit, & Regem Hieroſolymorum cepit. Percuſſus eſt lepra, & ab urſo, fractâ cervice, interfectus. *Marnius* F. *Karliura* F. *Lachis* ſive *L*[illegible] Fr. qui palatium quoddam exſtruxiſſe dicitur, ex quo ſi quis aliquid abſtuliſſet, impotens ſui ſterilis reddebatur, & *Phuis* F. qui eo tempore vixit, quo Nabuchodonoſor Hieroſolymam oppugnavit.

Plin. H. N. l. 19. c. 1.
Alex. ab Alex. l. 6.
Macrob. l. 1. Satur. c. 19.
Geleladin in Hiſtor. Reg. Aegypti in Oedip. Kirchero.

In

In MARMARICA Lybia, Ægypto confini, vixit *Amyrtæus*, qui insulam Elbo ex cinere & terra à quodam Rege congestam, primus invenit, & a *Cambyse* [illegible] proditus in Susis [illegible] VIM. Ægyptiorum [illegible] est. *Herod. l.* [illegible]

DE CARTHAGINE vide etiam [illegible]

In ITALIA sævit ROMÆ *Tarquinius*. Hinc vincula, taureæ, fustes, laminæ, compedes, catenæ, exilia, metalla, carceres, illo ut authori adscribuntur. Idem Sabinos vicit; Pometinis qui Suessam incolunt, captis decimas argenti [illegible] templi [illegible], & Gabios proditione filii occupavit, ac summis papaverum capitibus (*sinistra [illegible] interpretatio nec minus [illegible] ex magna fama, quam mala*) decussis, in officio continuit. Eodem anno Umbri & Hetrusci ingenti excercitu Cumas aggressi ab incolis fluminis prope urbem ad fontem recursu animatis, levi manu profligati sunt. *EUROPÆA* *Dionys. Hal. l.* [illegible] *Idem l. 7.*

ATHENIS vixere concorditer *Pisistratidæ Hippias* vigesimarum contributione de rebus [illegible] crescentibus contentus erat. Hipparchus præclarâ eruditione, patris gratiam collegerat. Incidit [illegible] novum exilii genus, *Ostracismus*. Nimiæ potentiæ suspectorum nomina à singulis civibus testis inscripta, exhibebantur, majore tessellarum parte damnatus, urbe ad decennium excedere [illegible]batur. De cæteris nil obvenit. *Plutarch. in Aristide.*

SACRA.

Ecclesiæ JUDAICÆ parum profuit Cambyses. Ædificationem n. templi a [illegible] Samaritanis [illegible] sacerdotes ex posteritate A[illegible] [illegible] & ut genus impermixtum [illegible] conjugia contrahebant) persuasus [illegible] impedivit. CAPUT.

CAPUT II.

DE
REBUS SUB FAMILIA HYSTASPIDIS GESTIS.

Anni sunt 183. ad annum 3611.

Articulus I.

DE
DARIO HYSTASPIDE.

Anni sunt 36. ad annum 3464.

CAmbysi substituere Magi unum ex suis nomine *Smerdim*, sed cum eum Otanes per filiam, quæ inter pellices regias erat, auribus destitui, & ita suppositititium esse, cognovisset, impietas ejus subitò septimo mense, à totidem proceribus, Magis oppressis, sublatum est, & successit Cambysi *Darius Hystaspis* F. equi primum hinnitu [illegible] applausu. Hic turbis Intaphernis, qui paulò post nonnihil cum propinquis suis molitus erat, sedatis, pace usus, regnum in septem provincias divisit, iisdemque ex proceribus digniores præfecit, alios muneribus sibi conciliavit, & ut ærarium augeret, non munera, ut antecessores, sed tributa imperavit. *Quinq;* postea *bella* [illegible] eventu gessit. *Primum* contra rebelles, & crudeliter obstinatos Babylonios, (sanè obsidionis gratia matres, conjuges, ac liberos necare, religio ipsis non erat, & scribunt Historici mulieres suas, paucis exceptis omnes strangulavisse, ut viris militaribus uberior commeatus sufficeret) quos per Zopyrum, transfugæ personam induens...

Herod. l. 4. Justin. l. 1.

[illegible], *Alterum*, contra Herod. l. 4.
Scythas, illis in terris, in quibus hodie Valachia, Justin. l. 2.
Moldavia, Podolia, & bona Russiæ pars. In eo nihil planè profecit. Scythæ namque nullam pugnæ potestatem ipsi facere voluerunt, & fontibus obstructis, gramine exusto, ad extremam commeatus inopiam eum redegerunt. Cumque munerum loco Dario, murem, ranam & quinque sagittas misissent, ille in ludibrium ea esse missa, ex Gobryæ interpretatione animadvertens, pedem domum retulit. Sic infelici hac expeditione pœnas sævitiæ, in Œobazi filios exercitæ (unum filium domi, qui senectutis Scipio esset, relinqui rogarat, omnes quidem tres, qui cum Rege erant, reliquit, sed obtruncatos) exsolvit; quas Megabyzi
3410 de Pæonibus, & maritimæ Thraciæ oræ accolis victoria, nec non Istiæi Milesii in conservando, quo
3416 Istrum straverat, ponte fidelitas lenivit. *Tertium* Herod. l. 5.
erat contra Aristagoram Mileti Tyrannum, ab Istiæo socero (postquam urbem in Thracia loco commodissimo, ubi & materia ad ædificandas naves plurima, & multum remigum, pecuniæ, barbarorum juxta & Græcorum præstò erat, indultu Darii, quod a Scythis sollicitatus, pontem quo Ister stratus erat, non rescidisset, fundasset) clanculum incitatum, qui, Atheniensium auxiliorum fiduciâ, Jones ad defectionem sollicitavit. Inde Jonia intra biennium recepta, & ipse ab insulis cum exercitu interfectus est. *Quartum* contra Istiæum, qui ad sedandam Aristagoræ rebellionem missus, vires contra Darium convertit, & Hellespontum ac Chium vastavit. Sed Herod. l. 6.
[illegible] Mileto expugnato, Istiæus in prælio captus, in

crucem

crucem actus est. *Quintum* erat contra Athenienses, quod Jonum defectionem fovissent, & Sardes cremassent. In eo trecentæ Persarum naves ad Athon montem periere, & CXM e[illegible] ab Atheniensium X. millibus *(Hæc contemptim hostis cruentum prælium edidit, & inclyti [illegible] regesq; levi momento victi sunt)* in campo Marathonio, duce Miltiade, profligatus est. Quominus id restaurare posset, Ægyptiorum defectio, & filiorum de successione controversia effecit. Artabarzanes regnum more & jure gentium petebat, tanquam primogenitus. Xerxes, instinctu Demarathi Spartani, controversiam non de ordine, sed de nascendi felicitate faciebat. Nam illum Dario privato provenisse, sese Regi. Præferebatur tandem natu majori minor, seu ob dictas rationes, seu quòd Darius vel indole Xerxis, vel [illegible] Atossæ, quæ Cyri filia, moveretur. Putatur [illegible] condidisse.

Justin. l. 6. — Plin. l. 6. c. 28

CONTEMPORANEA.

ASIATICA In JUDÆA nil occurrit. CARES Milesiorum auxiliares, neglecto *Pexadoræ* viri C[illegible] sis de transmittendo Mæandro consilio, duplici prælio à Persis victi, tertio eosdem in insidias conjectos, cum Ducibus obtruncavere. Hujus fortè filius fuit *Mausolus*, de quo in sequentibus.

Herod. l. 5.

In CYPRO regnavit *Euelthon* Salaminius, qui Pheretimæ, Batti Cyrenaici viduæ, exercitum petenti, aureum fusum & colum misit, sed talia munera, non exercitum fœminis dari consuevisse respondit, ut in Cyrenaicis dicemus. Excepere eum *Siromus* & *Chersis*, de quorum successoribus sequenti capite.

Herod. l. 4.

In CAPPADOCIA fuit *Ariaramnes*, qui Darii jussu contra Scythas feliciter rem gessit, & fratrem Regis *Marsagetem* vinctum [illegible], in quem a fratre conjectus fuerat, liberatum abduxit. Ctesias.

In PONTO putatur fuisse primus Rex *Artabazes Achæmenides* a Dario Hystaspide illo regno donatus. Successores ejus ad *Darii Nothi* tempora ignorantur. [illegible]

ÆGYPTII defecere à Dario, quos ipse morte præventus ulcisci non potuit. [illegible]

DE MARMARICA nil occurrit.

Apud CARTHAGINENSES (hi quadringen[illegible]) videtur floruisse *Mago*, qui primus ordinatam disciplinam militarem apud Pœnos ordinavit, & ter vastas Africæ solitudines aquis carentes, sicca polenta absque potu victitans, peragravit. Succeßit *Maleus*, qui rebus in Sicilia & Sardinia infeliciter gestis, in urbem suam non admissus, eandem expugnavit, filium *Carthalonem* contemptus suspectum in crucem egit, & aliquot senatoribus interfectis, urbem legibus suis reddidit. Post patrem fuit *Amilcar*, sub quo Darius Pœnos à carnis humanæ sacrificiis & caninæ esu dehortatus est. [illegible] Justin. [illegible]

Apud CYRENÆOS (hi Battum [illegible]runt) imperavit *Battus Claudus*, qui opera Demonactis Mantinei populum in tres tribus distinxit, & Democratiam instituit. Hanc cum post ipsius mortem *Arcesilaus III.* cum Pheretima matre abrogasset, in exilium pulsus est. Frustra suspecto Evelthonis Cyprii auxilio, cum copiis quas in Samo conscripserat, reversus, regnum quidem re- [illegible] Herod. [illegible]

cuperavit, sed à Barcæis, quos postea mater, obsessos à Aryande Ægypti Prætore exercitu, gravissime ulta est, interfectus est. Sic desiit Battiadarum regnum. Hinc Cyrene sui juris, ad mortem Alexandri plurimum crevit: deinde a Thimbrone quodam bello petita & fracta, in Ptolemæi Lagidæ potestatem, qui laborantibus, Duce Ophello, auxilia mittebat, venit, mox Ptolemæo Physconi, & post ipsum Apioni, ex concubina filio, cum Libya arida, & Cambathmio cessit; sine P. R. legata, à Tyrannis exagitata, a L. Lucullo libertati restituta est: tandem ab Arabibus tempore Heraclii in Africam influentibus tota illa pars à Philenorum aris usque in Ægyptum populata, sub Turcarum jam dominio hæret.

EUROPÆA In SVECIA regnavit post Carolum II. *Gramus*, quem ad Christi nativitatem excepere *Tordus*, *Gotharius*, *Adolphus*, *Algothus*, *Ericus Limedormus*, & *Alaricus Gramus* seu *Grimerus* crudelis & avarus, a Curetibus, subditis inspectantibus, in furcam actus est. *Tordus*, ut paternam infamiam aboleret, populum omni studio (*prævagit tranquilla potestas, quod violentia nequit*) demereri studuit. Estones, Curetes & Suxones devicit. *Gotharius* leges quasdam condidit: & Frogeri Norvegiæ Regis mortem, occiso Frothone Dano, ultus est, Filium tamen ejus contra hostes defendit. *Adolphus* Danum, Danorum Regem patris mortem vindicare volentem, cum toto exercitu delevit, & regnum sibi tributarium fecit. De *Algotho* nil extat. *Ericus* Estones & Curetes in deditionem accepit, proceres suos Danis in se conspirantes, prudentiâ singulari a scelere revocavit, 140

Magnus l. 4. c. 3.

Idem c. 4. 5.

Idem cap. 6.

Idem c. 7. 8. 9.

Idem cap. 10.

Idem cap. 11.

exuit, & Danis tributarios fecit. *Lindormus* Ruthenus & Esthones, littora depraedantes, compescuit, sed Danos, qui Frotonem Celerem in Regem electo, jugum excusserant, in ordinem redigere non potuit. *Alricus* regnum rapuit, & cum occupatam Norvegiae partem Sleo tradidisset, ortum bello civili [illegible], in quo cum multis proceribus ab Erico Disertio, Norvegiae Regis fratre trucidatus est. Historia Svecorum sub Augusto recurret.

In ITALIA vero ROMAE, ob crudelitatem
3441 tem & libidinem Tarquiniorum (quorum ulti-
3442 mus Capitolium extruxit) Regibus, *Consules*, quorum primi L. Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus (hoc est nomen & genus regium, fascibus abrogatis, ex urbe dimisso), Valerius Popli-
* cola substituti sunt: Hinc a Porsena * & Sabinis *Eutr. l. 1. cap.*
3444 † *bellum*, quorum *illud*, ab Horatio Coclite & *Livius l. 2.*
† Scaevola; *hoc* a Consulibus confectum est. Accessit *Dionys. l. 5.*
3446 deinde contra Latinos & Fidenates expeditio, in qua *Dictatorem* (hi noctu a Consulibus in summa Reip. necessitate dicti, absolutam in omnia potestatem per semestre habebant, & *Magistrum* *Eutr. l. 1.*
3448 *Equitum* sibi eligebant) primum creari, ut *cap. 11.*
exortis in Urbe de aere alieno turbis, (quas Menenius Agrippa Apologo, Senatus Tribunorum creatione sedavit) minus damni Resp. pateretur. Bellum tandem cum Volscis, Duce Coriolano in *Dionys. l. 7.*
exilium a plebe, quod auctoritatem Senatus ab ea extortam recuperare vellet, ejecto, exarsit, quod Coriolanus postquam *[illegible]*
3461 *[illegible] Romanam [illegible]* ostendisset, matris & uxoris precibus fatigatus, deseruit.

Volsci & Æqui, inducijs ruptis, à Sicinio Sabino terrestris exuti sunt. Ibidem *Sybaris* à Crotoniatis, quos vi reddere exules cogere volebant, duce Milone stupendi roboris viro, solo æquata. Tyrannis *Cumis* ab Aristodemo, apud quem Tarquinius exul mortuus est, arrepta. *Milo* iste in Olympico certamine, recepto anhelitu, bovem per stadium portavit, eundem ictu pugni interfecit, & [illegible] integrum devoravit. Idem capite & pectore [illegible] vittis ligato, tamdiu spiritum continuit, quousque præ impetu intumescentes venæ ligamentum dissolverent. Nimia nervorum fiducia, dum arborem hiantem diducere conatur, interiit.

Diodor. l. 17. Herod. l. 3.

Gell. l. 15. Mercurial. l. 3. Gymnast. lic.

In SICILIA invasit *Gelon*, Dinomenis F. prætextu tutelæ filiorum Hippocratis Siciliæ Tyranni Tyrannidem, eandemque prudenter & moderate gessit.

Herod. l. 5.

Apud SPARTANOS *Cleomenes*, ex Agidarum familia Rex, Demarato tanquam illegitimo Rege in exilium pulso, insaniæ morbo correptus est; successit ipsi *Leonidas*. Hic verò est ille Demaratus, cujus mater mira quadam ratione ex deformi speciosa facta dicitur. Cum enim infans [illegible] ad Helenæ templum, in loco [illegible] situm, à nutrice sua invocandæ Deæ ergo portaretur, exeunti aliquando mulier apparuit, & quidnam in ulnis gestaret, interrogavit, cumque [illegible] post multam tergiversationem, puellam ostendisset, demulcens caput ejus, formosissimam omnium Spartanarum futuram dixit. Cum [illegible] pristina species decessit. Quid ibi præterea gestum sit, ex Persicis & Atticis depromatur.

Herod. l. 6.

ATHE-

ATHENIS Hipparchus turpi in quendam Harmodium affectu exardescens, & repulsam passus, cum odium conceptum in furorem
3436 effunderet, ab Harmodio & Aristogitone occisus est. Eius mortem dum vindicare studet Hippias, à Lacedæmoniis (quibus oraculum ab Alcmæonidis pecunia corruptum, ut liberarent
3440 Athenas persuaserat) oppugnatus, Attica excedere cogitur. Pulso Hippia, variis seditionibus agitati Athenienses, tandem ex quatuor tribubus
3441 decem effecerunt, & primas statuas in tyrannicidas publicè æreas posuerunt. Reliqua in Persicis occurrent, quibus [illegible] Lacedæmoniorum in reducendo Hippia conatus, & tamen in Miltiadem postquam rem in Paro insula infelicius gessisset, ingratitudo (multatus est L talentis, & cum hanc pecuniam numerare non posset, in carcere ad mortem usque detentus est, nec ante sepultus, quam pientissimus eius filius Cimon, vicarium se pro patris corpore dedisset) adjici debet. Inter eos, qui in campo Marathonio pugnarunt, maximè laudatur Cynægirus quidam, qui multis cladibus fatigatus nihilominus in mare insiliit, & navem hostibus onustam, prius dextra, post, hac amputata, sinistra manu, tum ambabus, illis abscisis, morsu tenuit. Tum etiam Cleomedes Astypalæensis, cum Iccum Epidaurium in pugilatu occidisset, & judices præmium victoriæ denegassent, præ dolore in insaniam incidit.

[illegible] Apud MACEDONAS excepit Persicos Legatos *Amyntas*: *Alexander* verò F. qui in id hoc
[illegible] tempus † successit [illegible] mulcta-

Pausan. in Laconic. | Thucyd. l. 2. Herodot. l. 5. Plin. l. 34 cap. 4. | Plutarch. in [illegible]

mulctavit, & Bubarem, qui ulcisci debebat, affinitate sibi junxit.

In BOSPHORO Cimmerio ponitur in hac tempora *Leucon:* qui voluntarie regnum suscepit, & quæstum exinde consectatus est.

Sub Dario floruere *Aeschylus*, Tragœdiarum scriptor, cujus ætate Tragœdi fæcibus facies illinebant, qui primus gravitate personarum & colorum distinctione usus est, primus choros absque saltationum doctoribus formavit, gestus choro præscripsit, ac totâ tragœdiæ dispensationem in se traxit ... aeriæ casu testudinis ictus interiit. *Pindarus* ... Poeta, propter verborum & sententiarum copiam torrentis instar affluentem inimitabilis, qui in gremio pueri adamati expiravit. *Democedes* Medicus, Aesculapii Cnidi sacerdos, qui Polycratem Sami tyrannum duorum auri talentorum mercede curavit: sed & Darium cum Atossa sanitati restituit. *Telesis* sive *Telestes*, Aeschyli saltator, qui hanc artem ita calluit, ut, cum saltaret, duces septem Thebas obsidentes res ab illis gestas saltationis gestibus evidenter subjiceret manibus erat tam argutis, ut quæ pronunciaret, omnia manifestissime declararent. *Cadmus* Abrenensis, qui cum aurum ex arena rubente in metallis argenti excoqui posse speraret, ... invenit. *Panyasis*, heroicorum versuum scriptor, qui Gratiis, Horis, Baccho primam tribuit potionem, secundam Veneri ac denuo Baccho: Injuriæ tertiam & Atæ. *Simonides* poëta, qui ab Hierone rogatus, quid aut qualis esset DEUS, deliberandi causâ sibi unum diem postulavit, cum ab eo postridiè rogaretur, biduum petiit; cum sæpius duplicaret, rogatus, *quanto diutius considera*

lero, tanto mihi res videtur illustrior, respon-
cit. *Corinna Thebana*, quæ Pindarum canticis
vicit. Olympiade LXXI. additum est certamen,
quod *Calpe* vocabatur, in quo iidem extremam
cursus metam, ex equabus desilientes sessores,
prehenso suo cujuslibet equæ freno, cum equa-
bus decurrebant.

SACRA.

In Ecclesia JUDAICA, successit in Pontifi-
catu patri *Josedeko*, frater Esdræ major natu.

In ETHNICISMO instituta sunt apud Per-
sas *Magophonia*, in memoriam vindicatæ Mago-
rum tyrannide regni. Triplices autem *Magi* apud
Persas erant. Alii Doctissimi, qui, exceptis fari-
na & olere, nil sumebant. Alii animantibus
domesticis parcebant. Tertii in usu carnium li-
centius progrediebantur. Albis vestibus omnes
amicti procedebant, qui cilicium è frondibus vilem
pro lecto habebant, ac farinariis ac hominum
immolatione utebantur. In sacrificiis omnem
particulam in ignem imponebant. Hominum
animas in corpora migrare, Deos genitos atque
creatos esse, opinabantur. Vide Jul. Cæsarem
Bulengerum de Divinatione. Chersonesitæ
Miltiadi honori *μονομαχίαν* dedere, atque in- *Meurs. Græcia*
ibi certamen equestre & gymnicum, ad quod *Feriata l.* [illegible]
Lampsacenorum nemo admittebatur. Romæ *Carnæ* *Macrob. l. 1.*
Deæ, Viscerum humanorum præsidi, cui fabaria *cap. 12.*
pulte & lardo litificabatur, Junius Brutus sa-
crum instituit. *Fortunæ* etiam *muliebri* templum
erectum est, & simulachrum ejus à solis recens
nuptis coronabatur. Ibidem fuit Sibylla *Cumæa*, *Gell. l. 1.*
quæ novem libros trecentorum Philippeorum *Noct. Att.*
pretio venales obtulit. *19.*

Articulus II.

DE

XERXE.

Anni sunt 21. ad annum 3485.

XErxis, Darii ex Atossa Cyri filia filii, res gestæ ad duo bella, *Aegyptiacum* nempe & *Græcum*, redigi possunt. *Illud* feliciter cecidit. Rebelles enim sub jugum redegit, & duriori servitute sub Achæmene fratre pressit. *Hoc* non necessarium, diffusum, prodigiorum (*accæcat fortuna animos, dum vim suam infringi non patitur*) & conviviorum præcursu nobile, magnis copiis susceptum, insolenter inchoatum (Hellespontum, quem ponte longitudine stadiorum septem junxit mandarat, quod classem non nihil retardasset, trecentas plagas inflixit, & compedes injici jussit; montem Athon perfodit, & freto navigabili pervium fecit) pessime cessit, & a Græcis fœdere junctis, ac à Demarato exule præmonitis, aliquot prœliis confectum est. *Primum* fuit ad Thermopylas, quo pridem aditus in Græciam Persis patuit, postquam Trachinius transitum occultam semitam indicasset, qua Persæ summa circumire, & hostem utrinque adoriri possent. In eo Leonidas Rex Lacedæmoniorum, sociis dimissis, CCC. ex suis retinuit, nec prius cum suis cecidit, quam XX. Persarum millia ad orcum demisisset. *Alterum* ad Artemisium, Eubœæ promontorium, quod lis de summo in eam imperio inter Græcos orta, facile turbasset, nisi Athenienses de jure suo in communi periculo sponte cessissent. In eo naves a Persis in conciunatio-

Herod. l. 7.
Justin. l. 2.

navigata insula a tergo Græcos clauderent, millæ, tempestate disjunctis immissa cum se intra portum recipere non possent, afflictæ, & ludo Themistoclis oppugnatæ sunt. *Tertium* post derelictas a Græcis & incensas a Persis Athenas, ad Salaminem insulam, dolo Themistoclis, spectante Xerxe, commissum est. In eo Themistocles, cui opportunè Aristides se tum ex exilio conjunxerat, Persas ad Isthmum Corinthiacum properantes, alio detinuit, ac alio quopiam stratagemate classem hostilem divisit. Periere CC barbarorum naves, multæ captæ sunt, cum Græci vix XL amiserint. Xerxes perculsus, & delusus a Themistocle irritatus, citatis equis ad Hellespontum contendit, & cum pons hyberna tempestate solutus esset, piscatoria cymba trajecit. *Quartum* post reje- *Plutarch. in Themistocle. Diodor. Sicul. l. 11.*

3[illegible]1 ctum a Mardonio Artabazi (qui per otium rem debere confici & spargenda esse inter Græcos dissidia, dicebat) consilium ad Platæas Bœotiæ, quo Mardonius, deserta Atticâ, se receperat, accidit, In eo Platæenses ut oraculo satisfacerent, terræ suæ dominium ultro Atheniensibus cessere. Mardonius cum magna exercitus parte interiit;

14[illegible] Artabazus cum XLM. vix evasit. Pausanias capiti hostium pepercit, & ex præda, quam ex directo Mardonii tentorio acceperant, Persicam cœnam exstrui curavit, eique Laconicam opposuit. *Quintum* eodem die sub monte Mycale contigit, Leotychide & Xantippo ducibus, in quo excitatis veloci victoriæ de Mardonio obtentæ fama (tanta fuit, ut cum matutino tempore prælium in Bæotia commissum esset, meridianis horis in Asiam per tot maria de victoria constaret) *Oros. l. 2. cap. 4.*

Justin. l. 3. Græcis, XLM. Persarum occubuere. Post hæc ce-dit se vagis libidinibus Xerxes, quas cum crude-litate cumularet, exosus & contemptus a patruo Artabano trucidatus est. Uxor ejus Amestris con-jugi Masistæ, Bactrianorum præsidis, mamillas præcidit, easque canibus objecit. Artacæus Dux ejus staturâ quinque ferè cubitorum erat.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA JVDÆAM omittimus.

Herodot. l. 5. 7. 8. In CYPRO fuit *Gorgo* seu *Gortius*, Persarum contra Græcos fœderatus, ab Onesilo fratre, quod se ad rebellionem perduci non pateretur, regno ejectus. *Onesilus*, regno occupato, cum Artybio Persa in campis Salaminis congressus, occubuit. Excepere ipsum ad Artaxerxis Mnemonis tempo-

Athen. l. 1. *cap.* 1. ra *Nicocrates*, Bibliothecæ studiosissimus & *Eva-goras*, Persis subjectus, qui ab Abdomeno Cyr-silo, exule Phœnicio, regno & vita spoliatus est.

Herodot. l. 8. *Plutarch. in Themistocle.* In CARIA regnavit *Mausolus*, cujus Uxor *Artemisia* Halycarnassæa quinq; naves Xerxi ad-duxit, Græcos mora debellandos censuit, & ad Salaminem egregie se gessit. Athenienses præ-cium, qui vivam cepisset, promisere.

In CAPPADOCIA imperavit *Anaphas*, cui Persæ tributa remisere. Secuti sunt ad Artaxer-xem Ochum, *Anaphas II. Datames & Aria-ramnes.* De illo nil occurrit. *Iste* cum Persis prælio contendere ausus, fortiter occubuit; *Illa* post patrem L. annos regnavit. Plura in Arta-xerxe Ocho.

AFRICANA De ÆGYPTO diximus in Persicis.

CARTHAGINENSES suscepere, invitatu Xerxis, Duce Amilcare, magnis copiis in Siciliam

expe-

expeditionem, ne Geloni Græcis opem ferre posset. Quo eventu, in Sicilia diximus. Hujus frater rebus male gestis, Carthaginem reversus, mortem sibi, quod mori in prælio non licuisset, conscivit. Filius autem Gisgo in exilium pulsus, Selinuntem concessit. *Justin. lib.* *Diodor. Sicul. l. 12.* *Diodor. Sicul. l. 11.*

In ITALIA varia à Romanis, Latinis, *EUROPÆA* *Iulianus l. 2.*
3465 Volscis, Sabinis, & Hernicis, bella gesta sunt. ROMÆ *Spurius Cassius* Consul, devictis & in amicitiam receptis Hernicis, *legem agrariam* seditionum materiem, de agris publicis civibus & sociis dividendis tulit, sed cum rem sibi ex sententia non procedere videret, & nimia largitione periculosas libertati opes strueret, affectati Imperii reus de saxo Tarpejo dejectus est. Tre-
34[illegible] centi vero Fabii, dum bellum Vejentinum suis sumptibus animosè persequuntur, in insidias conjecti, trucidantur universi, unico domi relicto.
3456 Tum & *Quæstores* primi creati, & XM CCC civium censa sunt. Lex vero illa nunquam postea sine maximis Reip. motibus propter Tribunorum importunitatem & Senatus resistentiam agitata est, nec potuit tum sedari, quum ex Fabii consilio Antium Colonia deduceretur.

In SICILIA *Gelon* tam feliciter rem contra Carthaginenses, (qui fœdo & impulsu Xerxis Ducem Amilcarem cum ducentis navibus & CCCM militum, ad eum oppugnandum miserant) gessit, ut vix nuncius cladis domum reverteretur. Primò enim a Therone Agrigentinorum Principe adjutus, qui Himeram a Pœnis obsessam defendebat, aliquot secunda prælia fecit.

fecit. Hinc interceptis Selinuntiorum [illegible]
Justin l. 19. eductus, quo tempore Pœnis subsidium [illegible]tere vellent, suos pro Selinuntiis in P[illegible] castra misit, classem incendi imperavit, ipse [illegible] alio latere Pœnos adortus, sic profligavit [illegible]
Diodor. Sicul. l. 11. cum Amilcare caderent, reliqua m[illegible] suba[illegible] Siciliam mancipiis impleret. Ejus [illegible] *Demaratha*, nummum cudit *Demarat*[illegible] *contalitron* a L. librarum pondere Sicu[illegible].
Diodor. Sicul. lib. 11. Mortuo *Hiero* frater successit qui c[illegible] Pindari, Simonidis, & Bacchylidis vitam [illegible]davit, & bellum contra Carthaginenses, [illegible] Thrasydæum Agrigentinum feliciter co[illegible] Catanam colonorum XM auxit, eamqu[illegible] vocavit, & Cumanis contra Hetruscos [illegible] est. Post eum Catanam, nescio quam ob ca[illegible] ejectum, fuit *Thrasybulus frater*, qui ob [illegible] nidem à Syracusanis armis petitus, Loc[illegible] latum abiit, ibique quæsitâ morte o[illegible] Syracusani libertatem resumserunt, ea[illegible] ad Dionysium usque, qui sub Dario N[illegible]
Thucyd. l. 3. servarunt. Ibidem *Aetna* mons [illegible] evomuit, & Catanensem agrum exussit.

In BRITANNIA, certo imperii vacu[illegible] quinq; regna erecta sunt, quibus a *D*[illegible] *m*[illegible]*so* Cornubiæ Duce extinctis, p[illegible]
VVestmonast. at. 5. cap. 2. dita, & jura descripta sunt. Hic est ill[illegible] qui primus aureâ coronâ usus est, po[illegible] suras rebus emendis & vendendis po[illegible] pla Deorum loco asyli constituit. F[illegible] inter cæteros *Brennus* F. qui, pr[illegible] Belino Fratri relicta, in Galli[illegible] postea Italicæ expeditionis, [illegible]

[illegible]

Heberus, qui Hispanis, novas sedes quærentibus, Hiberniam incolendam dedit, & primus Regum creatus est. *Ludus*, qui Londinum turribus & porta quæ adhuc Ludi vocatur, exornavit, & mortuus *Androgeum* & *Theomantium* filios, Cassibelauni curæ reliquit. Hæc Anglici temporis. Nos de illis ad Ptolemæi Auletæ tempora differemus.

Apud SPARTANOS *Pausanias*, deprehensus
[illegible] psus cum Persis spe nuptiarum Regiarum inita conjuratione, inedia in fano Palladis, in quod confugerat, consumptus est, cum sepeliendum Simonidem mandavisset. Spartani cum fede supplicem abstrahere nefas judicarent, omnes templi aditus matre ejus Alcithea primum ponente lapidem, muro obstruxerunt. Occasione terræ motus *Messenii* & *Helotæ* decennale bellum ipsis
[illegible] intulerunt. Ejecti ab Atheniensibus (Argivis
[illegible] tum & Thessalis Spartanorum odio ex subsidii missi contemptu excitato, fœderatis) Naupactum incolendum acceperunt. Ibidem terræ motu XXM hominum absorpta.

[illegible] THESSALI gessere cum Phocensibus bel- *Pausan. in*
[illegible] lum, primo victores*, post, conjectis in summam *Phoc.*
[illegible] desperationem hostibus, † victi,
[illegible] ATHENIENSIBUS domum ex Salamine & Trœzene reversis, res cum hac urbe, Persis & Thes-
[illegible] salis erat. *Urbs* validissime muniri cœpta est, & cum id Lacedæmonii turbare decrevissent, Themistocles Spartam legatus, diem de die proferendo spacium consummandi operis civibus quæsivit & obtinuit. Redux Pyræeum portum condidit; Cives ad rei nauticæ studium accendit, & in-

quili-

Thucyd. l. 3. qu[illegible]s ac artificibus immunitatem i[illegible]avit. *Persas* Duce Cimone adorti[illegible], postqua[illegible] a
Diodor. l. 11. Spartanis, qui homines suos in exteris bellis dete-riores fieri videbant, maris imperium accepissent.
Plutarch. in Cimone. Is urbes in Caria & Lycia recepit, ad E[illegible]tem fluviũ CC naves profligavit, terrestri [illegible] castra cepit, & captivorum XXM abduxit. Contra *Thasios* bellum ob defectionem * su[illegible]ceptum [illegible] Eos ita pressere, ut tandem † sub potestatem [illegible]gerint. Antequam id fieret, pulsus est Athenis Themistocles, quod particeps proditionis Pausa-nianæ, de qua in Spartanis, esse crederetur, & con-tulit se primò ad Admetum Molossorum Regem, post ad Persarum, a quo liberaliter est [illegible]. Interim Thesei ossa in Scyro inventa, Athe-nas Cimon reduxit, & honori ejus [illegible] [illegible] tragœdorum judicium constitutum est. Hic est ille *Cimon*, qui fructus ex hortis & [illegible] suis, prout libuisset, unicuique asportare conce[illegible]
Athen. l. 12. bat tenuis fortunæ cives communi cœna [illegible]bat iis, qui quotidie quicquam ab eo [illegible] favebat, mortuis sepeliendis pecuniam con[illegible]bat, &, si quem ex civibus malè vestitum aspexisset, servo, ut suam cum eo vestem commutaret, jube-
Pausanias l. 1. bat. Themistoclis uxor erat *A[illegible]*, quæ se-ptem vitæ suæ tempore [illegible] vidit, [illegible] avum, Leonem proavum, Xenoclem patrem, [illegible]phoclem fratrem, Themistoclem maritum, & Theophrastum filium.

In THRACIA præbuit ODRISIIS [illegible]
Plutarch. in Apophtheg. qui in expeditione Xerxis [illegible] Excepit eum *T[illegible]*, qui bello [illegible], [illegible]stris exutus est. Solebat dicere, *[illegible] & a militia vacaret, [illegible] sibi videri.*

In

In EPIRO fuit *Admetus* Rex Molossorum. Hic, victis Persis amicitiam Atheniensium, repugnante sibi Themistocle, frustra expetiit: exulem tamen eundem & supplicem in gratiam recepit, & in Asiam abeuntem, viatico instruxit. Succeffit ipsi *Arryba F.* qui bonarum artium studiosus primus leges & senatum, annuosque Magistratus & Reip. formam composuit. Plura vide sub Dario Notho. *Plutarch. in Themist.* *Justin. l. 7.*

Apud MACEDONAS imperavit adhuc *Alexander*, quem Xerxes totius inter Hæmum & Olympum montem regionis Imperio donavit. *Justin. l. 7.*

Apud BOSPHORANOS floruit *Parisades*, qui Panticapæum tenuit.

3486 Sub Xerxe vixit in Græcia *Protagoras*, qui primus appellatus *Sophista*, cesticillum, in quo onera portantur, invenit: primum omnium mercede profiteri cœpit, animam nihil præter sensus esse dixit, libri ejus, quod de Diis dubitaret, Atheniensium decreto exusti sunt. *Chærilus* Poeta, qui pro descripta Atheniensium de Xerxe victoria singulis versibus aureum staterem dono accepit, & ut cum scriptis Homericis simul legerentur, decretum est. *Archimelus* Poeta, qui, quod Epigramma in navem Syracusiam scripsisset, ab Hierone mille tritici modiis donatus est. *Adimantus* Corinthiorum Dux, qui, cum Themistocli exilium objiceret. *Num putas*, respondit Themistocles, *civem quempiam esse, qui CC habeat triremes?* Tum & urbs *Rhodus* in insula Rhodo exstructa est, in qua postea & Gymnasium Asianæ eloquentiæ & Mathematicis studiis clarissimum, & Colossus LXX cubitis altus Soli dicatus fuit. Lege illadem *Laert. l. 9.* *Athen. l. 5.* *Suidas.* *Athen. l. 9.*

cautum

cautum erat, ne quis raderetur, & tamen omnes radebantur.

SACRA.

Esthera liber. Ecclesia JUDAICA Hamanis insidiis in periculum conjecta, ab Esthera Xerxis, qui & Ahasverus, uxore servata est. Memoriæ ejus festum *Purim* datum. Apud ETHNICOS exstruxere Græci *Minervæ* templum, & ara *Jovis Eleutherii* erecta, nec tamen prius sacrificatum, quam ex ductis in regione ignibus, novos ab ara Delphica Euchides mutuaretur. Lacones festum *διαμαστιγώσεως* instituere, in quo *βωμονῖκαι* impuberes ad aram Dianæ Orthesiæ, inter se de fustigationis verberibus contendebant, & super aram ipso toto tam diu verberabantur, donec ex corpore humano sanguis, qui instar sacrificii esset, fluxit, quos occumbere contigisset, funere publico, & capite coronato efferebantur. Plura vide in Græciæ feriis Laconicis. Athenienses Sacra Dianæ *Munychia*, quod vincentibus ad Salaminem apparuisset, dicavere, inque iis placentas *ἀμφιφῶντας* ex caseo factas, in templo ipsius, affixis circumquaque facibus offerebant. Huc pertinent *Eleutheria*, in honorem Jovis Eleutherii instituta, in quibus Archon Platæensis, cui nec ferrum attrectare, nec vestem præter candidam gestare permissum, monumenta adibat, & immolato tauro nigro, Jovem Mercuriumque πὶν χθόνιον precatus, viros fortes, qui pro Græcia occubuissent, ad cœnam invitabat, & iis præbibebat.

Merrs. l. 2. Græc. ferial.

Meurs. l. 2 Græc. feriat.

Assuerus III.

sive

ARTAXERXE LONGIMANO.

Anni sunt 40. ad annum [illegible].

ARtaxerxes, Persis *Artaxschast*, id est luteus & lux & *Hebraeis Daraniesh* dictus, occiso impulsu Artabani patruo fratre Dario, ad regnum pervenit. idque, postquam illum sibi etiam insidiantem peremisset, egregie administravit. Primo
[illegible] regni sexennio Aegyptius Dux Inarus [illegible] Athenienses & Atheniensium auxilio [illegible] per sex [illegible] Achaemenidem [illegible] sed per Artabazum & Megabyzum sub pristinum jugum
[illegible] reduxit. *Deinde quarto anno* à Cimone Atheniensibus pressus, centum naves amisit, & ne Cyprum
[illegible] amitteret, *foedus* cum Atheniensibus fecit, & Graecas per Asiam colonias liberas esse jussit. Reliquum regni tempus in pace tranquille traduxit. Princeps modestiae & humanitatis, quidem se erga Themistoclem & reos exhibuit. Consuetudinem [illegible] Lacedaemoniorum [illegible] pulsum [illegible] profugum excepit, & prudentia hominis perspecta, tanti fecit, ut trium opulentissimarum urbium, Magnesiae, Lampsaci & Myuntis imperio donarit, & successores consuetudinem inde traxerunt, ut quando a Graeco homine aliquid peterent, ei per literas pollicerentur, majorem eum apud se Themistocle futurum. Reis quibusdam [illegible] pro capitis [illegible] amputabat, & ne aures [illegible] nonnullorum [illegible] pro delicto, ex galeris pendentes his [illegible]. *Longimanus* dictus est, quod brachia

 tam

[illegible] longa haberet, ut [illegible] ipsius, si Tarich Musulmannico credimus, [illegible] *Hemaj*, quæ virilibus curis [illegible] xum, [illegible] pyramides strux[illegible], quam Alexander M. gloriæ ipsius invidens d[illegible].

CONTEMPORANEA.

ASIATICA De JVDÆA nihil occurrit singulare.

Herod. l. 7. CARIBUS præfuit *Pisindelis*, & post eum *Lygdamis* tyrannus in exilium postea à [illegible]bus ejectus, quod in cives cædibus [illegible] & *Panyasim* Poeteos restauratorem occidisset.

AFRICANA. De ÆGYPTO in Persicis dictum est. [illegible] in crucem acto successit *Tannyra* [illegible].

De CARTHAGINENSIBUS nil habemus quod dicamus.

EUROPÆA In GERMANIAM, si Hunibaldo, Trithemio, & aliis credimus, Franci à Gothis [illegible] *Almi comiro*, hoc temporis tractu venere, & [illegible]siam occidentalem, Geldriam, & Hollandiam occupavere.

[illegible] In ITALIA varie Romæ à *Volf*[illegible], [illegible] *Sabinis*, *Tribunis*, *Decemviris*, *Consulibus*, [illegible] & [illegible] ne quid de pestilentia & [illegible] dicam, turbatum est. *Volscorum* castra [illegible] consul ad Antium expugnavit. *Æqui*[illegible] Tusculanam invadentes, universos trucidavit. [illegible] consul Antium expugnavit, captivos [illegible] hasta vendidit, & defectionis authores securi percussit. Cum vero Minutius in Volscos [illegible]tur, L. Quintius Cincinnatus Dictator ab aratro [illegible] [illegible].

[illegible] sub ju-
[illegible] gum misit. [illegible] vallan-
tes, Consulem exercitumque [illegible] profligarunt, &
recepta ab Æquis Corbione, eundem exercitum [illegible].
Tribuni, urgente bello, ut [illegible] Consulibus
decem Tribuni annui fierent; [illegible] magi-
stratibus suæ potestatis [illegible] fa-
cerent; Decemviri legibus scribendis crearentur,
impetrarunt. *Decemviri*, principio sine provo-
catione facti, inventis duodecim tabulis legibus,
potestate ad Tyrannidem, quam præcipue Ap-
pius Claudius in Sectione Decemvirum [illegible]
[illegible], sed [illegible], & Virginii filiam
Virginiam (hac ut potiretur, Clientem subornavit, qui puellam ex ancilla sua natam confirman-
do, amatore judice, in servitutem abriperet)
exercere volebat, abusi, consularem Magistra-
tum reducendi, ita ut subinde Tribuni militum
[illegible] potestate armarentur, occasionem de-
[illegible] dere. *Consules* reducti, ut Senatum populum-
que obligaret, quod plebs tributim censeret,
&, nequid Magistratus sine provocatione face-
[illegible] ret, decreverunt. *Plebi*, ut patriciorum & ple-
bis conjugia miscerentur, & Tribuni milita-
res ex utroque fierent promiscue, obtinuit.
[illegible] *Spurius Melius* regnum per largitiones affe-
ctans, à Cincinnato oppressus est. *Fidena-
tes* bellum movere, nec tamen urbs ipso-
rum exscindi potuit, quam Cuniculos agen-
tes. Ibidem *Sybaris* [illegible] quon-
dam sub nomine Thuriorum, (quorum legislator [illegible]
[illegible] Charondas) restaurabatur, [illegible]
[illegible] [illegible] involantibus.

tam longe haberet, ut [illegible] convenirent. [illegible] ipsius, si Tarich Malulmannico credimus, [illegible] *Homai*, quae virilibus curis [illegible] supergressa [illegible] xum, [illegible] pyramides struxisse dicitur, quas Alexander M. gloriae ipsius invidens diruit.

Contemporanea.

ASIATICA De JUDAEA nihil occurrit singulare.

Herod. l. 7. CARILLUS praesul *Pisindelis*, & post eum *Lygdamis* tyrannus, in exilium postea a proceribus ejectus, quod in cives caedibus grassaretur, & *Panyasim* Poeseos restauratorem occidisset.

AFRICANA. De AEGYPTO in Persicis dictum est. *Inaro* in crucem acto successit *Tannyra F.*

De CARTHAGINENSIBUS nil habemus, quod dicamus.

EUROPAEA In GERMANIAM, si Hunibaldo, Trithemio, & aliis credimus, Franci a Gothis pulsi, duce *Marcomiro*, hoc tempore tractu venere, & Frisiam occidentalem, Gelriam, & Hollandiam, occupavere.

In ITALIA [illegible] Romae a *Volscis*, *Aequis*,

[illegible] l. [illegible] c. 11. & [illegible] *Sabinis*, *Tribunis*, *Decemviris*, *Consulibus*, *Plebe*, & [illegible] nequid de pestilentia & Orosio

[illegible] dicam, turbatum est. *Volscorum* castra Fabius consul ad Antium expugnavit. *AEquos*, [illegible] 444

Tusculanum [illegible], universos trucidavit. Alter consul [illegible] expugnavit, captivos sub hasta vendidit, & defectionis authores securi percussit. Cum vero Minutius in Volscis obsideretur, L. Quintius Cincinnatus Dictator ab aratro 445

factus.

bellum, obsidionem solvit, & Æquos captos sub ju-
[illegible] gum misit. *Sabini* agrum Romanum vastan-
tes, Consules exercitu conscripto *profligavere*, &
recepta ab Æquis Corbione, eandem evertere.
Tribuni, urgente bello, ut, abrogatis Consulibus,
decem Tribuni annui fierent; singulis magi-
stratibus suæ potestatis violatores mulctare jus
esset; Decemviri legibus scribendis crearentur,
impetrarant. *Decemviri* principes sine provo-
catione facti, incisis duodecim tabulis legibus,
potestate ad Tyrannidem, quam præcipuè Ap-
pius Claudius in Sicinium Dentatum *[illegible]*
[illegible], sed forte [illegible], & Virginii filiam
Virginiam, (hac ut potiretur, Clientem subornave-
rat, qui puellam ex ancilla sua natam contenden-
do, Appio judice, in servitutem abriperet)
exercere volebat, abusi, consularem Magistra-
tum reducendi. Ita ut subinde Tribuni militum
eorum potestate armarentur, occasionem de-
[illegible] dere. *Consules* restituti, ut scitum populo *[illegible]*
quo colligeret, quod plebs tributim sciscerent,
& ne quid Magistratus sine provocatione face-
[illegible] rent, decrevere. *Plebs*, ut patriciarum & ple-
bis conjugia miscerentur, & Tribuni milita-
res ex utrisque fierent promiscuè, obtinuit.
[illegible] *Spurius Mælius* regnum per largitiones affe-
ctans, à Cincinnato oppressus est. *[illegible]*
[illegible] bellum movere, nec cum urbe [illegible]
[illegible] poterat, quam Cuniculis ageretur. Ibidem [illegible] frustra à [illegible] quo-
dam sub nomine Thuriorum, (quorum legisla- *[illegible]*
[illegible] tor Charondas) restaurabatur, Crotoniatis [illegible]
[illegible] [illegible].

 Ib

Diodor. ibid. In SICILIA multa egregia Syracusani gessere. Nam milites a Gelone in civium numerum relatos (qui indignati arceri se ab honoribus publicis, Acradinam † munitissimam urbis partem occupaverant ‡) classe * victos expulere †, & ut Rhegium aut Messanam abirent, concessere. Deinde *Tyndaridem* per Petalismum * ejectum, Hetruscos ‡ mare latrociniis infestantes, adempta Corsicâ, & vastatâ Æthaliâ, coercuere. Mox Ducetium, Siciliæ totius insidiatorem, primò victum, adscitis in societatem † Agrigentinis, vicere, & supplicem factum Corinthum ablegavere. Quin & Agrigentinos, illius dimissionem indignanter ferentes (dedit quippe paulo post iterum turbas) ad pacem * adegere, Trinacriam † evertere, Leontinos, qui Atheniensium auxilia per Rhetorem Gorgiam imploraverant, * obsidere, Messanam denique proditione † cœpere.

A SPARTANIS quid actum sit, in Atticis exponemus. Rex tum erat *Archidamus*.

ATHENIENSES *aliquot* sub hoc Monarcha *bella* gessere. *Primum* contra Æginetas hostes, quos classe vicere, & profligatis Peloponnesiorum auxiliis, ad deditionem compulere. *Alterum* pro Megarensibus, de finibus cum Corinthiis decertantibus; in quo illi duplici prælio victi sunt. *Tertium* in gratiam Phocensium, *Diodor. l. 11.* qui Dorienses [illegible] expulerant: quod post geminum [illegible] cum Spartanorum suppetiis congressum, [illegible]

Quar-

[illegible] contra Thebanos, Spartanorum [illegible] quod urbs illorum in sui præjudicium ab [illegible]. In eo à Tolmide * Phocenses [illegible], Cephalenia † subjugata, Acarnania à Pericle * Atheniensium juris facta; coloniæ in Chersonesum & Naxiorum [illegible] † deductæ; Tolmides post vastatam à Spartanis Atticam, ad Chæroneam, quam expugnaverat *, trucidatus; Eubœa à Pericle sub jugum missa, & tandem [illegible] annorum pax inter Spartanos & Athenienses conclusa. *Quartum* pro Milesiis in Samios erat, in quo Samii bis à Pericle expugnati, & ingenti pecunia mulctati fuere. *[illegible]* pro Corcyræis contra Corinthios, de Epidamno communi colonia, seditione laborante, inter se [illegible]; in quo Corinthii mari profligati; [illegible] etiam, postquam Potidæam ad defectionem pertraxissent, in fugam acti, & Potidæa obsessa. *[illegible]* contra Peloponnesios erat: hinc *Peloponnesiacum* dicitur. Prohibiti finibus ab Atheniensibus Megarenses, & [illegible] [illegible] bello factum inter Græcos [illegible]. Tres *ipsius periodi* occurrunt: quarum *prima* ad pacem per Niciam factam: *altera* ad [illegible] iterum à Spartanis in Athenienses bellum: *tertia* ad captas à Lysandro Athenas. Illa [illegible] duravit. *Primo anno* [illegible] frustra occupare conati sunt. Archidamus Atticam, Pericles Peloponnesum vastavere. Athenienses, pulsis ex sedibus suis Æginetis, colonias eò misere. *[illegible]* crudelis- Thucyd. l. [illegible]
[illegible] sima Athenas ex Ægypto pestis invasit. Athenienses, frustra tentata cum Spartanis pace,

Diodor. l. [illegible]
Thucyd. l. [illegible]

legatos ipsorum, in Persiam tendentes, captos trucidavere, & Potidæam, post biennii obsidionem, ad deditionem coëgere. *Tertio*, obsessi [illegible] & cincti muro à Spartanis Platææ, Pyræum [illegible] Salamine vastata, frustra ab iisdem infestatum. Athenienses post cladem ad Chalcidem, Duce Phormione iterato prælio, Corinthios in mari

Idem lib. 3. vicere, & Periclem pestilentia amisere. *Quarto* [illegible] Lesbus ab Atheniensibus defecit: classis eodem, ut & ad Acarnanes, missa est. Mitylene obsessa, & Platæenses [illegible] tempesta nocte [illegible]scendere. *Quinto* Mitylenæi subacti naves & muros amisere. Platæenses expugnati, ad unum omnes interfecti, & urbs funditus eversa est. Corcyræi seditiosi à Nicostrato Atheniensi reconciliati, cum Spartanis [illegible], & auctores seditionis pœnas luere. *Sexto* Athenienses ab [illegible] Aetolis [illegible] expulsi, Peloponnesios, Argos [illegible]

Thucyd. l. 4. ingenti clade affecere. *Septimo* Pylum ab Atheniensibus suasu Demosthenis captum & munitum: Spartani recuperare volentes, victi: pace iidem negata. Corinthii classe victi: Methana munita & Corcyrenses exules capti trucidati sunt. Reliqui anni sequentis [illegible].

Idem l. 5. Interim decretum ibidem, ne [illegible] ageretur, sed mox iterum revocatum est: lex [illegible] lata, ut è non cive matre natus, pro [illegible] censeretur.

In THRACIA præfuit Odrysiis Sitalces Φιλαθηναῖος, qui Spartanorum ad Artaxerxem

Diodor. l. 12. legatos interceptos, Athenas misit, Scylam Regem Scytharum à suis pulsum, quod Orgia Bacchi celebrasset, hospitio excepit, & [illegible] &

& Perdiccam, sed nullo eventu, ut in Macedonicis dicetur, movit.

In MACEDONIA successit Alexandro *Perdiccas*, & duo, quorum [illegible] egit Atheniensibus [illegible] suorum auxiliaribus infensus, Chalcidenses & Potidæos in partes Peloponnesiorum pertraxit, ac destructis urbibus, incolas Olynthum migrare coëgit, & Sitalcem Thracem, fratrem suum in Macedoniam reducere volentem, promissâ commeatus ad pacem adegit.

In BOSPHORO fuere successivè *Spartacus* † & *Seleucus* *.

[illegible] Sub illo Artaxerxe magni floruerunt viri. *Parmenides*, qui primus terram globosam & in medio sitam dixit, & Eleatis suis leges tulit. *Laert. l. 9.* *Democritus Abderita*, adeò solitarius, ut & sepulchra incoleret, rerum primordia, atomos & inane, mundos infinitos, ex incursu imaginum nos cernere, omnia necessitate quadam fieri, statuebat, & [illegible] juvandi mortales studio [illegible]. *Empedocles*, qui solem ignis ingentem massam, lunaque majorem, disci similitudinem habere dicebat, nihil quod vivit occidendum putabat, & Rhetoricam primus novisse ab Aristotele credebatur. *Acron*, qui sectam Empiricam primus instituit. *Hippocrates Magnus*, Servator Macedoniæ, Thessaliæ & Thraciæ dictus, quod venenosissimis [illegible] ex Pæonia & Illyride profectis pestilentem minantibus odorata ligna & corollas ubiq; accendi jussisset, & hac *ratione contagium a Thessalis, Doriensibus, & Phocensibus avertisset, jure civitatis & corona mille ponderum ab Athe- [illegible margin notes]

Athenienfibus donatus eft. *Melissus Samius*, qui univerfum infinitum, immutabile, & immobile dicebat. *Craterus*, qui δεκάτου [illegible] nomen.

Diodor. l. 12. *Methon* aquilitiis libertatem [illegible] & Aftronomiæ fcientia clarus, qui Enneadecaeterida edem promulgavit. *Phidias* ftatuarius, qui [illegible]

Strabo l. 8. æmulum in ebore fculpendo claruit; Diis famen, quàm hominibus, efficiendis melior.

Thucyd. l. 2. *Panæus* frater ejus, qui prælium in campo Marathonio ita depinxit, ut Duces nofcerentur. *Gorgias Leontinus*, qui primus centum minas feu mille ferè aureos à difcipulis exegit, primus in conventu, qua de re vellet quisque audire, pofcere aufus eft, & arte fua tantum pecuniæ corrafit, ut primus auream ftatuam in templo Apollinis Delphici poneret. *Prodicus*, non medicus, qui jatraliptricen inftituit, nec ille qui primus orationem quæ foluta erat, pedibus conftrinxit, fed Chius, qui librum ὧραι infcriptum edidit, in quo Herculem à voluptate & virtute illectum huic adhæfiffe fingit. *Herodotus* Halycarnaffeus, Hiftoriæ pater.

SACRA.

Apud JVDÆOS fuit *Jofua* fummus Pontifex. In ETHNICISMO Romæ mandatum eft non nifi Dii Romani colerentur, Achæi [illegible] fextæ olympiadis victori, divinos honores [illegible]

Paufan. Attic. [illegible] imprecationis ergo, decrevere. Athenienfes Delum infulam Apollini facram luftraverunt,

Diodor. l. 12. & Panegyricum Deliorum certamen, multo tempore intermiffum, reftauraverunt. Ejus in-

Athen. l. 14. colæ *placentas bafynias* dictas, (quæ ex farina [illegible]

[illegible]

[illegible] aqua [illegible], & cum melle cocta, [illegible]) Hecatæ in insula Irene sacrificabant. Eorundem Dea *[illegible]* erat, [illegible]orum in somnio [illegible], cui cum sacrificarent, Scaphas omnibus bonis præter pisces, refertas [illegible], utque navigia servaret, orabant. Apud eosdem occurrunt [illegible], cum in ephebos [illegible] referrentur, agitata, in quibus laurus [illegible] [illegible] ædium statuebatur, vino Herculi [illegible], coma detondebatur, & Apollini Delphis consecrabatur. &c. *Athen. l. 5.* *Meurs. l. 3. [illegible]*

Articulus IV.

DE XERXE II. SOGDIANO ET DARIO NOTHO.

Anni sunt 21, ad annum 3540.

Post Artaxerxem tres hi dispari regnavere fortuna. *Xerxes* e Damaspia, ebrietate immodica brevi interiit. *Sogdianus* [illegible] ac [illegible] crudelitati [illegible], & Ocho [illegible] [illegible] in cineres conjectus est. *[illegible]* [illegible] Babylonia, sumpto Darii nomine, [illegible] se præbuit. Ægyptum duce Amyrtæo, quem Nephorites excepit, rebellem [illegible]. Victis in Sicilia & alibi Atheniensibus, cum Spartanis fœdus pepigit, & [illegible] pollicitus est, cumque ista [illegible] Alcibiadis Tissaphernem & Pharnabazum Darii præfectos [illegible], [illegible], Cyrum juniorem *[illegible]*

341

filium misit, qui non tantum auxilia & pecunias tempestivè Lysandro Spartano subministravit, sed etiam à patre revocatus, universam classem ei reliquit.

Justin. l. 5. Diodor. l. 13

CONTEMPORANEA.

ASIATICA Apud JVDÆOS quid gestum sit, historia sacra aperiet.

PONTO præfuit *Rhodobates*, si Laertio in Platone credimus.

AFRICANA ÆGYPTIORVM res in Persicis tegimus.

CARTHAGINENSIVM acta in Siculis exponentur.

EVROPÆA In GERMANIA *Marcomirus* Gallorum injuriis lacessitus, Rhenum transgressus, ad Mosam imperium profudit, & mortuus *Antenorem*, *Priamum* & *Nicanorem* filios reliquit.

In ITALIA multa ROMANI *foris* & *domi* gessere. *Foris* Vejentes M. Aemilius Mamercinus Dictator post rem male à tribus Ducibus gestam, nihil obstante cohorte igneis facibus armata, cum Fidenatibus vicit, petentibus; XX annorum induciæ concessæ sunt. Cum *Aequis* & *Volscis* dubio interdum Marte, felici interdum certavere. Sempronius imperitè prælium instituit, ideò in jus vocatus est. Tempanius, ut æqua clade ex prælio discederetur, effecit. Fabius in turpem fugam eos conjecit. Sempronius * coloniam Volsis eloquen-

Livius. l. 4.

[illegible], prælio vicit, ipſe ob ſævitiam a militibus lapidibus obrutus eſt. Valerius Carventanam † arcem ab eis recepit, ſed prædâ militibus ſuis excluſit. Rutilius, Dictator in re trepidâ dictus, caſtellum Fucinum * expugnavit, & felicitate, quam gloriâ major Romam rediit. *Lavicanos* †, novos tum hoſtes, Tuſculanum agrum vaſtantes, Q. Servilius Priſcus Dictator, poſt rem male a filio geſtam, caſtris exuit, Lavicumque oppidum diripuit, & mille quingentos colonos eò miſit. *Volani* ab Aequis deleti, per levem obſidionem urbem & fines amiſere: Sed cum colonia propter Tribunorum pervicaciam eò deduci non poſſet, Aequi urbem recuperarunt, & colonos in eam deduxerunt. *Domi* de Tribunis militum e plebe creandis inter Tribunos plebis & Senatum * decertatum eſt, & tandem Comitia Tribunorum militarium, conſulari poteſtate creandorum †, obtenta, ſed Tribuni plebis à petitione excluſi ſunt. Rogatio, ut, quicquid agrorum ubique eſſet bello quæſitum, viritim plebi divideretur, fruſtra a Tribunis promulgata eſt. Conſules * quæſtionem de cæde Poſthumiana moderatè exercuerunt. Servitia † de incendenda urbe, & occupando Capitolio conjuravere, & pœnas dedere. Poſt peſtem * cum inopia frugum conflictatum eſt. Ibidem † Samnites in Urbem Vulturnum ab Hetruſcis admiſſi, incolis trucidatis, Capuam vocavere. Campani, Cumis captis, incolas in ſervitutem redegere, & colonos ex ſua gente eò deduxere. Diodor. Sicul. l. 12.

In

Plutarch. in Nicia. Thucyd. l. 6. Diodor. l. 1. In SICILIA *duo* à Selinuntiis & Ægestanis de finibus bella gesta sunt. *Primi* auxilio Atheniensium subnixi, initium duce Nicia & Lamacho felix, exitus adeò tristis, ut Siculi, Duce Hermocrate in exilium post misso, classem auxiliarem Peloponnesiis mitterent. *Altero* Carthaginenses ab Ægestanis acciti, cum per legatos, nihil æqui a Syracusanis obtinere possent, per Hannibalem, Amilcaris nepotem, Selinuntem post continuam novem dierum oppugnationem, & Himeram excidere. Agrigentum verò, mortuo interim Hannibale, nil obstante Syracusanorum in mari victoriâ, occupavere. Interim Hermocrates exul, Syracusas ab amicis receptus, & intra mœnia oppressus, Dionysio filio lampadem tradidit, qui Agrigentinos & Gelanos a Carthaginensibus pulsos recepit, & specie instantis a æmulis periculi, custodibus impetratis, tyrannidem invasit.

Thucyd. l. 4. SPARTANORUM & ATHENIENSIUM res gestæ hic commixtæ in *octavo primæ periodi anno* versantur. Hoc Athenienses, receptis a Mitylene & Antandro Lesbiis, Cytheram insulam occupavere, & Æginetas e Thyrea abductos Athenas transtulere: Lacedæmonii verò fusi per Thebanos Atheniensibus, Amphipoli in Thracia per Brasidam occupata; Athenienses, ut annuas inducias peterent, adegere. *Nono* itaque induciæ factæ sunt, sed cum Scionæi & Minda ad Brasidam deficerent, Athenienses inducias ruptas credentes, exercitum eo miserunt. *Decimo* Scionæis expugnatis & occisis, urbs Platæensibus assignata est. Brasida vero & Cleone ad Amphipolim

sublatis

[illegible] Nicia Atheniensi, pax in L annos, sed quæ sex duntaxat annos & decem menses duravit, [illegible]. *Altera periodus* [illegible] constat annis. *Prima* Corinthiorum cum Argivis, Man- *Thucyd. l. 5.* tineis & Eleis ex suspicione nata societas, & non redditæ contra fœdus a Spartanis Amphipolis & Panactum, ab Atheniensibus Pylus, occurrunt. In *altera* Lacedæmonii cum Bœotis, Athenienses cum Argivis, Mantineis & Eleis fœdera [illegible]. *Tertia* Argivorum in Epidaurios bellum obvenit. quam illis Atheniensibus, his, Spartanis suppetias *Thucyd. l. 6.* ferentibus, ad octavum usque hujus periodi annum [illegible] Argivorum fortuna, magis Atheniensium & Spartanorum damnis, gestum est. *Tertia Periodus* ad obitum Darii se extendit. In ea post munitam Deceleam, Eubœorum, Lesbiorum, Chiorum, & Erythræorum defectionem, *Thucyd. l. 8.* Abydi a Dercyllida Spartano [illegible] *[illegible], [illegible] in Oligarchiam mutatum [illegible] reportatam [illegible] Thrasyllo & Thrasybulo ad Abydum duplicem de Spartanis victoriam, occisum ad Cyzicum [illegible] * Mindarum, repulsum [illegible] ab *[illegible]* urbe Agidam, urbes in Thracia occupatas, amissum Pylum, revocatum, qui ob Hermas dejectos [illegible]*, Alcibiadem, victorem navali * Lysandrum & * Callicratidam, a Lysandro tandem stratagemate bellico Athenienses delusi, & totum exercitum captum est. Hinc Athenæ obsessæ, & [illegible] muros [illegible] exceptis duodecim tradere [illegible] coguntur.

In THRACIA præest Chrysis [illegible], *Diodor.* [illegible] ex fratre Spartaco nepos, quem excepit *[illegible]* *Amr.*

Amodocus. Hic fratris Mæsadæ, per [illegible] ditione pulsi, filium Seuthen educavit, e[illegible] ad ulciscendos rebelles exercitum concessit, quem ille tandem, Thynnis ad deditionem auxilio Xe-nophontis compulsis, & Thracibus, qui [illegible] colunt, tentatis, in patruum convertit, & Athe-nienses maritimas Thraciæ oras populantes, ma-gna clade affecit.

Justin. l.17. In EPIRO fuit post Arrybam *Alcetas*, de quo in insequentibus.

Thucyd. l.5. Apud MACEDONAS Perdiccas auxilium à Spartanis, duce Brasida, accepit, quem cum frau-dulenter Illyriis objiceret, indignationem ipsius [illegible] incurrit, & agris ab eo vastatis exacerbatus, Athe-niensibus accessit, à quibus tamen ante [illegible] hostis judicatus est. Successit ipsi *Archelaus*. Sub Dario floruere *Carcinus* Agrigentinus, poeta tragicus, qui tam obscure scribebat, ut proverbii illius, Carcini poemata, occasionem dederit. *Thucydides*, qui ob rem ad Amphipolim non be-ne feliciter gestam pulsus est, & bellum Pelopone-

Halycar. in Hermiot. & Thucyd. collat. siacum bona fide conscripsit. Demosthenes [illegible] stylum adeo probavit, ut eum octies descripserit. Cicero inter eos ponit, qui grandes verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, & ob eam

Laert. l.2. causam interdum subobscuri. *Xenophon*, qui in Cyri junioris amicitiam admissus, ita [illegible] [illegible], ut non minus quam Pro[illegible]

Ibidem fuerit. Thucydidem cum supprimere [illegible] [illegible] protraxit, & historiam le[illegible] [illegible]. *Socrates* vir sapientissimus, æqua-nimitatis & frugalitatis studiosissimus, qui pri-

[illegible] mus Ethices invexit & [illegible] cam.

[illegible] operam navaret, dedit. *Euripides*, qui [illegible] tanta fuit, ut vulgo μισογύνης dictus fuerit, & noctu a canibus in Macedonia apud Archelaum Regem laceratus est. *Aristophanes* [illegible] inventor, cujus [illegible] tanti fecit *Plato*, ut in ipso formam Reip. Atheniensis expressam [illegible]. *Sophocles* Tragœdiarum scriptor, qui tres & viginti victorias Atheniensibus peperit. *Diagoras*, qui tanta Atheniensium in[illegible] Deum esse negavit, ut talentum ei de[illegible]cerneretur, qui ipsum interficeret. *Polydamas*, qui tantarum virium erat, ut currum incitante auriga detineret, leonem inermis amplexus suffocaret, & taurum ingentem, apprehensis extremis pedibus, retro teneret. Nimia virium fiducia interitum ipsi attulit. *Acron*, qui accensis in [illegible] ignibus Atheniensibus pestilentia gravissime [illegible] salutarem opem tulit. *Agoracritus* Parius statuarius, qui quum de facienda Venere cum condiscipulo contenderet, & suffragio populi vinceretur, adeo commotus est, ut signum illud Nemesin appellaverit, & ea lege, ne Athenis esset, vendiderit. *Aristotus* poeta [illegible]. *Eupolis* priscæ comœdiæ scriptor [illegible] adeo luctuosi Atheniensibus fuit, ut [illegible] cautum fuerit, ne poetæ [illegible] [illegible] liceret.

Pausan. in Atticu.

Hesychius de Viris illu-stri.

Pausan. in Eliacis poster.

Plin. l. 36 cap. 5.

SACRA.

Apud JUDÆOS origines Ecclesiæ novæ [illegible], quæ ad Alexandri tempora decurrit, Principes [illegible]. Repertum est sub Dario rursus [illegible] opus templi, ut intra quadriennium, ultimo

[illegible]

ultima ei manus, duce Zorobabele, Jesua Pontifice, Haggæo & Zacharia Prophetis, ad quos verbum Dei de non inhibenda impostrum templi [illegible] *Hagg. c. 2.*
urbis, & Politiæ restauratione sua, [illegible]. Inde LXXII Danielis septimanæ computandæ videntur. Apud ETHNICOS Samii [illegible] nonia *Lysandria* vocare cœperunt & [illegible] tates aras ipsi tanquam Deo ob victoriam [illegible] theniensibus reportatam posuerunt, & [illegible] honorem sacrificia peregerunt. Syracusani post victum Niciam festum [illegible], quod ad [illegible] men Asinarum celebratur, instituere. Athenienses [illegible] festum omnibus Diis dicatum celebrabant inque iis & vota pro civitate & [illegible] Sacrifici [illegible] faciebant, nec [illegible] in fano Erechthei, cum parasitis, ex decreto Alcibiadis, quod Cynosarge in templo Herculis [illegible] xum erat, placentam ex melle, serpentis [illegible] ra, offerebant. His adde [illegible] quæ in honorem Mercurii, in palæstris per promiscuam libidinem celebrabantur, adulterorum [illegible] sium ingrediebatur, & Cyllenses [illegible] specie Deum colebant. Periclis opus [illegible] conditum est Athenis [illegible] a Callicrate & Ictino in Cecropia, centum undique pedes [illegible]. Minervæ ibi simulachrum erat, viginti sex cubitorum altitudine. In ejus scuto [illegible] lium cælavit, [illegible] parmæ [illegible] concava parte Deorum & gigantum dimicationem, in soleis Lapitharum & Centaurorum. In basi Pandoræ genesin. Ibi Dii erant viginti numero nascentes &c. Apud MACEDONAS Musarum honori [illegible] data sunt, & [illegible]

Meurs. l. 1. feriæ. Græc.

[illegible]

[illegible]

diebus celebrabantur. Tum etiam templum Junonis Argivæ, per cujus sacerdotes tempora computabant Argivi, Chrysidis sacerdotis incuriâ, dum ea somno correpta, corollæ à propinquo lychno accenduntur, exustum est. Romæ vovit *Matutæ* matri templum, cum contra Vejos tenderet, Camillus. Hujus autem ædem ancillis nefas fuit ingredi, una intrò ducebatur & alapis cædebatur. Ab hac Dea matronæ Romanæ non filiis sed nepotibus optabant, quod illa in filiis infelix fuisse diceretur.

Thucyd. l. 4.

Plutarch. in Camillo

Articulus V.

DE

ARTAXERXE MNEMONE.

Anni fuit 43. ad annum 3589.

ARtaxerxis, maximi natu Darii ex incesto cum Parysatide conjugio filii, qui ob XX linguarum cognitionem Memor dicebatur, in regno fortuna *prospera* primo, dein *mediocris*, *adversa*
[illegible] tandem fuit. *Prospera* contra fratrem Cyrum, qui sive a matre incitatus quæ Artaxerxis uxorem oderat; sive libidine dominandi ardens; sive indignatus, quod se rebellionis suspectum, aureis compedibus ligasset, bellum fratri movit, & magnum Asiaticorum & Græcorum exercitum contra eum ultra Euphratem duxit. Hunc enim in prælio prope Babylonem ferocius agentem (jam victoriam in manibus habebat, & audentius in exercitum invectus, fratrem vulnerarat) vicit & interfecit: invictis nihilominus duce Xenophonte Græcis, qui per immensa itineris spatia

Xenoph. de expedit. Cyri l. 1. 2. 3. Idem Hist. Græc. l. 4. Diodor. l. 14.

Diodor. l. 11. In SICILIA multa egregia Syracusani gessere. Nam milites a Gelone in civium numerum relatos (qui indignati arceri se ab honoribus publicis, Acradinam † munitissimam urbis partem occupaverant) classe * victos expulere †, & ut Rhegium aut Messanam abirent, concessere. Deinde Tyndaride per Petalismum * ejecto, Hetruscos † mare latrociniis infestantes, adrepta Corsica, & vastata Æthalia, coercuere. Mox Ducetium, Siciliæ [illegible] primò victi, allicitis in societatem † Agrigentinis vicere, & supplicem factum Corinthum relegavere. Quin & Agrigentinos, illius dimissionem indignanter ferentes, (dedit quippe postillo post iterum turbas) ad pacem * adegere; Trinacriam † evertere; Leontinos, qui Atheniensium auxilia per Rhetorem Gorgiam imploraverant, * obsedere, Messanam denique proditione † cœpere.

A SPARTANIS quid actum sit, in Atticis exponemus. Rex tum erat Archidamus.

ATHENIENSES aliquot sub hoc Monarcha bella gessere. Primum contra Euboeenses hostes, quos classe vicere, & profligatis Peloponnesiorum auxiliis, ad deditionem compulere. Alterum pro Megarensibus, de finibus cum Corinthiis decertantibus, in quo illi duplici prœlio

Diodor. l. 11. victi sunt. Tertium in gratiam Phocensium, qui Doricenses urbibus suis expulerant, quod post geminum illarumque dubium cum Spartanis [illegible] suppetiis congressum, [illegible]

Quæ-

Quartum contra Thebanos, Spartanorum delitium, quod urbs illorum in sui præjudicium ab illis muniretur. In eo Tolmide * Phocenses superati, Cephalenia † subjugata, Acarnania à Pericle * Atheniensium juris facta; coloniæ in Chersonesum & Naxiorum terram † deductæ, Tolmides post vastatam à Spartanis Atticam, ad Chæroneam, quam expugnaverat *, trucidatus; Eubœa à Pericle sub jugum missa, & tandem triginta annorum pax inter Spartanos & Athenienses conclusa. *Quintum* pro Milesiis in Samios erat, in quo Samii bis à Pericle expugnati, & ingenti pecunia mulctati sunt. *Sextum* pro Corcyræis contra Corinthios, de Epidamno communi colonia, seditione laborante, inter se contendentes; in quo Corinthii mari profligati; terra etiam, postquam Potidæam ad defectionem pertraxissent, in fugam acti, & Potidæa obsessa. *Septimum* contra Peloponnesios erat: hinc *Peloponnesiacum* dicitur. Prohibitis finibus ab Atheniensibus Megarensibus, & fœdum denum infringendo sibi bello factum inter Græcos bellum in causa. Tres *ipsius periodi* occurrunt: quarum *prima* ad pacem per Niciam factam: *altera* ad decretum iterum à Spartanis in Athenienses bellum: *tertia* ad captas a Lysandro Athenas. Illa *decennium* duravit. *Primo anno* Thebani Platæas frustra occupare conati sunt. Archidamus Atticam, Pericles Peloponnesum vastavere. Athenienses, pulsis ex sedibus suis Æginetis, colonias eò misere. *Altero* crudelissima Athenas ex Ægypto pestis invasit, Athenienses frustra tentata cum Spartanis pace, lega-

Diodor. l. 12.
Thucyd. l. 1.
Thucyd. l. 2.

legatos ipsorum, in Persiam tendentes, captos trucidavere, & Potidæam, post biennii obsidionem, ad deditionem coegere. *Tertio*, obsessa & cincta muro à Spartanis Platæa, Pyreum, Salamine vastata, frustra ab iisdem infestatum. Athenienses post cladem ad Chalcidem, Duce Phormione, iterato prælio, Corinthios in fugam
Idem lib. 3. vicere, & Periclem pestilentia amisere. *Quarto* Lesbus ab Atheniensibus defecit: classis eadem, ut & ad Acarnanes, missa est. Mitylene obsessa, & Platæenses murum tempesta nocte transcendere. *Quinto* Mitylenæi subacti naves & muros amisere: Platæenses expugnati, ac viri omnes interfecti, & urbs funditus eversa est. Corcyræi seditiosi à Nicostrato Atheniensi reconciliati, cum Spartanis pugnaturi, & auctores seditionis puniti sunt. *Sexto* Athenienses ab Ætolis repulsi, Peloponnesios, Argos obsidentes,
Thucyd. l. 4. ingenti clade afficere. *Septimo* Pylum ab Atheniensibus suasu Demosthenis captum & munitum, Spartani recuperare volentes, victi; pax iisdem negata. Corinthii classe victi; Methone munita, & Corcyrenses exules capti, trucidati sunt. Reliqui anni sequenti capiti debentur.
Athen. l. 13. Interim decretum ibidem, ne comœdiæ agerentur, sed mox iterum revocatum est: lex etiam lata, ut è non cive matre natus, pro notho censeretur.

IN THRACIA præfuit Odrysis Sitalces Φιλαθηναῖος, qui Spartanorum ad Artaxerxem
Diod. l. 12. legatos interceptos, Athenas misit; Scylen Regem Scytharum à suis pulsum, quod Orgia Bacchi celebrasset, hospitio excepit, & in Peuce

&

& Perdiccam, sed nullo eventu, ut in Macedonia dicetur, mortis.

In MACEDONIA successit Alexandro Perdiccas, de quo, quantum scimus, egit. Athenienses horum filiorum auxiliaribus infensus, Chalcidenses & Potidæos in partes Peloponnesiorum pertraxit, ac destructis urbibus, incolas Olynthum migrare coegit, & Sitalcem Thracum, fratrem suum in Macedoniam reducere volentem, penuria commeatus ad pacem adegit.

In BOSPHORO fuere successive [illegible] & [illegible] *.

Sub illo Artaxerxe magni floruerunt viri. Parmenides, qui primus terram globosam & in medio sitam dixit, & Eleatis suis leges tulit. Laert. l. 9.
Democritus Abderita, adeo solitarius, ut & sepulchra incoleret, rerum primordia, atomos & inane, mundos infinitos, ex incursu imaginum nos cernere, omnia necessitate quadam fieri, statuebat, & finem juvandi mortales studio pro [illegible] est. Empedocles, qui solem ignis congeriem nullam, lunaque majorem, [illegible] habere [illegible], nihil quod vivit & movetur, edendum putabat, & Rhetoricam primus novisse ab Aristotele credebatur. [illegible], qui sectam Empiricam primus instituit. Hippocrates Medicus, Servator Macedoniæ, Thessaliæ & Thraciæ dictus, quod venenosis illis miasmatis [illegible] ex Pæonia & Illyride profectis vastatas [illegible] odorata ligna & carbones ubique accendi jussisset, & hac* ratione contagium a [illegible], [illegible], & Phocensibus avertere [illegible], jure civitatis & coronis mille pondo [illegible]

Athenienſibus donatus eſt. *Meliſſus Samius*, qui univerſum infinitum, immutabile, & immobile dicebat. *Craterus*, qui [illegible] obtinuit

Diodor. l.12. nomen. *Methon* aquilitius [illegible] & Aſtronomiæ ſcientia clarus, qui Enneadecaëteri-dem promulgavit. *Phidias* ſtatuarius, qui [illegible]

Strabo l.8. æmulum in ebore ſculpendo claruit, Diis ta-men, quàm hominibus, efficiendis melior.

Thucyd. l.2. *Panæus* frater ejus, qui prælium in campo Mara-thonio ita depinxit, ut Duces noſcerentur. *Gorgias Leontinus*, qui primus centum minas ſeu mille ferè aureos à diſcipulis exegit, primus in conventu, qua de re vellet quiſque audire, poſcere auſus eſt, & arte ſua tantum pecuniæ corraſit, ut primus auream ſtatuam in templo Apollinis Delphici poneret. *Prodicus*, [illegible] medicus, qui iatralipticen inſtituit, nec ille qui primus orationem quæ ſoluta erat, pedibus con-ſtruxit, ſed Chius, qui librum ὧραι inſcriptum edidit, in quo Herculem à voluptate & virtute illectum huic adhæſiſſe fingit. *Herodotus Ha-lycarnaſſeus*, Hiſtoriæ pater.

SACRA.

Apud JVDÆOS fuit *Joſua* ſummus Pon-tifex. In ETHNICISMO Romæ mandatum, ut non niſi Dii Romani colerentur, Achæi Cilla in ſextæ olympiadis [illegible], divinis humanis [illegible]

Pauſan. in [illegible] [illegible] imprecationis ergo, decreverunt. Athenien-ſes Delum inſulam Apollini ſacram luſtraverunt,

Diodor. l.12 & Panegyricum Deliorum certamen, multo tempore intermiſſum, reſtauraverunt. Ejus in-

Athen. l.14. colæ *placentas baſynias* dictas, (quæ ex farina [illegible]

[illegible] aqua subacta, & cum melle cocta, he- [illegible]) Hecatæ in insulis [illegible] sacrificabant. [illegible] Dea *Brizo* erat, vaticiniorum in- somniis præses, cui cum sacrificarent, Scaphas omnibus bonis, præter pisces, refertas esse re- [illegible], utque navigia servaret, orabant. Apud eosdem occurrunt *Ἐφηβεῖα*, cum in ephebos filii referrentur, agitata, in quibus laurus coro- nata pro foribus ædium statuebatur, vino Her- culi libatio fiebat, coma detondebatur, & Apol- lini Delphico consecrabatur. &c. *Athen. l. 8.* *Meurs. l. 3. [illegible] Græc.*

Articulus IV.

DE

XERXE II. SOGDIANO ET DARIO NOTHO.

Anni sunt 21. ad annum 1546.

POst Artaxerxem tres hi dispari regnavere fortuna. *Xerxes* è Damaspia, ebrietate in- [illegible] brevi interiit. *Sogdianus* seu [illegible] ex Alogune, dum crudelitati studet, & Ocho insi- diatur, ab eodem in cineres conjectus est. *Ochus* [illegible] Babylonia, sumpto Darii no- mine regnum se præbuit. Ægyptum duce Amyrtæo, quem Nepherites excepit, rebellem amissam sensit. Victis in Sicilia & alibi Athenien- sibus, cum Spartanis fœdus pepigit; & auxi- [illegible] est, namque illa, fraude Alcibiadis Tissaphernem & Pharnabazum Darii præfectos [illegible], trahentium, Cyrum Juniorem *[illegible]*

filium misit, qui non tantum auxilia & pecunias sempelllivè Lysandro Spartano subministravit, sed etiam à patre revocatus, universam classem ei reliquit.

Justin. l. 5. Diodor. l. 13.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA Apud JVDÆOS quid gestum sit, Militia sacra aperiet.

PONTO præfuit *Rhodobates*, si Laertio in Platone credimus.

AFRICANA ÆGYPTIORVM res in Persicis legimus.

CARTHAGINENSIVM acta in Siculis exponentur.

EVROPÆA In GERMANIA *Marcomirus* Gallorum injuriis lacessitus, Rhenum transgressus, ad Mosam imperium protulit, & mortuum *Antenorem*, *Priamum* & *Nicanorem* filios reliquit.

In ITALIA multa ROMANI foris & domi gessere. Foris Vejentes M. Aemilius Mamercinus Dictator, post rem male a tribunis ducibus gestam, nihil obstante cohorte igneis facibus armata, cum Fidenatibus vicit, petentibus XX annorum induciæ concessæ sunt. Cum Aequis & Volscis dubio interdum Marte, felici interdum certavere. Sempronius imperitè prælium instituit, ideò in jus vocatus à Tempanius, ut æqua clade ex prælio discederetur, effecit. Fabius in turpem fugam eos conjecit. Sempronius * coloniam ... de-

Livius. l. 4.

dar-

dimicantes, prælio vicit, ipse ob sævitiam a militibus lapidibus obrutus est. Valerius Carventanam † arcem ab eis recepit, sed prædâ milites suos exclusit. Rutilus, Dictator in re trepidâ dictus, castellum Fucinum * expugnavit, & felicitate, quam gloriâ major Romam redit. *Lavicani* †, novos tum hostes, Tusculanum agrum vastantes, Q. Servilius Priscus Dictator, post rem malè a filio gestam, castris exuit, Lavicumque oppidum diripuit, & mille quingentos colonos eò misit. *Volani* ab Æquis deserti, per levem obsidionem urbem & fines amisere. Sed cum colonia propter Tribunorum pervicaciam eò deduci non posset, Æqui urbem recuperarunt, & colonos in eam deduxerunt. *Domi* de Tribunis militum e plebe creandis inter Tribunos plebis & Senatum * decertatum est, & tandem Comitia Tribunorum militarium, consulari potestate creandorum †, obtenta, sed Tribuni plebis à petitione exclusi sunt. Rogatio, ut quicquid agrorum ubique esset bello quæsitum, viritim plebi divideretur, frustra a Tribunis promulgata est. Consules * quæstionem de cæde Posthumiana moderatè exercuerunt. Servitia † de incendenda urbe, & occupando Capitolio conjuravere, & pœnas dedere. Post pestem * cum inopia frugum conflictatum est. Ibidem † Samnites in Urbem Vulturnum ab Hetruscis admissi incolas trucidarunt, Capuamque vocavere. Campani, Cumis captis, incolas in servitutem redegere, & colonos ex sua gente eò deducere. [illegible]

In

Plutarch. in Nicia. Thucyd. l. 6. Diodor l. 13. In SICILIA *duo* a Selinuntiis & Ægestanis de finibus bella gesta sunt. *Primo* auxilio Atheniensium subnixi, initium duce Nicia & Lamacho felix, exitus adeo tristis, ut Siculi, Duce Hermocrate in exilium post missio, classem auxiliarem Peloponnesiis mitterent. *Altero* Carthaginenses ab Ægestanis acciti, cum per legatos nihil æqui a Syracusanis obtinere possent, per Hannibalem, Amilcaris nepotem, Selinuntem post continuam novem dierum oppugnationem, & Himeram excidere. Agrigentum verò, mortuo interim Hannibale, nil obstante Syracusanorum in mari victoriâ, occupavere. Interim Hermocrates exul, Syracusas ab amicis receptus, & intra mœnia oppressus, Dionysio filio lampadem tradidit, qui Agrigentinos & Gelanos a Carthaginensibus pullos recepit, & specie instantis ab æmulis periculi, custodibus impetratis, tyrannidem invasit.

Thucyd. l. 4. SPARTANORUM & ATHENIENSIUM res gestæ hic commixtæ in *octavo primo* [illegible] *anno* versantur. Hoc Athenienses, rejectâ a Mitylene & Antandro Lesbiis, Cytheram insulam occupavere, & Æginetas e Thyrea abductos Athenas transtulere: Lacedæmonii verò fusi per Thebanos Atheniensibus, Amphipoli in Thracia per Brasidam occupata, Athenienses, ut annuas inducias peterent, adegere. *Nono* itaque induciæ factæ sunt, sed cum Scionæi & Mindæi ad Brasidam deficerent, Athenienses inducias ruptas credentes, exercitum eo miserunt. *Decimo* Scionæi expugnati & occisi, urbs Platæensibus assignata est. Brasida vero & Cleone ad Amphipolim

subla-

[illegible] auctore Nicia Atheniensi, pax in [illegible] annos, [illegible] annos & decem menses duravit, conclusa. *Altera periodus* octo constat annis. *Primo* Corinthiorum cum Argivis, Man- *Thucyd. l. 5.*
[illegible] & [illegible] suspicione nata societas, & non relicta contra foedus a Spartanis Amphipolis & [illegible], ab Atheniensibus Pylus, occurrunt.
[illegible] *Secundo* Laconum cum Boeotis, Atheniensium cum Argivis, Mantineis, & Eleis foedera incidunt.
Tertio Argivorum in Epidaurios bellum obvenit. [illegible] his, Spartanis suppetias *Thucyd. l. 6.*
[illegible], ad octavum usque hujus periodi annum [illegible] fere Argivorum fortuna, magnis Atheniensium & Spartanorum damnis, gestum est. *Tertia Periodus* ad ultimum Darii se extendit [illegible] Euboeorum Lesbiorum, Chiorum, & [illegible] defectionem, *Thucyd. l. 8.*
Abydum Dercyllida Spartano [illegible] *jacturam; [illegible] in Oligarchiam [illegible] Thrasyllo & Thrasybulo ad Abydum [illegible] Spartanis victoriam, occisum ad Cyzicum classe * Mindarum, repulsam aliquoties ab [illegible] Apidam, urbes in Thracia occupatas, amissam Pylum, revocatum, qui ob Hermas dejectas [illegible] *, Alcibiadem, victoriam maritimam † Lysandri & * Callicratidam, a Lysandro tandem [illegible] Atheniensis [illegible] [illegible] est. Hinc Athenae obsessae, & fame [illegible] muros ad [illegible] [illegible] duodecim tradere, &c. [illegible]

In THRACIA *praeest* Odrysiis [illegible], *Diodor. in* [illegible] ex fratre Spartaco nepos, quem excepit [illegible] *Xenoph.* [illegible]

Am[illegible]us. Hic fratris Mæsadæ, per seditionem ditione pulsi, filium Seuthen educavit, eidemque ad ulciscendos rebelles exercitum concessit, qui ille tandem, Thynnis ad deditionem auxilio Xenophontis compulsis, & Thracibus, qui Delta incolunt, tentatis, in patruum convertit, & Athenienses maritimas Thraciæ oras populantes, magna clade affecit.

Justin. l. 17. In ERIPO fuit post Arrybam *Alcetas*, de quo in insequentibus.

Thucyd. l. 5. Apud MACEDONAS Perdiccas auxilium à Spartanis, duce Brasida, accepit, quem cum fraudulenter Illyriis objiceret, indignationem ejus incurrit, & agris ab eo vastatis exacerbatus, Atheniensibus accessit, à quibus tamen ante mortem hostis judicatus est. Successit ipsi *A[illegible]* Sub Dario floruere *Carcinus* Agrigentinus poëta tragicus, qui tam obscure scribebat, ut proverbii illius, Carcini poëmata, occasionem dederit. *Thucydides* qui ob rem ad Amphipolim non satis feliciter gestam pulsus est, & bellum Peloponnesiacum bona fide conscripsit. Demosthenes ejus stylum adeo probavit, ut cum octies descripserit. Cicero inter eos ponit, qui grandes verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, & [illegible] ob [illegible] interdum subobscuri. *Xenophon* qui in Cyri junioris amicitiam admissus, [illegible] insinuavit, ut non minus quam Pro[illegible] fuerit. Thucydidem cum supprimere posset, primus protraxit, & historiam [illegible] quadam [illegible] implevit. *Socrates* vir sapientissimus [illegible] [illegible] & frugalitatis [illegible] qui primus Euclem invexit & saltationem Memphi[illegible] [illegible]

Halycar. in Herodot. & Thucyd. collat.

Laert. l. 2.

Idē ibidem

[illegible]

[illegible] operam navaret, dedit. *Euripides*, qui mulierum tantus [illegible] fuit, ut vulgo μισογύνης [illegible], & noctu à canibus in Macedonia apud Archelaum Regem laceratus est. *Aristophanes* [illegible] inventor, cujus [illegible] tanti fecit Plato, ut in ipsis formam Reip. Atheniensis expressam affirmaret. *Sophocles* Tragœdiarum scriptor, qui tres & viginti victorias Atheniensibus peperit. *Diagoras*, qui tanta Atheniensium indignatione Deum esse negavit, ut talentum ei decerneretur, qui ipsum interficeret. *Polydamas*, [illegible] qui tantarum virium erat, ut currum incitante auriga detineret, leonem inermis amplexus superaret, & taurum ingentem, apprehensis extremis pedibus, retro teneret. Nimia virium fiducia interitum ipsi attulit. *Acron*, qui accensis in [illegible] ignibus Atheniensibus pestilentiâ gravi[illegible] salutarem opem tulit. *Agoracritus* [illegible] statuarius, qui quum de [illegible] Venere cum [illegible] contenderet, & suffragio populi vinceretur, adeò commotus est, ut signum illud Nemesin appellaverit, & ea lege, ne Athenis esset, vendiderit. *Aristotus* poeta deformis, ore semper hiante. *Eupolis* priscæ comœdiæ scriptor, cujus mors adeo luctuosa Atheniensibus fuit, ut edicto cautum fuerit, ne poetæ in posterum militare [illegible].

Pausan. in Attic.

[illegible] de [illegible]

Pausan. in Eliacis poster.

Plin. l. 36. cap. 5.

SACRA.

Apud JUDÆOS [illegible] Ecclesiæ [illegible], quæ ad Alexandri tempora [illegible]. Principium ejus [illegible]. Repertum est sub Dario [illegible] opus templi, ut intra quadriennium ultima

Joseph. lib. 11. c. 5. Zachar. [illegible]

diebus celebrabantur. Tum etiam templum Junonis Argivæ, per cujus sacerdotes tempora computabant Argivi, Chrysidis sacerdotis incuriâ, dum eâ somno correpta, corollæ à propinquo lychno accenduntur, exustum est. Romæ vovit *Matutæ matri* templum, cum contra Vejos tenderet, Camillus. Hujus autem ædem ancillis nefas fuit ingredi, uni intrò ducebatur & alapis cædebatur. Ab hac Dea matronæ Romanæ non filiis, sed nepotibus optabant, quod illa in filiis infelix fuisse diceretur. *Thucyd. l. 4.* *Plutarch. in Camillo*

Articulus V.

DE

ARTAXERXE MNEMONE.

Anni fuit 43. ad annum 3589.

Artaxerxis maximi natu Darii ex incesto cum Parysatide conjugio filii, qui ob XX linguarum cognitionem Memor dicebatur, in regno fortuna *prospera* primo, dein *mediocris*, *adversa* tandem fuit. *Prospera* contra fratrem Cyrum, qui sive a matre incitatus, quæ Artaxerxis uxorem oderat, sive libidine dominandi ardens; sive indignatus, quod se rebellionis suspectum, aureis compedibus ligasset, bellum fratri movit, & magnum Asiaticorum & Græcorum exercitum contra eum ultra Euphratem duxit. Hunc enim in prælio prope Babylonem ferocius agentem (jam victoriam in manibus habebat, & audentius in exercitum invectus, fratrem vulnerarat) vicit & interfecit; invictis nihilominus duce Xenophonte Græcis, qui per immensa itineris spacia *Xenoph. de expedit. Cyri l. 1. & 3. Idem Hist. Græc. l. 4. Diodor. l. 14.*

ad Pontum penetrarunt, ubi cum aliquot mensibus Seuthi Thracum regulo militaſſent, tandem Tymbroni Lacedæmoniorum Duci in Lydia conjuncti ſunt. *Mediocris* contra Lacedæmonios & cæteros Græcos erat. Nam nihil obſtantibus Tymbronis in Aſia (qui Xenophonti junctus Pergamum, Theutraniam, aliaque oppida Tiſſapherni ſubitò ademit;) Dercyllidæ in Aeolia (qui ſimulata cum Tiſſapherne amicitia, Pharnabazum ſolum aggreſſus, uno octiduo, novem Aeoliæ oppida cepit, mox per inducias Cherſoneſo adverſus Thraces communito, exercitum in Aſiam traduxit) progreſſibus, quorum, è Cypro ab Artaxerxe evocatus & claſſi præfectus, Conon pretium imminuit, quod accepto ſtipendio, urbes expugnaſſet, Rhodios a Lacedæmoniorum ſocietate avulſiſſet, & donatum ex Ægypto frumentum intercepiſſet: nihil impediente Ageſilai de Tiſſapherne victoria, quem Aſiæ minoris favor & Spithridatis à Pharnabazo avulſio & de tranſitu in majorem cogitationes excepere, corruptis pecunia Perſica Sagittarium inſculptum habente Græcis, victis ab Athenienſibus cum Lyſandro Phocenſibus, fœdere inter illos, Corinthios, Argivos & cæteros contra Spartanos icto, Ageſilaum ex Aſia revocare, & poſt cruentam à Thebanis victoriam, ſociis civium eoſdem animatis, muris Athenienſium reſtauratis, pacem ab Artaxerxe petere Lacones coacti ſunt: quam multos poſt annos cura Antalcidæ ita obtinuere, ut Cyprus Artaxerxi cederet, Lemnum, Imbrum, Scirum Athenienſes obtinerent, cætera nominis Græci oppida

Diodor. Sicul. l. 14.

Juſtin. l. 6

ſui

sui juris essent. Reliquis annis conflictatus est cum *adversa fortuna* Artaxerxes. Nam expeditio in Ægyptum contra *Tachum* suscepta, Pharnabazi & Iphicratis circa oppugnationem Memphis a præsidio vacuæ (quam aditu operto, Iphicrates oppugnandam censebat) litigiis irrita facta, & bellum Cadusiis motum, commeatus penuriâ male cessit, & Asiatici maris accolæ, necnon Satrapæ defecere. Cum verò successorem Darium natu maximum declarasset, & ille pellicem etiam posceret, hancque pater denegaret, consilia iste de patre occidendo agitavit, quod facinus morte expiare coactus est. Fuit alias satis clemens & comis. Sane Arbacem Medum, in prælio ad Cyrum fratrem transfugam, eo occiso reducem, timiditatis damnatum, scortum tantum nudum, cervici impositum, in foro per integrum diem circumferre jussit; alteri verò qui non contentus transitione, duos insuper ex hostibus a se dejectos mentiebatur, linguam tribus acubus transfigi mandavit.

Plutarch. in Artax.

Plutarch in Artaxerxe.

CONTEMPORANEA.

In JUDÆA Nehemias ex stirpe Davidis oriundus, ab Artaxerxe missus ita urbi ædificandæ incubuit, ut muros & vicos civitatis intra annos duodecim, frementibus vicinis, absolverit.

ASIATICA

In CYPRO dum totius insulæ imperium, Tyriorum & Ægyptiorum auxiliis innixus, Evagoras ad se pertrahere conatur, in bellum cum

Diodor. l.15.

Persis, Amathusiis succurrentibus, incidit, in quo navali prælio victus, & Salaminem compulsus, Salaminis regnum cum anniversario tributo pactus est. Posuere ipsi Athenienses statuam eo in loco, in quo Jovis simulachrum extabat.

Plin. lib. 35. c. 10. *Athen. l. 6. c. 6.* In CARIA fuere successive *Menander*, quem Apelles tanto artificio depinxit, ut Rhodii imaginem eam omnium præcipuam haberent: *Glaus*, cujus tempore adulatricium, quoddam mulierum genus, quod *Scalulæ* appellatum est, cœpit: *Hecatomnus*, qui Evagoræ pecuniam *Strabo l. 14.* submisit, & in Dexippi Medici gratiam bellum [illegible]: *Strabo. l. 13.* *Mausolus*, qui à nullo facinore pecuniæ causa sibi temperavit, ex octo civitatibus Lelegum, sex in unam Halycarnassum conduxit, & Cares *Mausoleos* appellavit.

AFRICANA *Diodor. l. 15.* De ÆGYPTO quædam in Persicis diximus, quibus addatur, quod *Tachos* Nectanabi successor, à Spartanis adiutus, bellum Persis * intulerit, & ab Agesilao mercenariis se præfici indignante, & ad *Nectanabum* F. transeunte, victus *Plutarch. in Agesil.* sit. Plutarchus Tachum ab eo in regnum restitutum dicit. Successionem si attendas, fuit illo tempore Artaxerxis *Nepherites*, quem excepere * *Achoris*, *Psammites* †, *Nepherites* *. Dynastiæ Mendesiorum ultimus, qui duos duntaxat *Manetho: l. 3.* menses præfuit; *Nectanebus* tricesimæ Dynastiæ, quæ Sebennitarum, primus, *Teos* * & *Nectanebus II* †, ex indigenis qui Ægypto præfuerunt ultimus, & *Tachus*, de quo superius.

CARTHAGINENSIUM res in Siciliis videbimus.

In

In GERMANIA fuit *Antenor*, qui Cambram, Belini Britannorum Regis filiam, in uxorem accepit. Inde Sicambroruum nomen. Successit ei *Priamus*, qui per XXVI annos regnavit, & *Marburgum* * urbem, si Trithemio credendum (alii enim ad Magum quendam Regem Gallorum, alii ad Battonem Regem Cattorum originem referunt, ab ejusdemque filio Hessio inferiorem oppidi partem *montem Hessium* dici putant) condidit. Sortita est sub Imperatoribus magna privilegia, inter quæ, jus rogandarum & abrogandarum legum; signandæ monetæ; duelli imperandi, reos certis casibus e toto Romano imperio proscribendi, & ab Imperatore proscriptos sine pœna in urbem admittendi, numeratur. Quin & *Groninga* tum à Duce Grunio Franco condita existimatur, civitas hodie frequens & potens, quæ inter cætera privilegia ab Imperatoribus accepta hoc habet, ne cuiquam omnino vel Regi, vel Principi, vel ordini, liceat quenquam, qui civis aut incola civitatis sit, aut quoquomodo civitati subjectus, judicii causa evocare, aut ad ullum externum tribunal citare. Sacro lavacro ritu Ecclesiæ recepto non initiati, capaces hæreditatum non sunt; hæreditatum verò ad exteros, qui ultra Lavicam & Amasum amnes habitant, devolutarum pars quarta ærario urbis debetur.

EVROPÆ A *Trithem. in comp.* *Guicciard. Belg. n. e.* *Guicciard. Belgio. n. e.*

ROMÆ multa accidere. *Foris* cum Volscis, Vejis, Faliscis, Capenatibus, Tarquiniensibus, Vulsiniensibus, Gallis, Senonibus, Aequis, Hernicis, Prænestinis & Thusculanis res erat. Volscis Anxur, quæ post Terracina, & * Artena

Flor. l. 1. cap. 12. *Livius l. 5. 6.*

erepta. Iidem a Camillo ingenti prælio, (ubi Romano cum centenis pugnandum erat) victi, & Satrico † expugnato, deleti sunt. Cum *Veientibus, Faliscis, & Capenatibus* infeliciter primò sub aliquot Ducibus * certatum est. Tribuni... & Genutius † in insidias se præcipitarunt; Camillus eos castris exuit, & cuniculo in arcem Veientem acto, urbem expugnavit. Faliscos justitiâ, quam in proditore ludimagistro ostendit, provocatos, ad deditionem compulit. *Tarquinienses* omni præda exuti * sunt. *Volsinienses* fusis, & ad VIIIM captis, sub annuo stipendio, XX annorum induciæ datæ sunt. *Gallico* bello... Romanis legatis causa, qui missi, ut pacem inter eos & Clusinos, a quibus partem agri petebant, facerent, cum ad pugnam deventum esset, simul pugnarunt, & Gallorum Ducem occiderunt.

Flor. l. 1. c. 13 In eo Fabius Consul ad Alliam flumen cum exercitu cœsus est. Roma capta & incensa, Capitolium, sed frustra, rem strenue agente Manlio, Capitolino inde dicto, obsessum est. Mille pondo auri recessum suum vendiderunt, cum Camillus subitò a tergo eos aggressus, ita cæcidit, ut omnia incendiorum vestigia, Gallici sanguinis inundatione deleret: ejectos & per Italiam naufragia sua latius trahentes, sic persecutus est, ut hodie nulla Senonum vestigia supersint. *Aequorum* castra † Posthumius post dubium conflictum expugnavit. *Hetruscos* Camillus Sutrii vicit, & urbem incolis restituit.

Livius l. 6. *Prænestinis* cum Volscis Satricum obsidentibus Furius Camillus † in insidias devenit. Cincinnatus verò, portæ Collinæ imminentes, fudit *

Veli-

Velitras expugnavit, & Præneften deditione cepit. *Tusculani* † clam reliquos juvabant. Cum Camillus eò duceret, pacem simulavere & [illegible] *Domi* Senatus * militibus & equi- Livius l. 4. tibus stipendium decrevit, cum antea suis sumptibus [illegible] militassent. Tribuni plebis frustra de relinquenda Roma & occupandis Veiis egere, & ager † Vejentanus inter plebem divisus est. *Censorem* [illegible] M. Cornelius egit. Ibidem M. Manlius affectati * regni suspectus, de Saxo Tarpejo dejectus est. Consulatum occasione patriciæ plebejo nuptæ, post quinquennalem [illegible], plebs patriciis extorsit, Præturamque † unum, qui jus in urbe diceret, patriciis concessit: ad quos & Aedilitas * pervenisset, nisi Senatus id tanquam invidiosum subterfugere [illegible]. Ibidem ludiones ex Hetruria [illegible], qui ad tibicinis modum saltantes, quia Hister Tusco verbo ludio, nomen inde *Histriones* dedere. In eadem Italia Lucani † semel [illegible] victi, eorundem decem millia internecioni dedere.

In SICILIA gessit *triplex bellum* suspicax & [illegible] *Dionysius*. *Primum* erat contra Siculos * principatus obtinendi gratia, in quo à Syracusanis ad incitas † in insula redactus, à Campanis equitibus clanculum advocatis restitutus, principatum, Epipolis firmatis, * firmavit. *Alterum* erat contra Carthaginienses, quasdam in Sicilia urbes servitute prementes, in quo [illegible] urbibus & expugnata crudeliter Motya primò victor, mox ab Imilcone ex Africa Justin l. 20. cum novo exercitu reduce victus, & Syracusis

interclusus, tandem eo Carthaginenses pestilentia laborantes adegit, ut Imilco Dux liberum abitum redimere cogeretur. *Tertium* contra Græcos in Italia habitantes † detonuit, in quo

Diodor. l. 14. Crotoniatas ingenti prælio vicit, Rheginos sub hasta vendidit, & magna Græcia de suo arbitrio abusus est. Successit ipsi *Dionysius* F. & ex Platonis & Dionis formula philosophari cæpit, & quam diu hoc fecit, tam diu tutus fuit; relinquo terrore, restingui quoque cæpit ejus Tyrannis. Dionysius major ne filiabus quidem se concredere voluit, in foro ex alta turri concionabatur.

Apud THESSALOS occurrit historia *Jasonis Pheres* ac filiorum ejus *Polydori* & *Alexandri*.

Xenoph. l. 6. *Jason* * Heracleâ in Trachinia capta, magnam spem de se concitavit, post eandem subvertit, & à VII adolescentibus, cum lustrationem Pheræorum instituisset, interfectus est. De *Polydoro* nil singulare occurrit, nisi quod à fratre veneno potione necatus fuerit. *Alexander* tyrannus, cum Thessalis Thebanorũ auxiliis suffultis *bono* primo,

Diodor. l. 15. mox *pessimo* successu bellum gessit. *Bono*, quia Thebanos, Atheniensium auxiliis evocatis, in magnas angustias conjecit, ex quibus tamen virtute Epaminondæ evasere. *Pessimo*, quia tandem à Pelopida, quem antehac captum dimiserat, victus, & in Pheras suas compulsus est. In eo prælio Pelopides periit. Idem Alexander, Scothusæ cives ad concionem evocatos, & militibus circumdatos, ad unum omnes trucidavit;

Plutarch. in Pelopida. quin hastam, quâ Polyphronem avunculum interfecerat, consecravit, eique sertis redimitam, ut Deo, sacrificavit, & quod scopum feliciter tetigisset, Tychonem nominavit.

Apud

Apud SPARTANOS præter illa, quæ in Persicis & Atticis, nonnulla de *Lysandro*, *Cadmea Thebanorum, bellis Olynthio Phliasio, & Bœotico* obveniunt. *Ille* dignitatem regiam communem omnibus Spartanis Herculem imitantibus esse voluit, & Thebanis infensus, quòd Atheniensibus recuperatæ libertatis ansam præbuissent, Lacedæmonios contra eos commovit, & missâ Spartam pecuniâ, obtentoque per amicos, ut ibidem publicandi remaneret, privata sub pœna capitis interdiceretur, decreto, effecit, ut excitatâ in civium animis de divitiarum dignitate opinione earundem cupiditas eis instillaretur. *Ipsa* per fraudem à Spartanis, cum nemo esset in Græcia præter Thebanos, quem metuerent, Duce * Phœbida occupatâ à Pelopida processum DEO mirabiliter dirigente, recuperata est. Hic namq; re decisa ac cum Charonte & Philida Thebæ degentibus communicatâ, introductis clam Thebas rustico ornatu undecim adolescentibus unà cum sociis Tyrannos Baccho & Veneri litantes interfecit, & sic patriam servitute quam ei Spartani imposuerant, liberavit. *Olynthii* postquam Teleutiam Agesilai fratrem * trucidassent, ab Agesipoli † vastati, & à Cleombroto * omni commeatu prohibiti, fame coacti † deditionem ferre. *Phliasii*, quod exules suos Spartanorum fautores decreto eorundem receptos inhumanius tractarent, † ab Agesilao obsessi sunt, & dediti * exulum libidini exponuntur. *Bœoticum* petulantia Spartanorum (qui postquam Thebani suam arcem recuperassent, variis vastationibus Duce Agesilao eos afficiebant,

Plutarch. in Pelopida.

Plutarch. in Lysandro.

Plutarch. in Pelopida.

Xenoph l. 5.

& subinde filiarum Thebanarum pudicitiam expugnabant) excitatum, *duobus prœliis* confectum est. *Primum* ad Leuctra, postquam Athenienses à Thebanis ob Plataeas & Thespias captas exacerbati, eosdem deseruissent, commissum; Cleombrotus, Duce Epaminonda, victus est. Orchomenio adjecto, in Peloponnesum castra promota; Megalopolis, in qua Arcadiæ principatus summa, suasu Epaminondæ condita; Messenii ab eodem revocati, & Spartani in tantas angustias conjecti, ut auxilia ab Atheniensibus peterent. *Altero* ad * Mantineam congressi sunt, ab Arcadibus in factiones scissis, quæ ob pacem cum Eleis post bellum ob Lasionem, quam isti ab Arcadibus recuperare volebant, factam in partes abiverant, evocati. In hoc Agesilaus victus, & Epaminondas ab altera factione accersitus lethaliter vulneratus, paulò post expiravit. Græci autem bello fessi, pacem fecere, & ad spectacula conversi, regulis Macedoniæ emergendi occasionem præbuere. Ferunt Epaminondam in castra relatum, recollecto spiritu, num cadenti sibi scutum ademisset hostis, quæsivisse, idque ut servatum audivit, allatum velut gloriæ & laborum socium osculatum esse. Huc accedunt eorundem cum *Eleis*,

Justin. l. 6. Xenoph. l. 3. Xenoph. l. 7. *Arcadibus*, & *Messeniis bella*, quorum *illud*, quod à ludis Olympicis arcerentur *, susceptum, peiore Eleorum conditione † finitum est: *Illi* decem mille Arcadum, ne unico Spartano cæso, internecione, finis impositus. *Hoc* Messenii ex Cephaleniæ castello & Naupacto ejecti, partim in Siciliam, partim Cyrenem, ubi omnes trucidati sunt, abiere.

ATHE-

3596 ATHENIS instituit *XXX Tyrannos* Lysander. Sed cum hi, Theramene trucidato, & Thrasybulo ejecto, plures intra octo menses, quam Spartani intra decennium, Athenienses sustulissent; Thrasybulus, collectis exulibus, occu- *Xenoph. l. 3.*
3599 patis Phila & Pyræo, occiso Critia, favore Pausaniæ Tyrannis ejectis, Remp. restituit, & legem μὴ μνησικακεῖν tulit. Gesserunt post aliquot in gratiam sociorum *bella*, quorum maximum *Diodor. l. 14.*
[illegible] *contra Spartanos Corinthiacum*, à Persis muneribus, ut diximus, corrupti suscepere, & per decennium Thebanis, Argivis &c. sociis, gestum, *Xenoph. l. 4. 5.*
3610 illatis & acceptis, post restauratos urbis muros *
3611 in Rhodo, Hellesponto † & * Piræo cladibus *Meurs. de Archont. l. 3. cap. 10. 17.*
pace finivere. Acta cum Corcyræis & Phæreorum tyranno non sunt tanti momenti. Statutum
3596 etiam tum, ut judices, ductis literis, locum suum, quo sederent, sortirentur, & literis XXIV. uti cœpere Athenienses, cum XVI hactenus habuissent. Quia sub Euclidis magistratu nondum repertæ fuere longæ, ideò Grammatica post Euclidem appellata est, quæ has quoque traderet.
3591 Interim occisus est cura Pharnabazi *Alcibiades*,
3599 excellentis, sed inquieti ingenii vir, & *Socrates* læsæ in Deos pietatis & corruptæ juventutis accusatus, cicutam bibit, agnoscentibus, quantum virum amisissent. De Alcibiade Styrus dixit, eum in Jonia Jonibus luxuriosiorem fuisse, Thebis corporis exercitatione Thebanis magis strenuum, in Thessalia equis alendis & freno regendo Alevadis disciplina peritiorem, Spartæ patientia & animi tranquillitate Lacedæmonios vicisse, & meri potu Thraces superasse. *Athen. l. 12.*

In

Athen. l. 12. c. 14. Val. Max. l. 7. Aristot. in Oecon. In THRACIA imperavit Odrysiis *Cotys* primus, voluptatibus addictissimus. Hic Palladi nuptias convivio parato venditavit, uxorem zelotypus dissecuit; Athenienfibus primò amicus, pòst hostis, damni multum intulit, sed à Timotheo repressus, & mille ducentis talentis mulctatus est. Perinthios argento emunxit, Chersonesum rapuit, & tandem à Pythone & Heraclide Athenienfibus interfectus est.

In EPIRO *Alcidas* à populo pulsus, Dionysii Siculi auxilio proceres vicit, & subditorum bona Illyriis auxiliaribus diripienda concessit. Inde novo bello à Jasone Phereo infestatus, cum Timotheo Athenienfium Duce, Cephaleniam oppugnante, fœdus fecit.

In MACEDONIA plures hoc temporis tractu fuere Reges. *Orestes* * puer, *Æropus* * qui antecessorem interfecit: *Pausanias* *, cui vitam & regnum primo regni anno successor ademit. *Amyntas* denique, quem Alexander Ptolemæus & Perdiccas filii excepere. Amyntas ab *Xenoph. l. 5.* Illyriis substituto Argæo, pulsus, Olynthiis quædam loca donavit, quæ cum reduci reddere nollent, bellum * ipsis Spartanorum suppetiis subnixis intulit, quod quarto anno deditione Olynthiorum finitum est.

Diodor. l. 14. In BOSPHORO CIMMERIO fuere *Spartacus II, Satyrus I, Leucon II, Spartacus III.* & *Gorgippus.* De prioribus duobus nihil habeo quod dicam. *Leucon II.* Athenienses per suos fines negotiantes immunitate donavit, & Theodosiæ emporium novûm aperuit. *Spartacus III.* cognomine *Satyrus*, postquam Hecatonem Sindorum

[illegible] regem in regnum restituisset, & filiam ipsi [illegible] dedisset, ut *Tirgataonem* Mœotim necaret, bello ab ipsa, e custodia ad Ixiomatas patrios elapsa, petitus est, quod, filio Metrodoro obside dato, sopivit. *Gorgippus* pacem à Tirgataone, exacerbata, quod Spartacus sibi insidias struxisset, prece ac precio impetravit.

In PONTO fuit *Mithridates I.* qui cum Cyro Juniore conspiravit; Artaxerxi reconciliatus, Græcos opprimere frustra studuit, à Clearcho exule, cum quo de proditione patriæ pepigerat, Heracleam revocato delusus est. Posuit Platoni in Academia statuam. Successorem habuit *Ariobarzanem*, ejusdem in Regem perfidiæ, oppugnatusque Agesilai & Timothei Atheniensis auxilia fidelia expertus est. *Xenoph. in exped. Cyri.* *Diodor. l. 14*

Sub Artaxerxe floruere *Plato*, qui animam immortalem esse & à corporibus ad corpora perpetuis vicibus migrare, ejusque initium numeris constare dixit, & à Dionysio Tyranno, qui * primus Platanum in Italiam transtulit, locum pro Rep. sua instituenda petiit. *Archytas Tarentinus*, qui præfectus exercitus nunquam superatus est, primum motum Organicum descriptioni Geometricæ admovit, cubum invenit, & ligneam columbam volatilem fecit. *Eudoxus* qui octaëteridem Harpali emendavit, & novam instituit. *Zeuxis pictor*, qui maturas uvas coloribus ita expressit, ut aves advolarent. *Astydamas Milesius*, [illegible] Olympia victor, qui quarto Pancratio ad cœnam ab Ariobarzane Pontico invitatus, quæ aliis [illegible] apposita erant, fercula [illegible] solus devoravit. *Astydamas Atheniensis*, qui *Laert. l. 3.* *Laert. l. 8* *Athen. [illegible]*

* [illegible] 3707 3710 [illegible]

qui primus ex auditoribus Socratis ad Poëticam se contulit. *Aristippus*, qui, quod Dionysio ac divitibus ventris gratiâ adularetur, a Diogene *canis regius* appellatus est, præsentibus voluptatibus libenter fruebatur, absentes facilè contemnebat. *Antisthenes*, qui, postquam Socratem audivisset, venditis, quæ habebat & publicè distributis, nihil sibi præter palliolum reservavit. *Antimachus* Colophonius, qui, cum poëma quoddam obscurum recitaret, atque omnes præter Platonem discessissent, *Plato mihi*, inquit, *pro omnibus*. *Axiothea* nobilis mulier, quæ una cum Lasthenia Platone præceptore usa, ornatuque virili auditorium ejus ingressa est. *Philoxenus* poëta Lyricus, qui, cum a Dionysio, quod tragœdiam ejus vituperaret, in Latomias conjectus, inde Tarentum aufugisset, & ab eodem revocaretur, hoc tantum monosyllabum, *Non*, sæpius repetitum, respondit. *Æschylus*, qui pallarum & abollarum gravitatem invenit, fabulas suas Homeri cœnarum esse frusta jactavit, & primus in tragœdiam ebriorum personas invexit. *Lysias* Philosophus Epicureus, qui Tarsi *Stephanophorus* creatus, divitum pecunias pauperibus largiebatur, & qui dare negassent, interficiebat. *Aglais*, quæ carnis libras duodecem, panis modios quatuor manducabat, & vini congium ebibebat. *Metanira* scortum, quæ, cum inter velata jecuscula pulmonum offendisset, detracto adipe, *Persi peplorum [illegible] se plicæ me perdiderunt*, exclamavit. *Anniceris* Cyrenæus, nobilis equorum agitator, qui artem Platoni ostentaturus, ante Academiam currus junxit, sæpeque eundem currum iisdem vestigiis nihil delirando appetiit. Socra-

Suidas.

Athen. l. 1. & 10.

Athen. l. 6.

Id. l. 10.

Id. l. 3.

Rhodig. l. 17. c. 31.

SACRA.

Ecclesiæ JUDAICÆ præfuit *Jojakimus* quem excepit *Eliasib*, Nicephoro *Eliasum* & hunc *Jojada*. *Esdras* verò Hierosolymam redux, officia ecclesiastica distribuit, sacrificia instituit, vetera solemnia celebravit, & populum à conjugiis alienigenarum repurgavit. Idem cum viris Synagogæ magnæ Mosaicos, Propheticos, aliosque libros singulari Spiritus S. instinctu conscriptos, definivit, eos in legem, Prophetas, & Hagiographa divisit; textum in versus, adhibitis distinctionum notis, quæ *Sophpasuk* vocantur, distinxit; diversitatem lectionis, & scriptionis notavit plenis & defectivis sectionibus, clausis & apertis, literis minusculis & majusculis, accentibus & punctis, vocalibus notatis, literis, vocibus & versibus in singulis libris numeratis, laborem illum, qui *Masora* dicitur, nobis reliquit. Idem denique congregatâ omni in templo Dei Ecclesia, *Cuthæos* omnibus anathematum generibus in arcano nomine tetragrammati, & in scriptura scripta super tabulas, & anathemate judicii domus superioris & inferioris devovit, ne comederet ullus Israel panem Cuthæi, ne idem proselytus in Israel fieret, neve illis pars esset in resurrectione mortuorum. Apud ETHNICOS Artaxerxes, cum *Junoni* pro uxoris salute vota faceret, solam illam genibus flexis adoravit: tantumque donorum jussu ejus amici & satrapæ ei Deæ miserunt, ut sedecim stadia, quæ inter fanum & regiam erant, auro, argento, purpurâ & equis replerentur. Hujus tria *xenisterna* facta sunt, in quorum primis peregrini in hospitia deducti, cum [illegible] comiter habiti, & omnibus copiis [illegible]

Buxtorf. in Tiberiade.

Drus. l.3. de Trib. sect. c. 11. ex lib. Tanchuma.

Plutarch. in Artaxerxe l. 5.

Meurs. l. 1. Graec. feriata. vincula sunt adempta. Athenienses sacra *Bendidia* in honorem Dianæ à Thracibus, quibus illa Bendidis, instituta recepere, & in Piræo, mense Thargelione, celebravere.

Articulus VI.

DE

ARTAXERXE OCHO.

Anni sunt 22. ad annum 3611.

IN Artaxerxe Ocho, Regum Persarum crudelissimo, de *triplici* ejus *bello* dicendum est. *Primum* in Phœnicios defectores, quod legati Regii in mandatis exigendis superbè se gessissent; in quo Sidon proditione Mentoris, mercenariorum Ducis, rebellionis authoris (hic postea maritima in Asia præfectura donatus, Hermia Atarnensium tyranno victo, urbes Regi restituit) occupata, & à civibus ipsis in desperatione excisa est. Diodor. l. 16. *Alterum* in Cyprios exemplo Phœnicum peccantes, in quo insulam Evagoras & Phocion subegere. *Tertium* contra Nectanebum Ægyptium, de copiis Ochi sub ducibus Græcis triumphantem; qui auxiliantibus pòst Græcis, qui se à Nectanebo exauthoratos ægre ferebant, in Æthiopiam pulsus, & urbes receptæ, mœnia diruta, commeatus Ægyptiorum ablata, & magna post redemptio facta. Aelian. Var. Histor. l. 6. n. 8. Usus est insigni opera *Bagoæ Eunuchi*, à quo interfectus, cadaver felibus projectum, ossa in gladiorum manubria conversa sunt.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA De JUDÆA nil habeo, quod dicam.

In CYPRO voluit post illa, de quibus in Persicis, Salaminis regnum à *Protagora* patruele occupatum recuperare *Evagoras*, sed ad Ochum delatus, regno se abdicare, & præfecturam in Asia recipere coactus est. Hanc cum crudeliter administrasset, in Cyprum fugit, ubi captus pœnam capitis subire necesse habuit. Ibidem fuit *Nicocles* Paphi Rex, ab Isocrate instructus, quem etiam viginti talentis remuneratus est. Plura de eo sub duobus Alexandri filiis. *Diodor. l.16.*

In CARIA rexit *Artemisia* (ab hac Artemisia herba, Parthenis ante dicta) Mausolo fratri & marito, postquam ejus ossa bibisset, sepulchrum, inter septem mundi miracula relatum, inque ejus memoriam *certamen laudem* instituit. Successit desiderio amoris tabidæ, diverso tempore *Idrieus*, qui Persis fidus Cyprios quadraginta triremibus & octo millibus mercenariorum invasit: & *Ada* soror, quam *Pexodorus* ejecit, ut solam Alyndam, urbem regni munitissimam, retineret. Finem regni sub Dario Codomanno exponemus. *Diodor l.16. Strabo l.14. Gell. l.10. c.18. Plin. l.25. c.7. & l.36. c.5.*

In CAPPADOCIA fuit *Ariarathes*, fratris amantissimus, Ochum in bello Ægyptiaco secutus, & inde ab eodem magnis honoribus affectus.

In PONTO præfuit *Mithridates*, cognomento [illegible].

In ÆGYPTO regnavit post Tachum *Nectanebus II.* sub quo ea, de quibus in Persicis, contigerunt. Hic exercitu hostium in Ægyptum incumbente, nec copias cogebat, nec aciem instruebat: sed pelvi in pelvem aquâ ex fonte jugi repletam navigiolis & homunculis ex cera factis, ipse prophe- *AFRICA. Callisthen. vita Alex. apud Jul. Val. interpretem.*

R ta

tæ stolam indutus, manu virgam eburneam ... Deos cœlites carminibus invocabat. Homunculi excantatione ejus animati lavabantur, & eo ipso momento navigia in mari, & hostium exercitus peribat.

EUROPÆA In ITALIA multa domi & foris gessere ROMANI. Domi; nam lege de ambitu a Petulio lata novorum hominum ambitio confutata est: de fœnerario * fœnore, quod mox ad semiunciarium † (quum vigesima quarta pars sortis anni spacio solveretur,) redactum. plebi satisfactum: clavo Pestilentiam Manlius fixit, vorago in medio foro inexplebilis conjectu Curtii expleta est. L. Manlium Dictatorem propter delectum acerbius ... bellum rum durius habitum, à Tribuno ... filius ipse liberavit: de consule utroque ex plebeiis creando dimicatum est, & Martius Rutilus cum solutio æris alieni turbas daret, primus ex plebe censor creatus. Foris multa bella gesta sunt. Primum in Hernicos *, res repetitas reddere nolentes, in quo illi ab Appio Claudio & M. Fusio victi, à Plautio Consule † subacti sunt. Alterum contra Gallus, qui ad Anienus pontem castra posuerant. In eo T. Manlius Torquati nomen meruit, & Servilius Ahala Tiburtinos foederatos ad portam Collinam devicit; C. Sulpitius ... ad Padum stratagemate in prælio terribiles Gallos exuit *. Popilius in agro Latinorum fugavit ... Camillus profligavit. Tertium in Tiburtinos, quod à Ferentini expugnatione reductis ... * ... Hi à Fabio victi, armis † positis, in deditionem venere. Quartum in Tarquinienses, in ...

in quo CCCLVII. Romani à Tarquinienſibus immolati, totidem Tarquinienſes à Romanis ſecuri in [illegible] percuſſi, & petentibus XL annorum induciæ* datæ ſunt. *Quartum* in Privernates, in quo urbs a Martio Conſule per deditionem accepta. *Sextum* in Hetruſcos, qui a Rutilo, primo ex plebe Dictatore [illegible] ſcutis * exuti ſunt. *Septimum* in Cærites, quod Tarquinienſium conſanguineorum cauſam agerent. Territi, & veniam deprecati, inducias C. annorum accepere. *Octavum* in Auruncos, quod agros Romanos vaſtaſſent; quos Furius Camillus Dictator fudit. *Nonum* in Samnites fœderatos in gratiam Campanorum, dum Sidicinorum contra eos cauſam agunt, victores, & auxilium cum deditionis oblatione poſtulantium. Qua fortunâ ſit actum in ſequentibus audiemus. Ibidem promiſcua fugientium multitudo, Trojana urbe expugnata, & nonnullis aliis ſubactis, Remp. inſtituit, & Romam [illegible] nominavit.

In SICILIA avertit animos ſubditorum ſævitia Dionyſius. *Dion* itaque, affinis & exul, parvâ manu in Peloponneſo contracta, Syracuſas occupavit, acie victum amovit, ipſe in Dictatorem à populo creatus eſt. Verum Dictatura hæc tot [illegible] eſt difficultatibus, ut tandem ad priſtinam Tyrannidem rediret Dionyſius. Nam Dionem ab Heraclidis factione invidia flagrantibus, [illegible] Syracuſani pepulere; [illegible] * Dionyſii Duce revocatum Calippus [illegible]. Occaſionem [illegible] data, quæ partim a [illegible], partim ab Hipparino, Dionis filio & ſucceſſore, geſta ſunt. Dionyſius interim Locris redux, & iterato

 ſævus,

ſævus, ab Iceta Leontinorum Tyranno armis petitus, Timoleonte Corinthio contra utrumque vocato, deluſis pace Pœnis, territis Catanensibus, captus, & Corinthum, ſordidam vitam acturus * ablegatus eſt. Dejecto Tyranno, *Timoleon* leges ſtatui populari convenientes ſcripſit, magiſtratum annuum, *Amphipolum Jovis* dictum, à quo anni numerabantur, conſtituit, cum civitatibus Siciliæ ſociale fœdus pepigit, & irruptione in fines Carthaginenſium facta, novi occaſionem belli dedit *. Sed nec hic eum fortuna deſeruit. Nam Icetæ copiis auctus, illos ad Criniſſum amnem ejecit. Pacem petentes Lyco fluvio circumſcripſit, & Græcos libertati priſtinæ reſtituit. Ibidem *Tauromenium* ab Andromacho & Naxi exulibus conditum eſt, & per quindecem continuos dies * *tonitrua* & *tempeſtates* perpetuæ fuere.

Diodor. Sicul. l. 16. Pauſan. in Phocicis.

In BOEOTIA geſſere Phocenſes (Amphictyonum judicio tanta pecunia, quantam ſolvere non poſſent, damnati, quod induciarum tempore agrum Thebanorum vaſtaſſent,) cum Thebanis bellum. *Sacrum* id, quod Philomelus templum Delphicum occupaſſet, dicitur, & à quatuor *Ducibus* deteriore Phocenſium fortuna geſtum eſt. *Philomelus*, cujus uxor prima omnium apud Phocenſes Comites pediſſequas alebat, in agris Locrenſium primo congreſſu * victor, altero victus de rupe, ne caperetur, præcipitem ſe dedit. *Onomarchus* duplici contra Philippum Macedonem, Lycophronem Pheræorum tyrannum infeſtantem *, victoriâ elatus, in prælio tandem ab eodem captus, ſuſpendio affectus eſt. *Phayllus* anteceſſoris frater, Lycophronis exercitu auctus,

ductus, postquam aliquot urbes excidisset, tabe interiit. *Phalæcus* Onomarchi F. Philippo a Phocensibus evocato impar, pace ab eodem * obtentâ, in Italiam transfretare coactus est. Phocenses in agros distributi, & vectigales Apollini facti, suffragia sua amisere. *Diodor. l. 16.*

In THESSALIA *Tisiphonus* Alexandri Pheræi, ab uxore interfecti, cum Lycophrone fratre * successor, à Philippo Macedone debellatus est, & Thessali in libertatem † asserti, ut in Macedonicis diximus. *Justin l. 7.*

Apud SPARTANOS præterea, de quibus in Macedonicis, occurrit Expeditio Italica in gratiam Tarentinorum suscepta, de qua in sequentibus: nec non contra Argivos & Megalopolitanos Arcades bellum: quorum illud obtentâ ad oppidum Orneas victoria feliciter confecerunt, hoc, illatis & acceptis cladibus, induciis finiverunt.

ATHENIENSES gessere contra Chios, Rhodios, Coos & Byzantinos, qui ab illis defecerant, sub *Chabria, Iphicrate, Timotheo* & *Charete* Ducibus, *quadriennale sociale bellum*. *Chabrias*, dum Chios obsidet, in pugna * trucidatus est. *Iphicrates* & Timotheus Byzantinos obsident, sed cum prælio navali, ingenti tempestate territi, socios adorti non essent, à Charete accusati, & imperio remoti sunt. *Chares* stipendio destitutus, satis feliciter Pharnabazo Ocho rebelli suppetias, ut & Ochus sociis classem CCC navium promitteret, effecit. Hac territi Athenienses, pacem æquis conditionibus fecerunt. Censu ibidem facto, inventa sunt Civium *Diodor. l. 16.*

viginti millia, servorum quatuor centena millia. Reliqua Attica in Macedonicis extant.

Diodor.l.16. In THRACIA imperavit Odryssis post Cotyn *Cersobleptes*, qui à Patre vivo Rex constitutus, cum fratribus Berisade & Amadoro, Atheniensium auxiliis innixis, regnum æqualiter divisit, in Atheniensium verba juravit, & Chersonesi urbes, exceptâ Cardiâ, ipsis concessit. Reliqua in Macedonicis occurrunt.

Justin. l.17. In EPIRO vixit *Neoptolemus*, Olympiadis pater, qui Arymbam fratrem, hominem ambitiosum, in societatem regni accepit, ne quid ex bello ad subditos damni derivaretur. Successit mortuo *Arymbas*, qui fastu animi deposito, neptem ex fratre duxit; Olympiadem in matrimonium collocavit; Xenocrati libros de Geometria inscripsit, & filium Æacidam hæredem reliquit. Sed verò Philippus, isto pulso, *Alexandrum* uxoris fratrem impudicum factum, ad gubernacula admovit.

In MACEDONIA, occiso ab Illyriis Perdicca, *Philippus* frater successit, & obscurantem Regum Macedoniæ familiam rebus egregie

Justin. l. 7. Diodor.l.16. gestis in lucem protraxit. Res ab eo gestæ *triplici octennio* rectè includi possunt. *Primo*, potentia nondū firmatâ, phalangem Macedonicam excogitavit; Pæonas & Illyrios à continuatione belli muneribus avocavit, Atheniensibus, ne Argæum Macedoniæ Regem facerent, Amphipoli cessit, eundem ab eis destitutum vicit; Pæonas, Rege ipsorum mortuo, sibi subjecit; ab Illyriis omnia Macedoniæ oppida recuperavit, Amphipolin & * Potidæam expugnavit, aurifodinas

dinas in littore ſinus Strymonici ſitas ſtructuris
† extendit. Tres Reges †, Thracem, Pæonem, &
3594 Illyrium de ſe opprimendo conſultantes, ſingu-
3596 los adortus fudit. Methonæos, belli ſedem & Thracibus & Athenienſibus præbentes, fame domitas occupavit; ſed in oppugnatione alterum oculum amiſit: denique contra Lycophronem Pheræorum tyrannum evocatus, è Theſ-
* ſalia *eundem ejecit. *Altero* octennio urbes
3598 Chalcidicas ſibi ſubjecit. Pitholaum, qui tyran-
3601 nidem invaſerat Pheris, expulit, & Theſſalorum
* libertate firmata, amorem ſibi conciliavit.
3602 Urbes ad Helleſpontum ſuæ * ditionis fecit. Olynthios, quod duos fratres ejus, quos interficere geſtiebat, recepiſſent, captos ſub haſta vendidit. Cum Athenienſibus, potentiâ ipſius ter-
† ritis, inducias † ſeptennales fecit, & Phocen-
3603 ſes cum Thebanis bellum gerentes, pacem fa-
3604 cere coegit. *Tertio* Thraces inſolentes compeſcuit, iisdemque decimas, quæ regno Macedonico perſolverentur, extorſit. Perinthum & Byzantium, quod illi à Perſis, huic ab Athenienſibus inducias violatas, credentibus, Chiis, Cois, & Rhodiis, auxilia ſubmiſſa eſſent, fruſtra oppugnavit, in Scythiam ab Athea Rege contra Illyricum Dynaſtam evocatus, expeditionem ſuſcepit, ſed in reditu, prædæ ibidem, quod Rex mercedem negaſſet, coactæ Triballis partem poſtulantibus, jacturam fecit.

BOSPHORO forte præfuit *Pariſades II.* qui, dum ordines inſtrueret, ab omnibus noſci, dum autem periclitaretur, hoſtibus, dum fugeret, etiam ſuis ignotus eſſe volebat. Ab eo ad

tempora Ptolemæi Auletæ fuere *Satyrus* II, qui à fratre *Eumelo* regni cupido bello petitus, eundem vicit, sed dum regiam, in quam confugerat, oppugnaret, hasta per brachii musculum trajectus, Oraculo de musculo cavendo prædictioni satisfecit. *Prytavis* frater, qui, cum Eumelo fratri partem regni negasset, ab eodem bis victus & comprehensus jugulatus est. *Eumelus*, qui regno occupato & posteritate fratris sublatâ, omnibus tributa condonavit, Byzantinos & Sinopenses Callentianos, à Lysimacho obsessos, beneficiis affecit, mare à Pyratis tutum reddidit, nec tamen Oraculi de vitanda domo portatili monito satisfacere potuit. *Spartacus IV.* de quo nihil. *Leucanor*, qui Scythis vectigalis fuit, & ab ipsorum legato Arsacoma, quod filiæ nuptias ambientem sperneret, trucidatus est. *Eubiotus* Frater, qui ab Arsacoma victus, non aliâ conditione pacem impetravit, quam ut deinceps duplicatum tributum penderet. *Parisades III.* qui Scyluro Scythæ impar, Mithridati Eupatori ultro Regnum obtulit, & tantum de Bosphori Regibus.

Lucian. in Toxari.

Strabo l. 7.

Hisce temporibus floruere ex viris doctis & aliis *Demosthenes*, non *Thrax Grammaticus*, qui Iliada Homeri & Theogoniam Hesiodi in prosam orationem convertit: sed *Atheniensis* patre cultellario natus, qui cum literam R. pronunciare non posset, conjectis quibusdam in os calculis, prope mare declamans, vitium naturæ emendavit, & in eloquentissimum oratorem evasit. *Aesion*, Civis Atheniensis nobilis, qui Demosthenem non solum Athenarum civitate dignum esse,

Plutarch. in Demosth.

esse, sed & supra Athenas dixit. *Speusippus*, qui primus in disciplinis, quid esset commune, investigavit, easque, quantum fieri poterat, sibi invicem junxit; primus, quo pacto ex gracilioribus lignis capacia & in ventrem tumentia vascula fierent, invenit, & pediculis effervescentibus, ut Plutarchus vult, interiit. *Xenocrates Chalcedonius*, qui adeo continens fuisse traditur, ut, quum se ad libidinem incitari præsensisset, & urere & secare verenda sæpe pateretur. Ejus verbis tanta fides adhibebatur, ut, cum injurati nullius testimoniũ admitteretur, soli injurato crederetur. *Aristoteles* Stagirita, Peripateticæ Philosophiæ author, Hermiæ Arcananensis Tyranni deliciæ, Alexandri M. præceptor, naturæ miraculum. *Menecrates* Medicus, *Jovis* cognomento gloriabundus, Medicorum successu ferocium exemplar. Nullam medendi mercedem accepit, hac sola contentus, si liberati se ipsius esse servos faterentur. *Theopompus Chius*, qui & de bello Peloponnesiaco, & de rebus Philippi, jucundo & suaviter fluente stylo scripsit, & ad exquirendam accurate rei veritatem pecuniæ multum impendit. Cum vellet quædam ex Sacris Scripturis non commode translatis suæ historiæ inserere, diebus triginta mente fuit turbatus. *Aeschines*, Demosthenis æmulus, qui cum Rhodi, lecta sua contra Demosthenem oratione, & defensionem ejusdem, ob quam in exilium pulsus erat, legisset, & omnes mirarentur; *Tum magis miraturos fuisse* dixit, *si ipsum orantem audivissent*. *Chærephon* Atheniensis Philosophus, ob intentam in philosophia curam pallidus. Unde proverbium in macilentos:

Diogen. Laert. l. 4.

Diogen. l. 5.

Aelian. l. 12.

Aristeas l. de LXX. interp.

Plin. l. 7 cap. 30.

Suidas.

Nihil a Chærephonte differs. *Antidorus*, qui in obsidione Perinthi catapulta confossus, non prius eam evelli passus est, quam hostem fugatum
Athen. l. 3. intra mœnia compulisset. *Callimedon* Orator, *Locusta* dictus, quod eo cibi genere delectaretur. *Democles* junioris Dionysii assentator, qui, cum
Athen. l. 6 mos esset Siculis, domi Nymphis sacra facere, ac temulentos circa illarum simulacra pernoctare & saltare, omissis Nymphis: *Nihili faciendos esse Deos, qui anima carent*, dixit, & ad Dionysium perrexit. *Antigenides*, Musicus Thebanus,
Plin. l. 16. c. 36. qui primus calceamentis Milesiis lasciviorilus usus est.

SACRA.

Joseph. Antiq. lib. 11. Ecclesiam JVDAICAM *Johannis* & *Jesu*, filiorum Jojadæ, de Pontificatu contentio turbavit, eousque progressa, ut iste ab illo in templo occideretur. Hinc apud *Prophetam Malachiam* invectivæ, & quinquaginta in singulos annos ex publico drachmarum à Bagoa exactio prius
Euseb. in Canone. quam quotidianæ hostiæ offerrentur. Deportati sunt etiam sunt, bello Ægyptiaco finito, ex Ægypto, ultra Caspium mare & Hircaniam, multi ex illis Judæis, qui ad Vaphrem Ægyptiorum Regem confugerant. Quantum ad ETHNICISMUM, Romæ ædes *Junoni Monetæ* à Duumviris dedicata est, secutum dedicationem prodigium. Namque & *lapidibus pluit*, & nox interdiu visa est intendi. Eô ipso die, quo Alexander natus est, incensum est *templum Dianæ Ephesinæ* ab Herostrato & vaticinati sunt inde sacerdotes, magnum eo die malum alicubi Asiæ natum esse.

Arta-

Articulus VII.

DE

ARSE.

Anni sunt 3. ad annum 3614.

Ochi funeri omnes filii, *Arse* excepto, ad- *Diodor. l. 17.*
diti sunt. Sed & hic Rex à Bagoa factus, ut *Justin. l. 11.*
magis obnoxius haberetur, cum meditatæ ultionis manifestus esset, idem periculum subivit, & ab eodem Bagoa cum tota stirpe extinctus est. Excepit eum *Darius Codomannus*, Ochi patruelis, Bagoæ amicissimus, qui promotorem suum, insidiarum suspectum, venenum, quod propinare voluerat, bibere coëgit.

Contemporanea.

De JUDÆA nihil habeo, quod dicam. *ASIATICA*

CARIÆ præfuit *Pexadorus*.

In CAPPADOCIA fuit post Ariarathem *Olophernes*.

De ÆGYPTO & CARTHAGINENSIBUS *AFRICANA*
nil occurrit.

In ITALIA fuit ROMANIS cum *Seditiosis* *EUROPÆA*
in Campania *militibus*, *Privernatibus*, *Sidicinis* *Livius l. 7.*
& *Latinis*, quibus se Campani & Volsci adjun- *& 8.*
3612 xerant, negotium. *Seditionem* Valerius Corvus dictator facto plebiscito, ne secessio fraudi esset,
3613 composuit. *Privernatum* defectionem & exercitam in Setinos ac Norbanos injuriam, ademptis duabus agri partibus, Plautius castigavit. *Sid[ic]inos* Samnites Romanorū auxiliis eo adegere, [u]t se Latinis dederent. *Latini*, cum Samnites Romanis fæderatos infestare non desinerent, & a[l]-
3614 [ter]um consulem cum media parte Senatus obtruderent,

derent, à Consule Manlio, disciplinæ nimio, victi, agro mulctati, & in deditioné accepti sunt.

Diodor. l. 16. In SICILIA mortuus est *Timoleon*, cui sacra anniversaria, & quotannis ludos Syracusani decrevere.

BOEOTARUM res vide in Atticis.

SPARTANI, dum in Italia auxilium contra Diodor. l. 16. Tarentinos ferunt, Regem *Archidamum* amisere, cui *Agis* successit.

ATHENIENSIBUS *bellum* cum *Philippo* fuit. Amissa * Elateâ, facto cum Thebanis & Phocensibus fœdere, prælium ad Chæroneam * commisere, in quo ita fusi sunt, ut Demosthenes profugus muros urbis † reficeret, & Lysides Dux capite Aelian. l. 8. postmodum plecteretur. Post hanc victo- Iustin. l. 9. riam Philippus Thersiten egit, sed à Demade captivo monitus, Agamemnonem induit, & Athenienses quidem sibi amicos fecit, sed Thebanos durissimè, impositis ipsis CCC exulibus rectoribus, habuit.

In THRACIA fuit adhuc fortè *Cersobleptes*. Plura post Alexandrum de illa habebimus.

In EPIRO vixit *Alexander*, *Molossus* cognominatus.

Pausan. in Bœot. In MACEDONIA Philipus post victoriam ab Atheniensibus reportatam, de qua in Atticis, Platæenses * patriæ, quâ nonaginta annos caruerant, restituit, convocato Corinthum Græciæ Iustin. l. 9. consilio, de injuriis Persarum questus, & Dux de- Diodor. l. 16. 17. signatus, partem copiarum in Asiam præmisit, sed ipse, Olympiade uxore non insciâ, à Pausania, cujus injurias ab Attalo perpessas vindicare subterfugerat, ex Delphici oraculi præsagio, interfectus est. Succeſsit illi *Alexander F.* Dux Græcorum

3664 rum & ipſe declaratus, poſtquam Macedonas immunitate, Theſſalos alloquiis delinivisſet, & traducto in Græciam exercitu, Thebanis & Athenienſibus novorum cupidis terrorem incuſſiſſet. Philippi paraſitus *Cliſſophus* erat, qui cum illo exoculato, eodem oculo faſciis obligato, crus oblæſo, altero pede claudicans in publicum prodibat, & ſi quem cibum acrem ori Philippus admoveret vultum contrahebat, quaſi eo quoque veſceretur. *Athen. l. 6.*

Intra hoc tempus vixere, *Ephorus Hiſtoricus*, rerum Græcarum & barbaricarum ab Heraclidarum reditu ad obſidionem Perinthi ſcriptor elegans & acuratus, qui gravi errore Iberiam urbem eſſe putabat. *Soſicles*, Poëta Tragicus, unus ex iis, quos *Pleiadem* appellarunt, qui LXXIII fabulas docuit, & VII victorias retulit. Et *Diogenes* Cynicus ob adulterationem monetæ in exilium pulſus, qui dolium in Metroo pro domicilio habebat, æſtate in fervida arena volutabatur, hyeme ſtatuas nive perfuſas, ut ſe laboribus aſſveſceret, complectebatur. *Pallium duplicatum* primus in uſu habebat. Grammaticos admirabatur, quod Ulyſſis mala requirerent, ſua ignorarent. Mathematicos carpebat, quod ſidera intuentes, quæ ante pedes eſſent, ignorarent. *Iſocrates Orator* vitam quatriduâ inediâ finivit. Hoc etiam tempore *ſexaginta ſapientes*, ſeu ridiculi homines Athenis in Herculis templo conveniebant, quorum fama cum ad Philippum Macedonem perveniſſet, talentum miſit, ut ab illis ridicula perſcripta viciſſim acciperet. *Diodor. l. 5. & 20.* *Laërt. l. 6.* *Suidas.* *Athen. l. 14.*

De Sacris nil habetur.

CAPUT

CAPUT III.

DE
REBUS SUB FAMILIA CODOMANNI GESTIS.

Articulus Unicus.

DE
DARIO CODOMANNO.

Anni sunt 6. ad annum 3620.

Justin. l. 11. Plutarch. in Alex Curt. in Hist. Alex Diodor. Sicul. l. 11.

ADeptus regnum Darius, de bello Macedonibus inferendo cogitavit: Sed Alexander postquam Thraciam, Pœoniam, & Illyricum subegisset, cum Germanis trans Istrum pacem fecisset, & Thebanos castigasset, ipsum anteverti[illegible] levissimis copiis Orientis opes aggressus est, & tribus prœliis eundem expugnavit. *Primum* ad Granicum amnem commissum est, in quo Alexander à Clyto servatus, Persæ, XLM amissis, in fugam conjecti. Post illud, Sardes, Ephesus, Halycarnassus, Phrygia, Lydia, Pisidia, Cilicia, Syria occupatæ sunt. *Alterum* post nodum Gordium solutum, lethalem morbum exantlatum, insidias Æropi miraculose patefactas, ad Issum Asiæ minoris fluvium fuit, In eo ex Persis, qui in angustiis exercitus explicari non poterat, XXXII peditum, CLV Equitum M occidere, & Darii cum uxore liberi capti sunt. Post illud classis & Gaza Persica in Syria occupatæ, insulæ inter Achaiam & Asiam subactæ; Damascus & Cyprus expilata, Aradus & Sidon cujus regno Abdolominus hortulanus præfectus, deditione captæ; Tyrus demi-

dum

que, auxiliante Senaballato Chuttæo, expugnata est. *Tertium* post rejectas Darii filiæ cum bona Asiæ parte nuptias, & altissimum somnum ad Arbela in Ninives campis exactum, finem Persicæ Monarchiæ imposuit. Amissa post acrem & dubiam pugnam XCM Darium in Bactrianos rejectum Bessus præfectus interfecit. Interim Babylon, Susæ, Ecbatana (in qua XLIX talentorum M. reperta) capta, & Persepolis (in qua CXXM Talentorum inventa, cujus adhuc hodie rudera, *Chilminare* & *Estacher* Persæ vocant, visuntur) suasu Thaidis incensa est. Hic fuit exitus Darii, ad quem Alexander ingemuit, hic tanti imperii finis. Adeò *nullum regnum est, cui non sit parata ruina, & proculcatio, & dominus, & carnifex. Nec magnis ista intervallis divisa, horæ momentum interest inter solium & aliena genua.* Quid in Judæa & Ægypto post ea Alexander gesserit, suis locis in contemporaneis dicetur. Dario ruinam quædam prænunciavere. Ipse in principio imperii, vaginam acinacis Persicam in eam formam mutari jussit, qua Græci utebantur, protinusque Chaldæi interpretati sunt, imperium Persarum ad eos transiturum, quorum arma esset imitatus. Eidem ante secundum prælium castra Alexandri magno ignis fulgore collucere visa sunt, & paulò post Alexander ad ipsum adduci in eo vestis habitu quo ipse fuisset, equo deinde per Babylonem vectus, subito oculis cum ipso equo esse subductus sibi videbatur. Interim non oberit scire, aliam hujus Dynastiæ Regum in Tarich Musulmannico esse seriem. Primus illi est *Cai Cosravv* idem cum Cyro, de quo prima parte.

Alter

[Left margin, beside "biam pugnam" / "ctum Bessus": 3670]

[Right margin notes: *Resp. Persica p. 45. v. 53.* — *Curt. l. 4.*]

Alter *Labrasb* Arvandi F. Cainaschini nepos, qui Syriam & Palæstinam per Ducem Gudarz sibi tributarias fecit, & Judæos novis rebus studentes compescuit. Tertius *Gamaasb* sapiens, qui unus ex magis fuisse creditur. Quartus *Kischtab* idem cum Histaspide. Quintus *Isphandiar*, quem Teixera in duello immatura morte periisse scribit. Sextus *Cai-Bahman Daras dast* seu Longimanus. Septimus *Sasan*, qui speculationibus addictus, matri Homay imperium concessit. Octavus *Darabus*. quem illa post mortem mariti peperisse, & juxta flumen, infelicem nascendi horam causata, exposuisse dicitur. Nonus *Aschek* ab Alexandro M. devictus, cum Dario Codomanno idem. Possunt & inter memorabilia hujus regni poni, *Regum initiatio, circa mensas luxus, singulares in bellum procedendi ritus, Administrorum ratio, ingentes reditus,* & *stupenda subditorum in principes suos observantia. Initiabantur* Pasargadis, postquam privatam Cyri vestem induissent, & aliquid de caricis, therebintho & oxygala comedissent, per Mithram initiati jurabant, & data dextera fidem suam obstringebant. In *menses*, quicquid regiones imperii ferebant, primitiarum instar apponebatur. Gulæ ministrorum tanta copia, ut civitates occupare potuerit. Potus partim Choaspis fluvii Susas præterlabentis aqua, partim vinum Chalybonium, quod ex Syria adferebatur. Singulares in *bellum procedendi ritus* tum Curtius tum Procopius descripsere. Inter *Administros* erant *Satrapæ*, qui in concilium adhibebantur, daturi consilia in latere aureo stabant. Si placitura Regi dixissent, eo donabantur; sin minus, flagris

flagris cædebantur : *Septemviri judices* , qui controversias disceptabant, lata semel de capite sententia, ne a Rege quidem retractari poterat, & *Orosangæ* seu benè meriti , quorum nomina in commentarios referebantur, ipsi ad mensam cum Rege sinistrum latus occupabant. *Magnitudinem redituum* vel inventi Persepoli & Ecbatanæ & alibi thesauri testantur. Quantum ad *observantiam* , divinum honorem Regibus suis Persæ exhibebant; Babylonem ingressuri auream Regis imaginem adorabant, & flagris Regis jussu cæsi, quod sui memoriam non deposuisset, gratias agebant. Vide Brissonium & Keckermannum de Republ. Persarum.

CONTEMPORANEA.

In JUDÆA expugnavit Alexander Gazam *ASIATICA*
Betis defensione nobilem, & Hierosolymam ver-
3618 sus infensus movit : Sed cum Jaddua Pontifex *Joseph. l.9.*
stolâ suâ ornatus ipsi occurreret, nomen Dei cida- *c.8.*
ri inscriptum , somnio in memoriam redeunte,
adoravit, & Judæis αὐτονομίαν ac tributorum in *Diodor. l.17.*
annos sabbathicos immunitatem concessit.

CARIÆ regno finis impositus est. Cum e- *Arrian. l.1.*
nim Pexadorus, adventante in Asiam Alexandro,
cum Orontobate Persa genero societatem inivis-
set, & hic, mortuo socero, regnum invasisset; Ale-
xander ab Ada in filium adoptatus , Halycarnas- *Strabo l.14.*
sum expugnavit, eam vero Cariæ universæ præ-
esse voluit.

CAPPADOCIÆ imperare cœpit *Ariatha-* *Curt. l.4.*
tes II. à patruo Olopherne adoptatus.

3619 Sensit & ÆGYPTUS Alexandri arma. Exce- *AFRICA-*
pere venientem Ægyptii. Memphis præfectus *NA*

Plin. H. N. l. 5. c. 10. regiæ ſupellectilem cum octingentis talentis tradidit. Juppiter Ammonius conſultus eſt. *Alexandria* condita, & præfecti regioni dati ſunt.

De CARTHAGINENSIBUS ſilemus.

EUROPÆA In GERMANIA adhuc fuit *Helenus.*

In ITALIA geſſere Romani *tria bella*: *Primo* Latini, ob iram amiſſi agri rebelles, à Philone victi, in deditionem accepti ſunt: Antium colonia miſſa, ſed Antiati populo mari interdictum, & ex navium Romam ſubductarum roſtris, ſuggeſtum, quod inde *Roſtra* dictum, exſtructum eſt. *Altero* quo Sidicini Auruncorum invaſores petiti, mora Coſſ. peccatum eſt, & Aurunci Urbe ſuâ pulſi, Sueſſam conceſſere. *Tertio*, Auſones Sidicinorum * ſocii victi, urbs Cales cum ingenti prædâ capta † colonos accepit *. Tum etiam, ut alter *Cenſor* ex plebe crearetur, † inſtitutum,

Livius l. 8.

In SICILIA nil actum.

In SCOTIA, ſi Boëtii & Buchanani computationi credimus, erexit novum hoc tempore Regnum *Ferguſius*, à Scotis ex Hibernia contra Pictos Germaniæ populos, Albionis oram mari Germanico vicinam tum incolentes, & Britannorum auxiliis bellum parantes evocatus, qui & Coilum Britannorum Regem in caſtris obtruncavit. Hi in illis primordiis, ſeu humanis, ut Hieronymo placet, ſeu ſemicrudis animalium carnibus veſcebantur, nudis & tonſis capitibus, relicta modò in fronte, veteri Hiſpanorum more, tortula capillorum, pedibus aut nudis aut in calceamentis de induſtria humefactis incedebant, nobilium ſepulchra totidem obeliſcis, quot ipſorum ductu hoſtium occidiſſent, nobiles decorabant, & voraces

Buchanan. l 4.

voraces ac helluones prius, quantum libuit & cibi & potus eis præbentes, flumine mergebant. Vide de reliquis Buchananum & Boetium.

In BOEOTIA THEBANORUM urbi internecina à civibus approperata est calamitas. Alexander enim rebelles & contra præsagia ac monita obstinatos, (*quæ fato manent, quamvis significata, non vitantur*) obsedit, urbem expugnavit, excepta domo Pindari, solo æquavit, & exules retrahendos decrevit. *Justin. l. 11.*

SPARTANI, duce Agide, pecunia & militi-
3615 bus à Dario instructi, in Cretam post prælium secundum transiere, & nonnullis oppidis captis, res *Diodor. l. 17.*
3615 Darii firmare frustra conati sunt. Ab ATHENIENSIBUS, ut decem oratores populum contra se instigantes dederentur, Alexander postulavit. Re benè deliberatâ, Demades ad Regem missus est, qui & oratoribus vitam, & exulibus Thebanis tutum receptum impetravit. *Diodor. ibid.*


EPIROTARUM Rex *Alexander*, Magni
3618 Avunculus à Tarentinis contra Brutios sollicitatus, in Italiam transiit, bellum Apulis intulit, idemque, concesso ipsis Brundusio, pace finivit, Brutiorum & Lucanorum multas urbes cepit, & cum Metapontinis ac Romanis fœdus percussit. *Justin. l. 12.*

MACEDONUM Rex *Alexander* quid egerit, in Persicis, Bœoticis, & Atticis diximus.

Alexandri ætate primum *radendæ barbæ* morem fuisse inventum, Chrysippus refert, cum ille Persico luxu eviratus, Macedonicam asperitatem horrere cœpisset. Vide *Ramirezium* in Pentacontarcho c. 25.

SACRA.

Joseph. l. 11. c. ult. Apud JUDÆOS fuit summus Pontifex *Jaddua*, qui Alexandrum excepit. *Nehemias* librum suum scripsit, & legem de non ducendis alienigenis ita propugnavit, ut Manassem, Jadduæ fratrem, Saneballati generum, Sacerdotio moveret. Ideò is æmulatione incensus, procurante socero, *templum in monte Garizim*, Hierosolymitano simile, exstruxit, in quo Samaritani cultum divinum suo more celebrabant. Huc accedit *Hasidæorum* origo, qui corpus quasi quoddam illorum, qui se Scalig. Trihær. c. 28. legi sponte addicebant, constituebant. Ἀγιασμὸς ipsorum erat, non solum ex præscripto legis vivere, sed etiam deductis ex verbis legis consequentiis teneri, & quum omnia fecissent, nihil fecisse videri. Iidem agnum quotidie, unica XI Tisri die Cippurim exceptâ, immolabant, quæ oblatio Hasidim pro peccato dicebatur. Merito itaque *decimam Ecclesiæ Judaicæ periodum*, quæ ad Ptolemæi Physconis tempora se extendit, sub Alexandro assignavimus. In ETHNICISMO occurrit Curt. l. 4. *Jupiter Ammonius*, umbilicotenus arieti similis, Smaragdo & gemmis coagmentatus. Cum responsum petebatur, navigio aurato, multis argenteis pateris ab utroque latere pendentibus, gestabant eum Sacerdotes, subsequens turba inconditum carmen canebat: eo propitiari credebatur.



MO-

MONARCHIARUM ORIENTALIUM.

LIBER TERTIUS.

De

MONARCHIA JAVANICA SEU MACEDONICA.

Anni ſunt 300. à morte Darii ad mortem Cleopatræ.

Caput I.

De

REBVS SUB ALEXANDRI FAMILIA GESTIS.

Anni ſunt 35. ad annum 3655. incluſivè.

Articulus I.

DE

ALEXANDRO MAGNO.

Anni ſunt 7. ad annum 3627.

Alexandri poſt Darium res geſtæ ſecundum annos optimè deſcribi poſſunt. *Curt. l. 6.*
Juſtin. l. 12.
621 *Primo anno*, excitato oratione & muneribus exercitu Hircaniam & Mardos ſylveſtrem gentem ſubegit. Phrataphernem & Artabazum, Dario fidiſſimos, ad Caſpium mare in deditionem accepit. Thaleſtri, Amazonum intra Caucaſum & Phaſin amnem Reginæ, quæ *Diodor. l. 17.*

ad communicandos liberos venerat, (fabulosum id quibusdam) dies tredecim concessit. Philotam & Parmenionem ejus patrem Mediæ præfectum, CLXXXM talentorum custodem, amicorum vetustissimum, conjurationis forte falsò suspectos, interfici jussit. Parthiæ occupatæ præfectum Andragoram dedit, & Drangas bellicosissimam gentem aggressus est, jam severitatis Mecedonicæ negligens, & a vitiis Persarum, cum armis non potuisset, fractus. *Secundo anno* Ariaspos, Gedrosios, Arachosios, Parapomasadas, Parymas, Adaspios, & alios peragravit: monte Caucaso superato, Alexandriam urbem ad Tanain, à septem millibus Seniorum militum inhabitandam, condidit. Bessum, à Cobare Medo & Bactrianis derelictum, quem per tot populos persequutus erat, a Spitamene ultra Oxum amnem captū, accepit, eundemq; Oxatro Darii germano, curvatis arboribus discerpendum dedit: a Branchidis, quorum majores Milesii in gratiam Xerxis violato quondam templo, has sedes acceperant, crudeli sententiâ majorum culpas exegit. Scythas Europæos, Asiaticis imperata facientibus, Alexandriam subvertere ausos, transmisso Tanai, locis suis pepulit. Sogdianis & Sacis in deditionem acceptis, sex oppidis circa Marginiam conditis, ingentis altitudinis petram triginta stadia altam, unico angusto aditu perviam, a Barbarorum XXXM, duce Arimaze Sogdiano, infessam expugnavit, *& nihil tam alte posuisse naturam, quo virtus non ascendat*, ostendit. In Indiam iturus, postquam Clytum, nutricis suæ filium, fastum suum in arrogando Jovis genere

Plutarch. in Alexandro.

in

in convivio deridentem, hasta transfixisset, Spitamenis uxorem caput mariti afferentem repulisset, ingens in India frigus exantlasset; Roxanem, Oxyartis filiam, *inter obsequia fortunæ minus jam cupiditatibus imperans* in uxorem duxit, & Calisthenem, Aristotelis è sorore nepotem, ado- *Curtius l. 8.*
rare se nolentem, intentato ipsi insidiarum, quas Hermolaus cum aliis struxerat, crimine, trucida-
3623 vit. *Tertius annus* domandæ Indiæ insumptus est. *Plin. H. N.*
Ibi postquam Nysam à Baccho conditam multis *l. 6. c. 17.*
beneficiis affecisset, plurimas Indorum urbes per Ptolemæum, maximas ipse cepisset; Cleophem Reginam Mazagum regioni reliquisset, trajecto flumine Indo, Taxilem in deditionem accepit. Porum Regem potentissimum, ancipiti prælio, in quo Bucephalum amisit, victum cepit, eidemq; ob virtutem regnum restituit. Nicæam & Bucephalem (hæc à Bucephalo equo) urbes exstruxit; Abiasarin, Sophitum & Phegeum Reges sibi tributarios fecit, & cum militibus expeditionem ultra Gangem persuadere non posset, duodecim aris erectis, lectis quinque cubitorum positis re-
1624 dire coactus est. *Quarto anno* temerario in urbem saltu apud Mallos, ingens periculum incurrit, gentes ad orientalem Indi ripam habitantes, quorum ultimi erant Patali, nunc ad Cambajæ regnum pertinentes, feliciter domuit, & versus sinum Arabicum classem, duce Near- *Curt. l. 9.*
cho, misit. Susas redux, Statyram Darii filiam in uxorem duxit, & veteranos exautoratos in Græciam dimisit. Interim fugit Babylone Harpalus, thesaurorum præfectus, cum XM Talentorum, Athenas, & cum nec Demosthenis

reposcente cum Antipatro argentagina juvaretur, abiit in Cretam, ibidemque à Thymbrone amico interfectus est; Circa id tempus, quo XXXM Epigonorum ad Alexandrum advenerant. *Quinto*, amissum crapulâ Hephæstionem tam graviter tulit, ut medicum in crucem ageret,
Curt. l. 10. & Cossæos, invictam hactenus in Media gentem, internecione delevit. *Sexto* Babylonem, nihil monita Chaldæorum Anaxarchi suasu moratus, ingressus, legatos, qui e toto orbe eo confluxerant, benignè excepit, & Hephæstioni sumptuosum funus curavit. Tandem cum tristes cogitationes, quas ipsi varia mortis præsagia pepererant, epulis & ludicris obruere vellet, in febrim incidit & decimo morbi die, cum maximo Persarum luctu exspiravit, anno ætatis suæ XXXII.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA AFRICANA Inter ASIATICA nihil planè occurrit, & de AFRICANIS etiam altum silentium.

EVROPÆA Livius l. 8. In ITALIA gessere ROMANI, acceptis in deditionem Volscis, contra *Privernates* & *Palæopolitanos* bellum. *Illud* victo * & necato Vitrio authore, Fundis exule, plebe in civitatem † recepta, finitum est. *Hi*, quod Campanum agrum vastassent *, petiti, a Q. Publilio Proconf. ad deditionem † adacti sunt. Ibidem cum primores civitatis similibus morbis interirent, *prima de Veneficiis quæstio*, multorum cum exilio, instituta est. Carceres in Circo ad ludos agendos * constituti. Fregellas colonia deducta. Visceratio a M. Flavio primum in funer=

† nere matris † data. Ne quis nisi noxam com-
3611 meritus in compedibus teneretur, pecuniæ cre-
3617 ditæ bona debitoris, non corpus obnoxium esset, decretum. Cum Apulis & Lucanis amicitia facta, qui tamen fraude Tarentinorum mox defcivere. Quid ibidem Alexandro Regi Epirotarum contigerit, in Epiroticis videndum.

De SICILIA nihil.

3621 SPARTANI, vastatâ Cretâ, & occasione è Thracum rebellione arreptâ, Peloponnesiis adscitis, bellum Antipatro Macedoniæ Proregi movere. Sed ab eodem funesto prælio, in quo *Agis* Rex animosissimè pugnans, periit, victi sunt. Data tamen petentibus pax, obsidibus acceptis. Judicium negotii à Senatu Græciæ ad Alexandrum rejectum. Diodor. l. 17.

ATHENIS nil accidit, exilium *Demosthenis*, Diodor. l. 18.
3625 & *Laosthenis* expeditionem si excipias. *Is* pulsus est, quod Atheniensibus, urgente Antipatro, quæstionem de Harpali pecuniis instituentibus,
3625 viginti talenta accepisse, compertum fuerit. *Hic*, acceptis clam L Talentis, Ducem se militibus à regulis jussu Alexandri dimissis, & ad Tænarum collectis præbuit, & bello Lamiaco, occasionem dedit.

[illegible] EPIROTARUM Rex *Alexander* fidem oracu- Livius l. 8.
lo Dodonæo in Italia fecit. Cum enim amissa Strabo. l. 6.
partim fluvii inundatione, partim hostium incursibus bona exercitus parte, per medios, Duce ipsorum occiso, evasisset; Acheruntem trajiciens, ab exule Lucano confossus est.

MACEDONIÆ historiam vide in Alexandro, in Laconicis & Atticis.

Curt. l. 10. Sub Alexandro vixit *Calanus Gymnosophista*, qui, cum valetudine tentaretur, exſtructo rogo, vivum ſe anno ætatis LXXIII. cremavit. Alexander autem exequias ipſius poculorum certamine proſequutus eſt. Suidas. *Callisthenes*, qui ſcripſit Hellenica ab anno, quo pax Antalcidæ facta, Rhetorico more. Extemporali dictione valet, magnoque fertur impetu. Hieron. Epiſt. ad Nepot. Sodales ejus erant *Theophraſtus Ereſius*, Ariſtotelis ſucceſſor, ob divinam phraſin ab Ariſtotele ita vocatus, qui centeſimo anno mortuus, ſe dolere, quod tum egrederetur è vita, quando ſapere cæpiſſet, dixiſſe fertur: *Ariſtoxenus Tarentinus*, vir literarum veterum diligentiſſimus, ſed in præceptorem invidia Theophraſti ingratus: *Heraclides Ponticus*, qui in omni diſciplinarum genere & pulcherrima & optima reliquit, inter quæ περὶ ἄπνυ, fœmina ſeptem diebus exanimi & ad vitam revocata. *Hyperides*, unus è decem Athen. l. 3. & 8. Athenienſium oratoribus clariſſimis, qui obſoniorum erat avidus & matutino inter macelli piſces obambulare ſolebat, & *Æginam*, Piræi portus lemam; *Samum*, avulſam à corpore urbis partem, *plebis ver* puberes, *oppidi veſtem* mœnia, *tubicinem publicum Athenienſium* gallum dicebat: Suidas. *Demades* Orator, in quem, ætate confectum, & luxu ac avaritiâ perditum, cavillari ſolebat Antipater, nihil ei, ſicuti & ſacris victimis, præter lingvam & ventrem ſupereſſe: *Polydorus Tejus* medicus, homo paucioris cibi, Athen. l. 12. & acerrimus deliciarum hoſtis: *Philippides*, non *comicus Poeta*, qui, cum in certamine poëtarum præter ſpem viciſſet, gaudio repente mor-

mortuus est, nec ille *Athenienſis* curſor, qui unico noctis ſpacio, mille & quingenta ſtadia, ut Spartanis adventum Perſarum nunciaret, pedibus confeciſſe perhibetur; Sed ille, qui tam gracili corpore extitit, ut Alexis in eum ludens πεφιλιππιδῶνται, pro gracilem eſſe dixerit. Cum eo *Philetas Cous* & *Archeſtratus* comparari poſſunt. *Illius* pedibus ob corporis exilitatem plumbei globi ſubjiciebantur, ne a ventis everteretur. *Hic* ſtateræ impoſitus, obolum tantum, quod incredibile, pependiſſe dicitur. Ejus tempore inſtitutum, ut Athenienſes mulieres inordinatius in publicum prodeuntes, mille drachmis mulctarentur, mulctatarum nomina & mulctæ in tabella perſcripta publicè ad Platanum, qui in Ceramico erat, proponerentur: γυναικόκοσμοι, ex probatiſſimis quibusque electi, & horum & conviviorum rationem haberent.

Leon. Thom. l. 1. c. 29.
Pollux. l. 8. cap. 9.
Athen. l. 12.

Sacra.

De JUDAICA Eccleſia nil habeo, quod dicam. In ETHNICISMO apud Platæenſes occurrunt δαιδαλα *majora*, in quibus ſigna quatuordecim, minoribus Dædalis facta, Platæenſes, Coronæi, Theſpienſes, Tanagræi, Chæronenſes, Orchomenii, Lebadeenſes, & Thebani ſortitò inter ſe tollebant, ad ripam Aſopi fluminis ſimulachrum ornabant, mulieres pronubam plauſtro impoſitam pompæ præficiebant; Urbes ſingulæ Iunonem bove, Jovem tauro, hoſtiis vino & odoribus repletis, venerabantur, ſimulque ligna, *Dædala* nuncupata, ſuper aram ſtatuebant.

Meurſ. l. 2. Græc. Fer.

Arti.

Articulus II.

DE

PHILIPPO ARIDÆO.

Anni ſunt 6. ad annum 3633.

Curt. l. 10. Juſtin. l. 13. POſt mortem Alexandri haud levis inter Duces de regimine erat contentio. Perdiccas Roxanæ filio, Nearchus Herculi ex Darii filia nato, Ptolemæus Lagides optimatibus, Ariſtonus Perdiccæ, Meleager Aridæo, Philippi ex Philimna ſaltatrice filio imperium aſſerebat. In primi ſententiam jusjurandum exactum, ſed tandem tumultu per Meleagrum excitato, quem morte ſua luit, *Aridæus* in Regem, Perdiccas in copiarum præfectum aſſumptus eſt, inter reliquos provinciæ diſtributæ, ut Ptolemæo *Ægyptus*, Pythoni *Media*, Eumeni *Paphlagonia, Cappadocia*, & vicinæ, Antigono *Lycia, Pamphilia, Phrygia major*, Caſſandro *Caria*, Meleagro *Lydia*, Leonnato *Phrygia ad Helleſpontum*, Lyſimacho *Thracia*, Antipatro *Macedonia*, &c. obtingeret. Non potuit, tamen

Diodor. l. 18. intra concordiã res ſtare. Perdiccas enim imperii avidus, traducto in partes, & ad Helleſpontum cum Neoptolemo, ut aditus in Aſiam occuparet, miſſo Eumene, Ptolemæo, Antigoni, Caſſandri, & Antipatris fœderato, bellum movit, in quo etiam, cum imperitè per Nilum exercitum traduxiſſet, à Ducibus ſuis jugulatus eſt, adminiſtratio imperii Pythoni medico tradita; Alcetas & Attalus capti & trucidati, & Eumenes, qui interim Craterum & Neoptolemum proditorem, pervigilio noctis fatigatos, aggreſſus acie vicerat, & exercitum, utroque trucidato, ad ſe traduxerat, hoſtis

3631 hostis declaratus est. Movit ergò in ipsum Antigonus, ab Antipatro, post Pythonem, Eurydices insolentiâ munere se abdicantem, Prorege, Copiarum Dux dictus, & ab Apollonide equitatus Duce desertum, in Cappadocia vicit, victum in Noram Armeniæ castellum pepulit, in desperationem conjecturus, nisi interim Antipatro mor-
3632 tuo, & Polysperchonte Regum tutorem agente, Asiæ imperium ambivisset, & vel ideo Cassandro invido contra Polysperchontem, Græcorum favorem per libertatis munus ambientem, ut utrumque distraheret, suppetias tulisset. Pacem ergò ipsi obtulit, qua Olympias & Reges abundè frui poterant, nisi Eurydice Cassandro, ad quem Græci à Polysperchonte defecerant, contra Olympiadem Macedoniæ interim ex Epiro, quo propter inimicitias cum Antipatro & Cassandro secesserat, cum nepote ex Roxane redditam, evocato, sorte versa, transeuntibus, ad Olympiadem Macedonibus, marito & sibi eam calamitatem attraxisset, quæ postea subsecuta est.

CONTEMPORANEA.

ASIA nihil nobis suppeditat, CAPPADOCIAM si excipias, in qua *Ariarathes II.* à patruo Olopherne adoptatus, &, quod ingentem exercitum collegisset, à Perdicca hostis judicatus, ab Eumene victus, captus, & in crucem actus est. Successor ejus *Ariarathes III.* in Armeniam concessit. *ASIATICA*

In ÆGYPTO bellum gessit cum Perdicca *Ptolemæus*, ut superius diximus, justitia & benignitate *AFRICANA.*

gnitate celebris. Idem Syriam & Phœniciam, Laomedonte præfecto pulso, regno Ægypti adjunxit.

EVROPÆ. In ITALIA *duplex* gessere *bellum* ROMANI. *Vestinum*, quod se Samnitibus junxissent, duce Junio, qui hostes castris exuit, & *Samniticum* propter auxilia Palæopolitanis submissa cæptum, quod vario Marte gestum est. Samnites primò à Romanis duplici prælio, quorum primum Fabius injussus commisit, Dictatore Papirio, victi: mox Samnites Romanos, in furcis caudinis interceptos sub jugum misere: tandem Coss. deditis, Samnites à Cursore Cons. frustra se interponentibus Tarentinis, ad Luceriam castris exuti sunt.

Livius l. 9.

Didor. l. 19. In SICILIA adspiravit ad Tyrannidem *Agathocles*, figuli filius, bello strenuus & per heri sui viduam dives, eandemque occisis aliquot millibus nobiliorum, arripuit.

De SPARTANIS taceo.

Diodor. l. 18. Justin l. 13. ATHENIENSES res suas paulò turbavere. Cum enim post mortem Alexandri principatum Græciæ ambirent, Thessalis & Ætolis in societatem adscitis, bellum Antipatro movere. Nec infeliciter primo statim aggressu cessit propositum. Nam non tantum Antipatrum ad Lamiam vicere & obsedere: sed & Leonnatum auxilio venientem, solutâ Lamiæ obsidione, trucidavere. Tandem tamen victi ad Cranonem a Cratero, ex Cilicia cum exercitu reduce Græci pacem petiere; Athenienses eandem morte Demosthenis sancitam inire, IXM ex opulentioribus, XXM ex pauperioribus Rempubl. administrandam permittere, & præsidium in Munychia † accipere coacti

sunt

sunt: ac occupato à Nicanore post mortem Antipatri, & pacem cum Ætolis factam, contra Po-
* lysperchontis mandatum. * Piræo (quod mors
3632 Phocionis secuta est) cum Cassandro ejusdem filio, Polysperchontis hoste, iis conditionibus pa-
3633 cem fecere, ut præsidium in arce maneret, donec cum Regibus esset debellatum, & *Demetrius Phalereus* Rempub administraret.

EPIROTIS præfuit post Arymbam *Æacidas*, qui in popularium odium incurrit, quod subditos contra Cassandrum pugnare cogeret.

In MACEDONIA fuit *Cassander* Antipatri *Diodor. l. 18.*
3632 F. qui Atheniensibus, ut diximus, præsidium imposuit, & contra Polysperchontem quidem mari ad Hellespontum infeliciter pugnavit, sed mox
3633 versâ fortunâ, Clytum ipsius Ducem classe exuit, & terrâ in Macedonia res suas firmavit.

In PONTO fuit *Mithridates*, qui Antigono adhæsit, sed cum se ob somnium suspectum eidem videret, in Paphlagoniam secessit, & ad Cassandrum defecit, tandem jussu Antigoni interfectus. Ab eo ad Mithridatem M. fuere aliquot, de quibus pauca admodum dici possunt. *Hesychius de viris claris.*

Vixit tum *Alexinus* Philosophus, ob nimium arguendi studium ἐλεγξῖνος dictus, qui Olympiacam sectam condere voluit, & dum in Alpheo amne natat, e vulnere arundine puncto moritur. Sed & *Stratonicus*, Simonidis poëtæ in suis dicteriis imitator, qui primus nudis citheræ sonis multas fides adjecit, & concentus musicos docuit, & Rhodios ob luxus similitudinem *Cyrenæos albos*; *Athen. l. 8.* Heracleam *virorum Corinthum*; Byzantium *axillam Græciæ*; Leucadios *futiles Corinthios*;

Ambra-

Ambraciotas, quod ſoli membradibus viliorebusque piſciculis veſcerentur, *Membraciotas* vocabat. Ob jocorum libertatem ſublatus eſt a Nicocle Cypriorum Rege veneno.

De Sacris nil habetur.

Articulus III.

DE

DUOBUS ALEXANDRI FILIIS.

Anni ſunt 8. ad annum 3641.

Diodor. l. 19. & 20.

HAud melior ipſius Olympiadis, & duorum Alexandri filiorum, *Alexandruli* & *Herculis* fortuna fuit. Illam enim crudelitate in Caſſandri amicos exercitâ infamem, poſt victum ab Antigono Eumenem, in Pydnam Urbem Caſſander Athenis redux cum Deidamia Æacidæ filia & Theſſalonica privigna coëgit, & ſeſe ſalute corporis pactâ dedentem, ſpecie decreti à Macedonibus facti, per interemtorum conſanguineos interfecit. *Iſtum* Amphipoli in cuſtodiam cum matre datum idem imperii cupidus, & ideò Theſſalonices, Alexandri M. conſanguineæ ſororis, maritus, cum matre, manibus filiarum Darii pœnas perſolvente, trucidavit. Hunc *Polyſperchon*, qui in Epirum ſeceſſerat, reducere, morte prioris vulgatâ ope Ætolorum conatus, ſuaſu Caſſandri, conſortium Principatus in Macedonia in præmio ponentis, è medio ſuſtulit. Antequam id fieret, occidit Antigonus ab Argyraſpidibus ſuis proditum Eumenem, Ducem verſutiſſimum; Pythonem non ſine fraude oppreſſit, Peuceſtæ provinciam ademit, Seleucum

metu

metu sui (rationes enim redituum exposcebat, ad
* quas Seleucus se negabat teneri) Babylone ad Pto-
3635 lemæum fugientem *, monitu Chaldæorum, sed
frustra persecutus est, & cum ad Lysimachi, Ptolemæi, & Cassandri postulata (postulabant autem, ut Cappadociam & Lyciam Cassandro, Phrygiam juxta Hellespontum Lysimacho, Syriam Ptolemæo, Babylonem Seleuco traderet, thesaurosque post victum Eumenem secum divideret) superbius responderet, *quadriennali bello* occasionem
3636 dedit. Id ea fortuna gestum est, ut *primò* Polyclitus, Seleuci Dux, Antigoni classe potiretur; Antigonus frustra tentata Ætolorum societate, relicto contra Ptolemæum & Seleucum Demetrio F.
3637 in Ciciliam transiret; *altero* occupata Pelopponne-
3638 so, pacem Cassandro extorqueret; *tertio* fractâ per Cassandrum pace, Demetrius à Ptolemæo & Seleuco in Syria vinceretur, & Seleucus Babylonem cum Media & Susiana miraculoso successu
3639 reciperet; *quarto*, ejecto ex Syria per Demetrium Ptolemæo, & occupata per eundem Babylone, ducto in Arabiam infeliciter ab Antigono exercitu, pace simulatâ, Cassander Europæ, Lysimachus Thraciæ, Ptolemæus Ægypti, Africæ, & A-
3640 rabiæ, Antigonus Asiæ totius summus Dux haberetur.

CONTEMPORANEA.

[illegible] JVDÆAM Ptolemæus, victo ad Gazam Demetrio Antigoni F. sibi subjecit; Hierosolymam specie sacrificaturi ingressus, Judæis Sabbathi reverentiâ pugnare nolentibus, eandem occupavit, & novum Græcorum imperio initium præbuit, *ASIATICA* *Joseph. Ant. lib. 12. c. 1.*

T ex

ex quo Judæis Græci regiminis annos supputare visum.

In CYPRO desiit Paphiorum Regum familia, postquam Ptolemæus, captâ Insulâ, Nicoclem in commune cum Antigono consulentem interfici curasset, & uxor, filiabus interfectis, mariti fratribus quæsitam mortem persuasisset. Ab eo tempore primò sub Ptolemæis, dein sub Romanis insula fuit, in horumque fide mansit, donec tempore Heraclii à Saracenis occuparetur, quorum dominio Richardus Angliæ Rex Anno Christi

Athen. l. 6. & 16. MCXCII. finem imposuit. Reges ejus veteres assentatores, (quorum qui sermones tanquam emissarii sublegebant, *Gergini*; qui de Gerginorum relatis inquirebant, *Promalanges* dicebantur,) sibi assumere, & raro in publicum prodire solebant. Insula lichnitis eximiæ ferax, Oenanthino etiam unguento excelluit. Nicocli coævus fuit *Straton* Sidoniorum Rex, qui Nicoclis æmula-

Athen. l. 12. tione, cum fœminis tibias inflantibus, saltatricibus, citharistriis, scortis Peloponnesiacis, ancillis Græcis, cœtus cogebat, iisque saltantibus & canentibus præmia decernebat.

Diodor. l. 20. In CAPPADOCIA *Ariarathes III*, cujus antecessori Cappadociam Eumenes ademerat, eodem occiso, *Ardoatæ* Armeniorum Regis copiis instructus, Cappadociam repetiit, & Amynta Macedonum duce victo & trucidato, peregrino milite ejecto, regnum feliciter recuperavit.

NICOMEDIÆ seu Bithyniæ (hæc à Bosphoro Thracio, ac Propontide ad Paphlagonas secundum mare Euxinum porrigitur) regni ad hoc

tempus

tempus videntur ſpectare primordia à *Zypæto* poſita. Hic enim per diſſidia Alexandri Ducum illectus, Bithyniam occupavit, & quamvis à fortuna in Chalcedonis obſidione, & Aſtaci, quam condiderat, jactura deſtitutus, felicius quærere. quam parta potuerit tueri, ſucceſſorem tamen habuit filium cognomento *Magnum*.

ÆGYPTO præfuit, ut diximus, *Ptolemæus*, & Cyreneos rebelles in ordinem redegit. Poſt id ea egit, de quibus in Judaicis, Cypriis, & Macedonicis diximus. *AFRICANA* *Diodor. l. 20.*

CARTHAGINENSES potentia Agathoclis, de qua in Siculis exciti, exercitum in Siciliam, duce Amilcare, miſere: à quo ad incitas redactus Agathocles, mutuato ab audacia præſidio, in A-
140 fricam trajecit, claſſem ſuam poſtquam cremaſſet, Magnam & Tunetum urbes cepit; Carthaginenſibus acie ſuperatis, ultra ducenta oppida, cruenta Pœnorum nihil moratus Sacrificia, expugnavit, & ſeditionem, occaſione Archagathi Filii à
141 militibus motam, * feliciſſime compoſuit.

In GERMANIA præfuit Sicambris *Diocles*, & non tantum Gothos ex Scandia egreſſos & Germaniam vaſtantes ingenti prælio vicit, ſed & Gallos cruentâ victoriâ profligavit. Nonnulli *Friſiorum* Hiſtorici, & Occa Scarlenſis, Suffridus Petri & Furmerius, *Friſonem* quendam ex Ragavi Phalegi Filii (qui Benedictam Friſiam, ab Indis Palibothram, à Græcis Praſiam dictam, à Semo cum corona chalybea, vexillo rubro incomparabilis virtutis, accepit) nepotibus, Adeli ab Agrammo quodam Tyranno poſſeſſione excluſi & Athenis ejecti filium, Hillæ Agathoclis Lyſimachi Filii *EUROPÆA* *Tritbem. in Chronico.*

filiæ maritum, ab Emodiis montibus à Sandracotto Indo ejectum, collectis bona Agrarnini venià Benedictæ Frisiæ exulibus, cum Saxone & Brunone fratribus, primum in Ægyptum ad Ptolemæum Lagidam, mox in Thraciam ad Lysimachum penetrasse, illic contractâ cum Germanis notitiâ, paratâ classe mare ingressum, ad hanc Germaniæ oram, ubi nunc Frisiæ nomen vastum, appulisse, Flevi ostia subvectum sedem cepisse, excitataque *Stavo* idolo suo æde, fundamenta urbis Staveranæ jecisse. Eundem, dimissis transfugis, fœdus cum Germaniæ ordinibus perpetuum percussisse, inter leges *Salicam* tanquam aulicam, pacis jura complexam, *Riduariam* velut equestrem, *Schipuariam* quasi navalem scripsisse, & Feudorum usum à se primo inventum introduxisse. Hujus ad Christi tempora successores fuisse dicuntur, *Adelo F.* primogenitus, qui paternas leges auxit, & suas in literas misit: *Ubbo*, qui Coloniam Ubiorum à se deductam literis mandavit. *Asinga Asco*, qui Batavorum arma lacessivit, cum Danis, Duce Dejocaro Secone, varie dimicavit, & in bello Tungris & Brabantis moto captus in ejusdem gratiam dimissus est. Ejus tempore ad collem, quem *Clivum rubeum* vocant, ignis e terrà erupit, eo sopito, draco in sublime vectus apparuit, mox se terræ insinuavit. Hæc est de Frisiorum primordiis fabula, quæ ab Emmio abunde refutata est.

Emmius in Apologet. refutat.

In ITALIA multa *in urbe & extra* gesta sunt. Satricum, Sora, Nola, Bovianum variis expeditionibus à Samnitibus captæ, & multa illorum millia aliquot prœliis prostrata. Apuli in ditionem

Livius l. 9.

populi

* populi Romani * venere. Oppressæ † Capuæ con-
36[illegible] jurationes. Ausonum gens excisa. Inventis ve-
[illegible] nis, fontalis aqua ab Appio in urbem * inducta:
* Via Appia viginti milliarium Germanicorum longitudinis ab eodem munita, & tibicinibus à
3640 Tiburtinis reductis, jus vescendi in æde Jovis restitutum est.

In SICILIA occupatam tyrannidem firma- *Diodor.l.16.*
[illegible] re poterat *Agathocles*, postquam Geloos, Acragantinos, & Messenios, societate junctâ, duce Acrotato Spartano, sibi bellum inferentes, ad pacem adegisset, & a Messeniis in urbem receptus,
* sexcentos * suspectorum trucidavisset, nisi ipsum
[illegible] Carthaginensium exercitus in mari magnam cla-
[illegible] dem passus, reparatus oppressisset. Tum enim tota fere SICILIA descivit, & ille id audere coactus est, quod ausum esse, in Punicis diximus. Interim Amilcar Syracusas obsidens, victus augurio
3641 fidem fecit, & Agrigentini, Syracusis commeatu exclusis, principatum Siciliæ ambivere.

De SPARTA & ATHENIENSIBUS nihil ha- *Diodor.l.19.* ctenus, nisi quod illi Ducem Acrotatum Siculis contra Agathoclem miserint, qui cum Tarenti auxiliis adjutus, magis Persæ quàm Spartano se similem gereret, in odium venit, & ingloriosus Spartam reversus est, hi libertatem ab Antigono impetrare studuerunt.

In THRACIA præfuit Odrysiis *Seuthes II*, *Diodor.l.20.* qui Antigoni partibus adhæsit, & cum Lysimacho congressus, fusus fugatusque est; Successit ei *Ariopharnes*, qui Eumeli Bosphorani partes contra Satyrum tutatus est.

In EPIRO fuit *Æacides*, à Cassandri Duce cum Ætolis Antigoni sociis victus.

De MACEDONIA sparsim dictum est. Dictis addi potest, Cassandri fratrem fuisse Alexarchum Uranopoleos conditorem, qui, ὀρ[illegible]λεαν gallum, tonsorem βροτοκέρτην, drachmam *argyrida*, chænicem *hemerotrophida*, præconem ἀπύτην dixit, ut peculiares loquendi formas invcheret.

Athenæ. l. 3.

Hoc temporis tractu floruere *Arcesilas* Philosophus, qui alias Φιλομειρακι@, primus mediam invexit Academiam, in utramque partem asserere aggressus, idque orationis genus, quod Plato per interrogationem & responsionem tradiderat, ex umbra in certamen produxit, Homeri studiosissimus. *Epicurus* patria Atheniensis, Cibario tantum pane & aqua contentus, qui dictionis perspicuitatem amavit, infinitos libros scripsit, & Chrysippum parasitum librorum habuit. *Polemo*, Scholæ Platonicæ post Xenocratem præfectus, qui in adolescentia profligatus, & oratione Xenocratis ad frugem reductus, tantam [illegible] constantiam assumsit, ut ne tum quidem, cum à rabido cane læderetur, expalluerit. *Dicæarchus Messenius*, qui animum nihil omnino esse [illegible] & Remp. Spartiatarum, opus Spartæ tanti [illegible] matum, ut in Ephororum prætorio, audientibus puberibus, quotannis ex decreto recitaretur, scripsit. *Hecatæus Abderita*, ad res gerendas valdè idoneus, qui historiam Judaicam [illegible] *Antagoras* Poeta, obsoniis edendis cupidissimus, qui, cum gallinam elixaret, balneum ingressus, ac jusculum pueri, absente se, sorberent, noluit [illegible]

Laert. l. 4.
Laert. l. 10.
Laert. l. 4.
Suidas. Cic. l. 1. Tuscul. quæst.
Euseb. l. 9. præp. Evang.
Athen. l. 4.

se, ut illud tanquam volucre matri concrederet, induci passus est. *Philoxenus* parasitus, cognomine *Pternocopis*, qui ad cœnam vocatus, cum atros panes convivator apposuisset, *Haud multos*, inquit, *affer, ne tenebras offundas*. *Corydus* parasitus itidem, cui cum quidam narraret, uxoris suæ cervicem, mammas, & ὀμφαλον se osculari; *Improbum hoc jam est*, dixit: *Nam Hercules ab Omphale ad Heben transiit*. *Pantica Cypria*, mulier intemperans, quam cum Moninius in uxorem peteret; *Ocnlis, mijer, uxorem quæris, non mente & animo*, ab Olympiade responsum accepit.

Athen. l. 6.
Athen. ibid.
Ibid. l. 13.

* Tum etiam tanta *Ecclipsis* facta *, ut stellæ conspi-
3640 cerentur. Rhodii proluvio aquarum obruti, & *grando* minæ pondere fuit.

Ex Sacris nil expectetur, præterquam quod *Onias I.* Pontificem apud Judæos egerit.

Articulus IV.

DE CLEOPATRA ET THESSALONICA ALEXANDRI CONSANGVINEIS

Anni sunt 14. ad annum 3655.

Eodem & istæ cum prioribus oppressæ sunt fato. *Cleopatra* enim Alexandri M. soror, Epirotarum Regis vidua, ab omnibus Ducibus in matrimonium expetita, ab Antigono, ne alicui nu-
* beret, Sardibus inclusa, cum fugam in Ægyptum
[illegible] moliretur, à mulieribus * ejusdem jussu trucidata est. *Istam* autem, post mortem Cassandri, in

Diodor. l. 20.
Justin. l. 16.

Diodor.l.21. in Alexandrum F. propensiorem, Antipatr. F. e medio sustulit, nullo maternæ cædis vestigio * relicto. Cæterum antequam istud scelus committeretur, multa utrinque à Regibus acta sunt. Et Demetrius quidem liberatis, (de quibus in Atticis) Athenis, Ptolemæum navali prælio in Cypro vicit, Rhodios Rex à Patre * proclamatus (hunc autem titulum Ptolemæus, Lysimachus, Seleucus & Cassander exemplo sumpsere) frustra * oppugnavit; Sicyoniis, pulso Ptolemæi præsidio, libertatem restituit †, Corinthum expugnavit, & Achajam sui juris fecit, sed tandem à Cassandro, pacem frustra * petente, auxilio Seleuci, Ptolemæi & Lysimachi, unico prælio ita attritus est, ut pater Antigonus caderet, & ipse fuga in Cyprum vix evaderet. Sequenti victoriam anno duxit * Lysimachus Demetrii filiam *Stratonicen*, filio Antiocho post traditam in uxorem, quarto vero post ipsam mortuus est * Cassander, eidemque successit *Philippus*, quo tabe extincto, contigit illud, quod supra accidisse diximus.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA De JVDÆA, CAPPADOCIA, BITHYNIA, nil singulare occurrit.

AFRICANA Diodor.l.20. ÆGYPTIORVM Ptolemæus Andrum * insulam, deducto præsidio, liberam fecit, ab Antigono ingenti classe instructo, frustra * disjectis à tempestate navibus oppugnatus est, urbes Cavæ Syriæ † in suam ditionem redegit, & Sidonem frustra obsedit.

CAR-

3642 CARTHAGINENSES variâ adhuc fortunâ infeſtabat Agathocles. Nam primò Ophellam Cyrenaicæ præfectum, in ſuas partes pertractum, occidit; Bomilcare Tyranno à Carthaginenſibus trucidato, Regem ſe dixit; Uticam
3641 * inopinò cepit: ſed poſt in Siciliam ob exulum turbas transfretare coactus, in abſentia
3644 magna clade, victo ſub filio Archagato triplici exercitu, affectus eſt: & cum redux res reparare non poſſet, clam exercitu effugere coactus eſt. Lib. 21 l. 8. 9. 10. el. 6. l. c. 16. 17.

In GERMANIA fuit adhuc *Diocles*.

In ITALIA populus ROMANUS aliquot bella cum *Hetruſcis*, *Samnitibus*, *Umbris*, *Hernicis*, *Aequis*, *Marſis* & *Gallis* confecit. *Hetru-*
3642 *ſcorum* Q. Fabius LXM trucidavit *, Decius pacem petere † coegit. *Samnites* multoties à
3641 * Fabio, Cornelio †, Poſtumio *, Fulvio, &c. cæſi, cladibus ipſis animoſiores evadebant. *Um-*
3644 *bros* in deditionem Fabius † accepit. *Hernicos*,
3641 quod Senatus eorum cives Samnitibus militantes in vinculis teneret, tumultuatos * Marcius
3645 tribus prælìis devicit. *Æquorum* nomen, quod hoſtibus auxilia miſiſſent, eo anno prope dele-
3643 tum eſt, quo & Flavius *Civile jus* evulgavit, fa-
3645 ſtosque circa forum in albo propoſuit, & Fabius
3642 forenſem turbam in quatuor tribus, urbanas
3643 dictas, conjecit. *Marſos* Romanorum Coloniam pellere conantes, Valerius Dictator agri
3641 parte multavit. *Gallos* Hetruſcis, Samnitibus, & Umbris junctos, Decius & Fabius Coff. in Sentinati agro acerrimo prælio proſtravere. Plura vide in Spartanis.

Diodor. l. 20. In SICILIAM Agathocles ex Africa bis rediit. Et *prima* quidem *vice* Agrigentinos, à suis Ducibus victos, cum aliis urbibus sub imperium redegit; *alterâ* Ægestanos ferè omnes, ut thesauris ipsorum potiretur, crudelissimè interfecit. Audita filiorum suorum in Africa nece, (interfecti erant à derelicto exercitu) militum consanguineos excarnificavit, tandem factâ cum Carthaginensibus pace, frustra eâdem cum Dinocrate Exulum Duce tentatâ, eundem circumventum vicit, & in Italiam transgressus, cum Brutiis & Crotoniatis bellum gessit.

Buchan. l. 4. In SCOTIA successit submerso in mari, dum Hiberniam cogitat, Fergusio, *Ferithare* frater.

Diodor. l. 20. SPARTANIS cum *Lucanis* & *Dem*[illegible] erat. *Illos* Duce Cleonymo Tarentinis sub[illegible], initio à bello desistere, & Metapontum ca[illegible] sexcenta talenta deponere coegerunt; mox absente in Corcyra Duce, idem amiserunt, nec iterum, victo à Romanis * auxiliaribus Cleonymo, recuperare potuerunt. *Hic* Archidamum ad Mantineam & Spartam profligavit; Spartam capturus, nisi Ptolemæi & Lysimachi in Cypro & Asia † victoriis revocatus fuisset.

ATHENIENSES variâ hoc temporis tractu usi sunt fortunâ. Demetrius enim *Plutarch. in Demetri.* ante mortem Antigoni libertate, capto Piræeo, expulso Cassandri præsidio, ejecto in Ægyptum & capitis damnato Demetrio Phalereo, cui CCCLXV statuas posuerant, donavit, & contra Cassandrum * defendit. Eodem occiso, recipere se nolentes (missi obviam legati [illegible] ple-

plebiscito, Ne quis Rex Athenis reciperetur) Lacharis tyrannide pressos obsedit, & ad deditionem † compulsis præsidium imposuit. Ex
3651 Demetrii statuis matulæ postea confectæ sunt. Nec mirum, cum damnatos alicujus criminis lutulare, & ita traducere, quod προπηλακίζειν dixerunt, soliti fuerint. Hic est ille *Demetrius*, qui initio olivis & caseo contentus, postea tanta ciborum copia usus est, ut coquus ejus *Moschus* biennio ex reliquiis, quas divendebat, tres villas emerit: qui etiam Leænam meretricem & Lamiam tibicinam deperiit, & primus *Homeristas* in theatrum produxit. *Athen. l. 1. & 15.*

In THRACIA fuit post Ariophannem *Senthes III.* qui ad Rhametalcem, qui in Tiberii tempora incidit, aliquot successores, de quibus nil memorabile occurrit, habuit. *Daegylis* filia putatur fuisse *Nemelisintis*, cui nec vivos homines medios secare, nec parentes liberorum corporibus vesci nefas fuit. *Valer. Max. l. 9. c. 2.*

In EPIRO fuit post Æacidam *Alcetas II.* qui cum Lycisco Duce Cassandri gemino prælio congressus, primo à suis desertus, altero magna clade affectus, pacem fecit, & mota licentiâ regnandi seditione, trucidatus est. Excepit eum *Pyrrhus*, hostium manibus infans ereptus, & à *Glaucia* Rege Illyriorum educatus, qui dentes discretos non habuit, & lienesos dextri pedis attactu sanavit. Res ab ipso gestas in sequentibus prosequemur. *Plutarch. in Pyrrho.*

In MACEDONIA quid Cassander egerit,
3653 supra expositum est. Post ipsum fuit *Philippus* F. quo,

Idem in Demetrio. quo ut dixi, extincto, inter Antipatrum & Alexandrum Macedonia divisa est.

Interim *vixere Theodorus*, non ille Samius sculptor, Teladei frater, qui duo diversis in locis, duo Apollinis signa simul sculpsere, quæ composita ita conveniebant, ut unum corpus ab uno lapide sculptum videretur: sed *Atheus*, qui cum impietatis in Areopago accusaretur, à Demetrio Phaleræo judicio subtractus est. *Suidas.* *Callias Syracusanus*, qui ab Agathocle donis corruptus mala fide ipsius historiam scripsit. *Timæus*, qui ab eodem in exilium pulsus, in ipsius rebus gestis multa præclara præteriit, multa injuriâ reprehendit. *Megasthenes* apud Indorum Reges commoratus, ut res Indicas bonâ fide traderet. *Plin. l. 6. c. 17. Theophil. Antioch. l. 3. Suidas.* *Euhemerus*, qui jussu Cassandri Oceanum Australem, ejusque insulas lustravit, Deos è rerum natura sustulit, & hoc universum casu ac fortuito regi confessus est. *Crates Thebanus*, Diogenis discipulus, qui redacta in pecuniam omni substantiâ, eandem apud trapezitam deposuit, hac lege, ut si filii Philosophi essent, indigentibus eam civibus distribueret, nihil o philosophos indigere existimans: si idiotæ, eandem ipsis redderet. Tunc temporis etiam *primi* † *tonsores* in Siciliam, & inde Romam venerunt: & à Seleuco *Laodicea*, quæ Hieronis civis M M Talentorum legato maxime crevit, & ovium excellentia celebris est; *Strabo l. 12. 16.* *Seleucia* ad Tigrim, CCC à Babylone stadiis dissita, Regum post Asiæ sedes. *Apamea*, *Beræa*, *Edessa*, & *Pela* conditæ sunt.

SACRA.

Ex sacris JVDAICIS hoc scire sufficiet. Sima-

Simonem filium Oniæ, nepotem Jaddi, cognomento *Justum*, qui laminis æreis cisternam stravit, fuisse pontificem, eumque aliquando *Iddo* & *Jaddum* dici. Quantum ad ETHNICOS in historia Antigoni fit mentio Αφροδισίων apud Cyprios. Author fuit Cinyra, Præfectus sacrorum, qui ἀγήτωρ ex ipsius posteris. Initiati pugillum salis, & psallum accipiebant, propitii numinis signa, ipsi vero assem unum, mercedis nomine Deæ tradebant. *Meurs. Græc feriat. l. 1.*

Caput II.

DE

REBUS à MORTE THESSALONICÆ AD FINEM REGNI MACEDONICI.

Anni sunt 140.

Articulus I.

DE

PTOLEMÆO LAGIDA.

Anni sunt 10. ad annum 3665.

ALexandri familia sublatâ, mansit Monarchiæ in Ægypti regibus vigor. *Ptolemæus* nomine Lagi, revera Philippi Alexandri Patris F. fuit: vitium etiam ejusdem, dum præter Eurydicen Antipatri filiam, etiam ex Berenice ejus comite & aliis liberos procreavit, æmulatus est, & illud regnum tenuit, cujus in posteris maxima habita est ratio. Judæam etiam cum semel oppugnasset, & Hierosolyma die quodam sabbathi, cum fin- *Joseph. Lib. c. 1.*

finxisset, se sacrorum gratiâ in urbem velle, & Judæi, superstitione correpti, arma eo die rapere horrerent, cepisset, ita sibi obstrinxit, ut ad quartum usque gradum tributaria maneret. Scilicet distribuit traductos per præsidia, jus civitatis, par cum Macedonibus, etiam Alexandriæ concessit, & exinde nomen σωτῆρος, quod tamen primò a Rhodiis contra Demetrium defensis datum esse existimant, obtinuit. Successorem in regno ex Berenice filium, dissuadente Phale-
Justin. l.16. ræo, nominavit, eidemque, ne insolitum hoc & iniquum populo videretur, privatus officium inter satellites fecit.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA SYRIACA historia hic redit, sed ejus nomen tantum, quantum Assyriæ, non complectitur. Erexit in illa regnum, seu potius Dynastiam
Joseph. l. 12. cap. 3. novam *Seleucus* ille, qui Ptolemæi exemplum jam secutus, bonam Judæorum partem in civitates à se exstructas, *Antiochiam* nempe a Patre, *Seleuciam* a se ipso, *Apameam* ab uxore, *Lao-*
Plutarch. in Demetrio. *diceam* a matre, *Edessam*, *Pellam*, & *Berœam* ab urbibus in Macedonia sitis denominatas transtulit, & æquale cum Græcis jus illic eis indulsit. Idem Antiocho F. insanabili novercæ Stratonices amore flagranti, eandem cum particulari regno in uxorem dedit, sibi duntaxat Asiâ, quæ intra Euphratem & mare mediterraneum est, ad vitæ tempus reservata.

JUDAICA historia partim cum Syriaca, partim cum Ægyptia ad Ptolemæi Philometoris tem-

tempora commiſcetur. Ideo in illis quærenda erit.

De CAPPADOCIA etiam & BITHYNIA ſilebimus.

ÆGYPTIORUM hiſtoria in primordio capitum usque ad Auguſti imperium quærenda erit. *AFRICANÆ*

CARTHAGINENSIA in Siculis vide.

In GERMANIA fuit, apud SYCAMBROS poſt Dioclem *Helenus*, homo iners, qui annis XIV regnavit. *EVROPÆA*

In ITALIA egregiè rem contra *Samnites*, *Hetruſcos* & *Lucanos* geſſere ROMANI. *Samnites* ſi ſpectes, Attilius quidem cruentam victo- *Liv. l. 10.11. Eutrop. l. 2. Flor. l. 1. c. 16.*
* riam * obtinuit : ſed Papirius juramento ad
3656 aram obſtrictos, ad Aquiloniam ingenti ſtrage †
† affecit. Q. Fabius Gurges Pontium ducem *
3[illegible] * cepit, & ſecuri percuſſit. Curius Dendatus, qui
[illegible] rapa in fictilibus eſſe, & aurum habentibus imperare
[illegible]o maluit, Samnium ita diruit, ut in Samnio
quæreretur. Poſthumius *Hetruſcos* pacem pe-
* tere * coegit. Tyrrheni denique contra *Lucanos*
3[illegible] *nos* Tarentinorum hortatu rebellantes † defenſi
† [illegible]65 ſunt. Ibidem propter æs alienum plebs in Jani- *Juſtin. l. 23*
3[illegible]4 culum ſeceſſit, & ab Hortenſio Dictatore ſenatui reconciliata eſt.

In SICILIA periit veneno & igne *Agathocles*. Mortui bona publicata, Archagatus nepos morte Manibus patrui Agathoclis, litare coactus eſt: Mennonem, qui ſcalprũ venenatũ Agathocli ſuppoſuerat, à Carthaginenſibus adiutum, Syra- * cuſani recepere, & mercenarii ab iisdem * di- [illegible] miſſi, & à Meſſenus excepti, civibus interfectis, uxo-

uxoribusque ipsorum ductis, urbem *Mamertinam*, se *Mamertinos* vocavere.

Buchan.l.4. In SCOTIA detecta est Ferlegi Fergusii F. in Ferithariam conjuratio. E custodia elapsus, absens damnatus est: & huic interim mortuo successit * *Mainus* Fr. opinione justitiæ tam celebris, ut eum lædere summum nefas omnes existimarent.

Plutarch. in Demetrio. Apud SPARTANOS *duplex* occurrit *Cleonymi* expeditio. *Primam* in gratiam Thebanorum, à Demetrio obsessorum, nullo successu suscepit. Territus quippe ipsius potentiâ recessit, Thebani deditionem fecere, & clementer a Demetrio habiti sunt. *Altera* in gratiam Tarentinorum paris eventus fuit. Transgressus è Corcyra Thurios, ab Aemelio Cos. in naves compulsus est. Ad Venetos cum pervenisset, parem jacturam subiit. Classe majorem in modum diminutâ, inglorius in Corcyram recessit.

Diodor.l.20. Livius l. 10.

Plutarch.in Demetrio. ATHENIENSES præsidium sibi à Demetrio impositum indignati, eodem à Pyrrho & sociis, ut in Macedonicis dicemus, fugato, idem ejecere, & antiquato *sacerdote* σωτήρων (hi Archontibus post Anaxicratem substituti erant) Archontes annuos reduxere, mox id expiaturi, nisi Demetrio in Asiam expeditio à Cratete Philosopho persuasa fuisset.

In EPIRO fuit *Pyrrhus*, cujus mox mentionem faciemus.

Justin. l.16. Plutarch. in Demetrio & Pyrrho. In MACEDONIA mira erat rerum facies. Cum in divisione regni inter fratres mater *Thessalonice* in Alexandrum minorem natu propensior videretur, ab Antipatro, vitam perubera materna

materna deprecata, occisa est. Alexander, Antipatri fratris facinus, eo gravius omnibus visum, quod nullum materiæ cædis vestigium fuerit (quanquã *parricidio nulla satis justa causa ad sceleris patrocinia prætexi potest*) ulturus, ex Epiro *Pyrrhum*, ex Peloponneso *Demetrium* accersivit. *Ille* pro mercede auxilii, suero auxiliantium more, magnam Macedoniæ partem, antequam iste venisset, invasit. *Iste*, qui spe regni Macedonici
3657 invadendi susceperat Alexandrum, suasu Lysimachi fratri ante suum adventum reconciliatum, intentarum sibi insidiarum specie, è medio sustulit, & *Rex Macedoniæ* dictus est. Antipatrum Fratris successorem Lysimachus socer, ne bello cum Demetrio implicaretur, in Thracibus debellandis occupatus interfecit, & partem generi Demetrio tradidit. Sic infelix Cassandri posteritati regnum Macedoniæ fuit. Videtur Alexandro M. seu necis ipsius, seu stirpis extinctæ pœnas, cæde, supplicio, parricidio luisse. Haud faventiore fortunâ & Demetrius regnum illud adeptus, usus est. Nam post captas & ob defectionem castigatas Thebas, post illatum Ætolis infeliciter
3664 bellum, à Pyrrho (qui ab Ætolis evocatus, Duce ipsius tum in Epiro vastationibus indulgentis ingenti prælio victo, Macedoniam invaserat) æger ad pacem adactus est: mox avitum Asiæ regnum, quod, devicto & occiso Antigono Ptolemæus, Seleucus & Lysimachus inter se diviserant, recuperare conatus, à Ptolemæo, Lysimacho, Seleuco & Pyrrho, (quorum Lysimachus Berœam, Ptolemæus Græciæ urbes expugnavit, Pyrrhus exercitu Demetrii corrupto & in fugam acto,

Macedoniam occupavit) oppugnatus, seditione militum exagitatus, purpuram deponere coactus est, tandem postquam, traducto in Asiam exercitu, & Euridicem Ptolemæi filiam accepisset, & Sardes nonnullasque urbes occupasset, commeatu ab Agathocle Lysimachi F. interclusus multis militum millibus peste amissis, indultu Seleuci hyberna Tharsi in Cilicia ponere necesse habuit.

Quintil. l. 8. *Athen. l. 6.* *Strabo l. 1.* Synchroni hisce fuere *Menander* Comicus, mente acutus, amore in mulierès insanus, qui omnium imaginem in vita ita expressit, ut omnibus ejusdem authoribus tenebras offuderit, & cujus tempore horarum vice pedibus umbram metiebantur, & ad certam ejus mensuram, decempedalem vel plurium pauciorumve, cœnæ tempus indicebant. *Deimachus* Platæensis, qui rerum Mathematicarum rudis, ad Allotrochadem Indiæ Regem legatus, commentariis peregrinationis multas fabulas inspersit. *Laert. l. 5.* *Strato Lampsacenus*, propter speculationem rerum naturalium *Physicus* dictus, qui adeò tenuis fuit, ut sine sensu moveretur. *Hesych. de viris illustr.* Philadelphi Præceptorem egit, & ab eo LXXX talentis donatus est. *Diodorus*, cognomento *Cronus*, qui primus & Ceratinas seu cornutum conclusionis genus, & *opertaneum* seu involutum invenisse dicitur. *Athen. l. 10.* *Herodorus Megarensis* tubicen, homo magnæ staturæ, qui panis sextarios sex, carnis libras XX esitabat, vini duos congios bibebat, duas simul tibias inflabat, & super leonis pelle perpetuo dormire solebat. *Bithes*, Lysimachi parasitus, qui, cum in ejus vestem scorpionem ligneum Lysimachus inje-

injeciſſet, re cognita, dixiſſe fertur : *Ego te quoq; terrefaciam, ô Rex; Da mihi talentum.* Ea ratione avaritiam ipſius perſtrinxit. *Athen. l. 6.*

Sacra.

Eccleſiæ JUDAICÆ præfuit poſt Simeonem
* * *Eleazar* frater, filio ipſius Oniæ vicarius datus.
3662 Nonnulli eidem Antigonum Sochæum, (qui ſuos, *Druſ. l. 3. de*
ne eſſent tanquam ſervi, qui miniſtrant principi, *ſect. Jud. c. 3.*
ut præmium recipiant, docuit, & fiduciam in futuri ſeculi præmio poſuit) ſubſtituunt. Diſcipuli ipſius fuerunt *Sadoc* & *Baithus* Sadducæorum
3663 ſectæ authores, de quibus poſtea. In ETHNI-
3659 CISMO miſſus eſt ad Ptolemæum *Serapis*, Synopenſis DEUS, pro Plutone cultus. Romani ad *Sext. Aurel.*
arceſſendum ex Epidauro Æſculapium miſſi, an *Victor.*
guem è ſimulachro ipſius elapſum advexere, & in Inſula Tiberi Æſculapio templum condidere.

Articulus II.

De

PTOLEMÆO PHILADELPHO.

Anni ſunt 38. ad annum 3703.

PTolemæi Philadelphi, ſic dicti, quod ſororem Arſinoën in amore & matrimonio haberet, Principis in literas proniſſimi, & bibliothecæ illius, in quâ *ſepties centena millia* voluminum aſſervabantur, authoris, res geſtæ ad *tria bella* reduci poſſunt. *Primum* erat contra Antigo-

Justin. l. 25. 26. num, nullius successus, quamvis Spartani, Athenienses & Gallogræci, de quibus *in Macedonicis* vide, auxilio essent. His enim ab Antigono trucidatis, in locum se tutiorem recepit: Summa belli in Athenienses devoluta est. *Alterum* erat contra Agam fratrem uterinum (postquam Argæum minorem fratrem insidias sibi struentem, & majorem ex Eurydice natum Cyprios ad defectionem sollicitantem occidisset) qui Cyrenæos ad defectionem pellexerat. Id defectione Marmaridarum, quæ Agam in Africam retraxit, frustra persequi volente ob Celtarum Ægypto inhiantium perfidiam Ptolemæo, interruptum, ab Aga, ductâ Apame Antiochi filia, per Socerum in vanum renovatum, datâ ab Aga Ptolemæi filio Berenice unica filia sopitum est. Post mortem Regis mater virginis Arsinoë, ut contractum invitâ se matrimonium solveretur, Demetrium, fratrem Antigoni ex Ptolemæi filia procreatum, ad nuptias filiæ regnumque Cyrenarum arcessivit; Sed cum idem, fiduciâ pulchritudinis, quâ nimis placere socrui cœperat, statim a principio, superbus, regiæ familiæ militibusque impotens esset, & studium placendi a virgine in matrem conferret, jussu virginis in lecto ad latus matris obtruncatus est. *Tertium* in Antiochum Theon, de quo in Syriacis, detonuit. Id longum & difficile, nec citiùs compositum, quam altera ei filia, Berenice nempe, elocaretur, cum Laodice jam ante elocata esset. Idem fossam à Nilo ad rubrum mare perfecit, quod olim Pharao Neco & Darius frustra tentaverant. Ejus etiam tempore

3688

tempore usus *Papyri* sive *chartæ junceæ*, cum ab Attalo Rege Pergami membranas Philadelphus ad parandam librorum supellectilem obtinere non posset, inventus est. Idem importuno luxu ita dementatus est, ut à se solo repertam esse immortalitatem gloriaretur. De ejus tentorio vide Athenæum. *Athen. l. 12.*

Contemporanea.

Apud SINENSES excepit familiam Chevæ *ASIATICA* familia Cina, unde regno illi nomen. Rex ejus post *Cinem Xio* Chevam familiam delevit: Tartaris multas clades intulit, & murum illum immanem exstruxit. *Hiangyoo* verò familiæ hujus ultimus (regnavit per XXXX annos) Regem Cu perfide occidit.

In SYRIA fuit *Seleucus*, & illa cum Demetrio egit, de quibus in Macedonicis res erit. Occiso successit * *Antiochus Soter F.* in cujus vita so-
3669 la lis, quam initiò Antigono † de Macedonia mo-
3671 vit, occurrit. Excepit eum *Antiochus Theos* *, de quo in Ægyptiacis dictum. Scilicet Ptole-
3698 mæus, suasu Agæ generi expeditionem in se molientem, immissis in omnes ipsius ditiones copiis, ita vexavit, ut omnem proficiscendi facultatem eriperet.

In CAPPADOCIA fuit *Ariamnes II.* qui *Justin. l. 29.* filio adhuc impuberi diadema imposuit, eundemque Imperii socium fecit.

In BITHYNIA erat *Nicomedes M.* qui *Pausan. l. 10.* Antigoni Demetriadæ contra Antiochum partes *Strabo. l. 12.*

secu-

secutus est; Bithyniorum tumultus ope Galatarum compescuit, cum iisdem occupatas * regiones divisit, (hinc *Gallogræciæ* nomen,) & è regione Astaci de nomine suo *Nicomediam* † tum condidit, cum & Trogmi Galatæ *Ancyram*, Tolistobogi *Tabiam*, Tectosages *Pesinuntem* erigerent. * 3671 † 3688

Athen. l. 13. Pausan. in Atticis. PERGAMI fundavit novum regnum, *Philetærus* Spado, meretricis Boæ Paphlagoniæ F. ille, qui à Docimo Antigoni Duce educatus, à Lysimacho pecuniæ Pergami præfectus, ab Arsinoë falsò delatus IXM Talentorum * Seleuco tradidit, & post ejus mortem ita se in arce sua cum præsidio continuit, ut semper potentiorem pollicitationibus lactaret. Successorem habuit *Eumenem* patruelem. * 3669

AFRICANA. Diodor. Sicul. l. 3. Strabo. l. 17. Apud ÆTHIOPAS fuit *Ergamenes* Rex, qui Græcorum disciplinæ innutritus, non tantum sacerdotum de consciscenda sibi morte mandata neglexit: sed & omnibus illis jugulatis, sacra pro arbitrio suo restauravit.

Polyb. l. 1. CARTHAGINENSIBUS partim cum Syracusanis & Pyrrho, partim cum Romanis, Mamertinorum causam agentibus, in Sicilia & in Africa res erat. Quid ibi actum sit, in Siculis videatur: In Africam Romani *decimo anno* primi belli Punici * trajecerunt, & primo quidem classem Carthaginensium oppressere, civitates LXXIV in fidem accepere, Carthaginem duce Regulo obsedere; sed tandem, cum is duras pacis conditiones offerret, vicere eundem duce † Xantippo Lacedæmonio, qui Pœnos, antecessorum * 3694 † 3666

Ducum

Ducum errore correcto, tam Elephantis quam Equitibus rectius uti docuit. Pœnis & XXXM cæsis, XVM captis, Regulus ipse in manus hostium devenit. Nec quicquam Romanos, quod bis Africam classe repetiissent, juvit: Damnosissimis enim naufragiis ita fracti sunt, ut per IX annos mari abstinere cogerentur.

In GERMANIA remoto ob inertiam *Heleno*, substituere Sicambri *Basanum*, qui filium suum *Sedanum* adulterii convictum morte affecit. Vide de eo in sequentibus plura. *EVROPÆA* *Tritbem. in compend.*

ROMANI *quatuor* hoc temporis tractu *bella* gessere. *Primum* in Senonas Gallos, Lucanorum, Brutiorum, Samnitum, & Hetruscorum copiis subnixos, desævit, in quo Cæcilius qui-
3667 dem Conf. victus, sed à Curio Dentato pulsi Se-
3669 nogallia excidere. *Alterum* in Bojos fuit, qui *Plutarch. in Pyrrho.*
metuentes, ne suis sedibus pellerentur, bellum movere, in quo bis victi, pacem facere coacti sunt. *Tertium* in Tarentinos classis direpta, & violati legati, ea de causa missi, excitavere. *Triplex prælium* adjuvante Tarentinos Pyrrho commissum. *Primum* in Campania ad Heracleam fuit tam atrox, ut projectis insignibus e prælio Pyrrhus excederet, ac ad Elephantes confugeret: qui cum primam aciem turbavissent, victoria penes Pyrrhum fuit. *Altero* in Apulia, Fabricio & Æmilio Consulibus, postquam frustra amicitiam per Cyneam oratorem petiisset, iidem Elephanti, quia ipsorum terror jam exoleverat, & Minutius quidam proboscide abscissâ
* mori posse eos ostenderat, dubiam, * Pyrrho ta-
3672 men magis obnoxiam, fecere. *Tertio* ad Luca-

niam in Campis Arufinis, poftquam ex Sicilia rediiffet Pyrrhus, Romanis iidem *Lucæ boves* conceffere. Cum enim unum ex his pullum adacti in caput teli gravis ictus avertiffet, & ille per ftragem fuorum percurrens ftridore quereretur, mater quafi vindicatum, poftquam agnoviffet, exiliens, hoftes gravi timore permifcuit. Sic Pyrrhus Italiâ exceffit; Tarentini autem, deditâ Romanis à Milone, qui in præfidio relictus erat, arce, poft ipfius mortem in deditionem venere. *Quartum* contra Carthaginenfes & Hieronem Syracufanorum Regem, Mamertinorum ab iisdem oppugnatorum (diu dubitarunt, an hominum tam fceleratorum ratio haberi deberet, cum præfertim fimilem perfidiam in legione,quæ Rhegium in Calabria expilaverat, acerrimè nuper ulti effent) patrocinium conflavit, ne illi, occupata Meffanâ, in Italiam pro libidine

Diodor.l.23. Polyb. l. 1. tranfirent. *Primum Punicum* appellatur, & res variô Marte gefta eft. Antequam in Africam * trajiceretur, Hiero tributarius * factus eft: † 3687 Hanno ad Agrigentum † victus. C. Duillius 3688 primum maris periculum facere aufus, ad Liparas fugata hoftili claffe, primum maritimum * * triumphum egit. Annibal, qui punicâ fide 3690 Cornelium Afinam circumvenerat, in Sardinia victus eft. Attilius Calatinus, omnia Pœnorum ex urbibus Siculis præfidia detraxit, & ex Camerinenfium faltu † Calpurnii virtute Ro- † manus miles evafit. Poft acceptam, de qua 3692 in Punicis, in Africa cladem, cum mare tentare caftigatis naufragio claffibus non auderent Romani, Panormum ab iis expugnatum; Afdrubalis

balis acies disturbata, pax petentibus negata. Con-
† tra Claudius & Junius ab Afris † victi; Amilcar
3701 Brutiorum fines * depopulatus est, & in Sici-
* liam regressus, multa Romanis damna † intu-
3702 † lit. Ibidem *primum horologium*, illudque so-
3703 lare, statutum * est: pestilentia etiam tanta, ut
* mulieres & pecudes abortum facerent, † fuit.
3666 Censu ultimo moti sunt Senatu Senatores tre- *Justin. l. 23.*
† decem, & censa sunt civium capita XXIXM
3974 DCCXCVII.

In SICILIA obsessos à Carthaginensibus *Plutarch. in*
* Syracusanos * liberavit Pyrrhus, eorumque *Pyrrho.*
3702 classe cæsa, Erycinâ vi, Panormo deditione captis, imperium Insulæ ita sibi acquisivit, ut & ad *Helenum F.* ex Agathoclis filia natum se transmissurũ speraret, & frustra tentato Lylibæo in Africam transmittere cogitaret. Spem ejus corrupere Siculi. Cum enim quosdam ex Principibus interfecisset, & *aleatori ter sex subinde jacienti, sed felici jactu uti non valenti similis*
3675 *esset*, descivere ab eo urbes, ipse Tarentum fugibundus rediit, & in itinere Mamertinos insècutus est. Post ejus discessum dissensionibus exortis, quatuor Tyranni sunt exorti; *Hiero* ancillæ filius, vir moderatissimus, factionibus oppressis, Rex à Syracusanis salutatus est. Neminem occidit, neminem relegavit, nulli civium molestus fuit: neque tamen opes, authoritatem, aut aliud præsidium a fortuna habuit, & quod maximè mirandum est, totos L annos ad XC ætatis, sensibus omnibus integris, & partibus corporis salvis, ex-
3686 pers insidiarum regnavit. Res subsecutas in Romanis vide.

In SCOTIA excepit Mainum Patrem *Dornadilla*, qui, quia maximam temporis partem venationi dedit, venaticas, quæ apud Scotos hac ætate observantur, leges tulisse creditur.

Plutarch. in Pyrrho. Justin. l. 25. Apud SPARTANOS incitavit Pyrrum *Cleonymus* Rex, ut Spartam invaderet, & Peloponnesum, in cujus interim Isthmo *thermæ* calidæ eruperunt, sibi subjiceret. Hostiliter agentem mulieres, viris in Creta absentibus, repulere, regressus bonam excercitus partem cum Ptolemæo F. ingentis animi principe amisit. Ipse vero Argis saxo de muris à fœmina jacto interfectus est. 3677

De ATHENIENSIBUS nil amplius novimus, quam quòd ab Antigono gravissimâ obsidione fatigati eidem se tandem dedere coacti fuerint. Ptolemæi nil profuere auxilia. Areus verò Spartanorum Rex, consumpto commeatu, quod supererat roboris, ad patriæ reservandum usum, neque temere Atheniensium causâ omne profundendum censuit. Ab hoc tempore sua Athenis potentia non constitit: post varias fortunæ sub Sylla, Augusto, Valeriano, & aliis vicissitudines, de quibus sparsim in sequentibus dicetur, ad eam tandem infelicitatem redactæ sunt, ut ne nomen quidem incorruptum retinuerint, & cum sint septuaginta amplius totâ Græcia dialecti, omnium tamen pessima istorum censeatur. Hic itaque separatæ Atheniensium historiæ finis sit. Decretum apud eos ab Aristonico erat, ut piscarii, si minoris piscem, quam æstimarant, venderent, in vincula conjicerentur. 3688

Cabasilas in Epist. ad Crusium.

Alexis in Lebete.

In

In EPIRO fuit *Pyrrhus*, cujus res geſtas per Romana, Spartana, & Macedonica ſparſæ *Juſtin.l.26.*
3689 ſunt, &, ut dixi, occiſo ſucceſſit *Alexander II.* qui patris necem ulturus, Antigonum Macedoniâ exuit, ſed à filio ejus Demetrio, puero adhuc, ex Epiro ejectus eſt, in quam tamen eum mox Acarnanes * reſtituere.

3690 MACEDONIÆ hoc temporis tractu *Demetrius, Pyrrhus, Lyſimachus, Seleucus, Ptolemæus, Ceraunus, Meleager, Antipater, Soſthenes, & Antigonus Gonata,* Demetrii F. ſucceſſivè mirâ fortunæ viciſſitudine præfuere. *Seleucus* a prudente quodam viro Patrocle, intutam imperio & formidoloſam tanti hoſpitis præſentiam dicente, inſtigatus, Demetrium bello inſperato invaſit, eundemque non tam vi Martis, quam morbi, & perfidiâ militum, ad deditionem compulit. *Demetrius* ſplendidè primò à Seleuco ſocero (ſuperiora vide) acceptus, mox cum multi ad eum ſalutandum confluerent, miſeratione in invidiam verſa, a Pauſania cum valida cohorte miſſo, in Cherſoneſum Syriacam deportatus, luſu & ebrietate acriores de infortuniis ſuis cogitationes ſepeliit, ibidemque tertio captivitatis
3666 anno mortuus eſt. Princeps erat cum aliis Principe dignis virtutibus, tum in primis ingenioſitate celebris, varias machinas bellicas, quæ hoſtes mole terrebant, excogitavit. Inde nomen *Poliorcetæ* tulit. *Pyrrhum*, trucidatis Caſſandri poſteris, regni partem poſſidentem, Lyſimachus, cui ferociſſimæ Thracum gentes in prima diviſione ceſſerant, ejecit. *Lyſimachum* Seleucus, *Plutarch. in Pyrrho.* *Juſtin. l.17.*
3669 ſeu ab ejus nuru & nepotibus (Lyſimachus enim inſtinctu

instinctu Arsinoës novercæ Agathoclem F. ex Lysandra Arsinoës sorore natum, veneno sustulerat) seu à Philetæro principis juvenis & aliorum mortem ægerrimè ferente commotus, bello petiit, & in acie victum, post amissos variis casibus XV liberos, postremum, domus suæ ruinæ accedentem cumulum, occidit. Corpus jam tabidum indicio canis repertum est. *Seleucum* Græciæ imperium anhelantem, *Ptolemæus Ceraunus*, Lysimachi affinis, qui ante VII menses in Lysimacho interficiendo socius ei fuit, simul ac exercitum in Europam traduxisset, insidiis
Justin. l. 24. 25. circumvenit, &, occiso eo, Macedoniam ad se 3670
rapuit. Ptolemæo regnante, Celtæ qui ante tria secula, emissa multitudine, partim in Italia, partim Pannonia consederant, Duce *Belgio* in Macedoniam se infudere, quibus cum occurrisset, & pacem nisi datis obsidibus respueret, victus & die regni CCLXX obtruncatus est, (*Non ea felicitate defenduntur parricidia, quâ fiunt.*) addita cladi ignominia. Caput enim resectum, in summa hasta fixum, toto circumlatum est exercitu, ad terrorem hostium, qui ordines rejectos restaurare conabantur. Par trium successorum fortuna. Nam *Meleager* quater XV, *Antipater* ter XV dies nomen Regis Macedoniæ habuit. *Sosthenes* vero, ignobili quidem loco natus, sed virtute præcellens, Regiumque nomen rejiciens, postquam Gallos compescuisset, Macedoniam ab hostibus masculè defendisset, in Regem electus, secundo regni anno à Brenno Celtarum Rege, qui adunatis CLM peditum, & XVM. equitum in Macedoniam irru-

irruerat, victus est. Melior *Antigoni Demetriade*, tanquam legitimi hæredis, fortuna. Postquam enim Galli ad spoliandum templum Delphicum irrito conatu irrupissent, & mox facta inter Antigonum & Antiochum pace, fugatis Getarum Triballorumque copiis, impressione in Macedoniam facta, Antigoni naves incautius diripientes, a remigibus trucidarentur, patuit Antigono Macedonia. Et licet Pyrrhus post bellum Tarentinum eâ eum exueret: tamen post tentatam infeliciter Spartam pauló post occisus, facilem ei reditum ad regnum reliquit: cumque id iterum, deficientibus a se ad *Alexandrum* Pyrrhi F. militibus, amisisset, Demetrius F. admodum puer illud recuperavit, & Alexandrum non tantum è Macedoniâ, sed & ex Epiro ejecit, qui tamen post, subditorum favore, ab Arcadibus restitutus est. Antequam autem id fieret, commisit Antigonus cum Gallogræcis prælium, eosque cædibus suorum madentes, & oculis occisorum obversantibus manibus vexatos, ita cecidit, ut Dii cum hominibus in eorum exitium consensisse viderentur.

ACHÆORUM Rempublicam, quæ antehac Patras, Dymam, Pharas, Tritæam, Leontium, Aegiram, Pellenem, Aegium, Buram, Ceranniam, Olenum, & Helicem urbes complectebatur, si Polybio credimus, circa hoc tempus Patrenses & Dymæi, accedentibus Aeginensibus, restituere. Rexerunt eam per XXV annos ita ut communem scribam, & duos prætores ha- *Polyb. l. 2.*
3691 berent; Dein unus placuit, & libavit eum honorem primus *Marcus Carynensis*. Aristotimus etiam, *Justin. l. 26. Plutarch. in Arato.*

etiam, occupata in Peloponneso Epirorum urbe, tyrannidem & instituit, & per sævitiam * quinto * quam cæperat mense amisit. Cum enim multis 3679
Plutarch. in Arato. occisis, alios in exilium egisset, matronasque ipsarum, quæ ad edictum ejus cum preciosissimis quibusque, quasi cum viris in perpetuum exulaturæ, ad portam congregatas omnibus rebus spoliasset; Hellanicus senex & liberis orbus, contractos domum amicorum fidissimos, ad vindicandam patriam hortatus est. Cunctantibus privato periculum publicum finire, accersitis servis & obseratis foribus, tyranno nunciari jussit, mitteret, qui conjuratos domi suæ comprehenderent, sicque eos in anceps periculum conjectos, ut Aristotimum interimerent, coëgit. Pari felicitate & *Aratus Sicyonius*, XX annorum adolescens, patriam à Tyrannide † †
Nicoclis liberavit. Fortè & intra hoc tempus 3703
Aetoli ad mare Jonium ab Acarnania ad Locros Ozolas, & ab hac maris ora introrsum versus septentrionem ad montana Thessalorum habitantes, in unam Remp. coivere, & Panætolium, quod quotannis in autumno habebatur, in quo prætor seu στρατηγὸς eligebatur, & totius Reip. summa residebat, Thermi, foro celebri instituere. Habebant præter Prætorem ἀποκλήτους, Magistrum Equitum, publicum scribam, & Ephoros. Vide Emmium in Republica Aetolorum.
Euseb. præp. l. 10. Floruere sub Philadelpho *Berosus Chaldæus* sacerdos, qui historiam rerum Chaldæarum scri-
Euseb. in Chronic. psit, & Antiocho Theo obtulit. *Manetho*
Strabo l. 14. Sebennita flamen, qui historiam Aegyptiacam,
Athen. l. 14. sacram præsertim, ex columnis in Seriadica terra positis

positis erutam, conscripsit. *Hegesias, Magnesius,* qui Attico stylo corrupto primus Asiaticum induxit. *Antigonus Carystius*, qui Philosophos ab Atheniensibus decreto aliquando ejectos testatur. *Zoilus*, qui mordaci stylo summos viros, & ex iis Homerum, appetiit, & ideò in crucem actus creditur. *Sostratus Cnidius*, qui Pharum, antehac insulam, jactis in altum molibus, isthmum & peninsulam fecit. *Aratus Astronomus*, phœnomenorum author. *Aristarchus*, qui Samiis periodum lunarem ad formam Calippicam præscripsit, & primus terram moveri opinatus est. *Lycon Troadensis*, Stratonis Lampsaceni successor, ob dicendi suavitatem *Glycon* dictus, qui adeò cultu mundissimus erat, ut vestium incredibili mollitie ac nitore uteretur. *Lacydes*, novæ Academiæ princeps, qui Attalo illum ad se accersenti imagines procul esse intuendas dixit, & solus ex omni memoria vivens Phocensibus scholam tradidit. *Zeno* Stoicorum author, apud Antigonum & Athenienses in tantis deliciis, ut si quando Athenas veniret, ille Auditor ejus esset, hi urbis claves apud eum deponerent, eundemque coronâ aurea & imagine aureâ honorarent. *Erasistratus* Aristotelis nepos, qui Herophilum imitatus, nocentes homines vivos incidebat, & ob deprehensum Antiochi Regis in Stratonicam amorem celebratur. *Theophrastus Montinensis*, qui se pharmacum, quod sine ullo doloris sensu lentam mortem inferret, reperisse
3694 jactabat. *Belistiche*, fœmina à Macedoniæ oris orta, bigarum palmam tulit.

Vitruv. l. 7. Archit.

Laërt. lib. 5.

Ibidē lib. 4.

Laërt. lib. 7.

Suidas.

Theophr. l. 9. Hist. Plant.

SACRA.

SACRA.

Euseb. in Chronic. Apud JUDÆOS successit in Pontificatu 3695 Eleazaro avunculus *Manasses*, & ab inde non tantum hæreditario jure, sed & pretio ambitioneque dignitatem assequebantur. Pentateuchus autem in Ægypto à LXX interpretibus, curante rem Demetrio Phaleræo, in Græcum conversus, secutæ fœderis divini ad gentes translationis *Meurs. l. 1. Græc. Fer.* præludium fuit. In ETHNICISMO occurrunt *Arateja* & *Soteria*. In *illis* natalis Arati dies celebrabatur; Aratus fasciam non ex toto candidam, sed purpura intertextam gerebat, carmina ad Cytharam à Symphoniacis canebantur, gymnasiarcha pompam ducebat, coronatus Senatus sequebatur. In *his* Jovis Servatoris Sacerdos sacra peragebat.

Articulus III.

DE

PTOLEMÆO EVERGETA I.

Anni sunt 25. ad annum 3728.

Justin l. 27. EVergetæ regimen *turbatum* partim, partim *pacatum* fuit. *Illud* ut esset, *duplex* cum Seleuco Syriæ Rege *bellum* effecit. Causa *prioris* Callinicus Seleucus; instigatus a Laodice, ne regnum, Antiocho Theo mortuo, sibi a Berenices liberis eripi pateretur, Daphnem urbem, in qua noverca, sed & eadem matris & Evergetæ soror, cum parvo filio erat, obsedit, & cum vi expugnare non posset, ad dolos se convertit, eandemque circumventam, (*Si jus violandum est,*

est, regni causa violandum) ac deditione acceptam, interfecit. In *hoc* Ptolemæus urbes Asia-
* ticas, scelus perosas, ad se * pertraxit, &, nisi do-
1705 mestica seditione intricatus fuisset, toto Seleuci regno sine sudore & sanguine potiri potuit. Seleucus, cum ad illarum recuperationem tenderet,
† totam classem † naufragio amisit, nec quicquam
1706 illi ex tanto apparatu præter nudum corpus, spiritum, & paucos naufragii socios fortuna residuum fecit. Civitates, cum legatos de infortunio suo conquerentes misisset, velut Diis arbitris sibi satisfactum esset, in infortunii misericordiam
1707 versæ, imperio se ejus * restituere. *Alterum* Seleucus, malis suis lætus, & damnis ditior redditus, velut par viribus, in vindictam sumsit, sed in eo victus, Antiochiam fugit, & non nisi succursu Hieracis fratris, cui in præmium Asiam inter fines Tauri montis obtulerat, liberatus est. Pacem nactus, Bibliothecæ *Eratosthenem* illum præfecit, cujus in Mathematicis peritia nobilitata est.

CONTEMPORANEA.

Apud PERSAS erexit tertiam Dynastiam *ASIATICA*
Arsaces Græcis, *Asthki* Tarich Musulmanico *Justin. l. 41.*
dictus. Hic, seu incertæ originis, seu ex familia *Strabo l. 11.*
Artaxerxis, seu Scytha exul, (Parthi enim Scytha- *Georg. Mo-*
rum sermone Φυγάδας seu profugos & vagos so- *nach. in Chron. Ta-*
nant) cum fratre Teridate à Macedonibus defe- *rich. apud*
cit, mox Hyrcaniam sibi subjecit, leges subditis *Schickardū.*
tulit, & successoribus suis *Aschkanæorum* seu *Arsacidarum* nomen imposuit. Excepit eum *Aschki F.* qui cum Antiocho pugnavit, cui successere ad Artaxerxem usque, cujus in quarta Monarchia mentio, *Schabur*, *Gurdat*, *Baad Godaritz*, *Hor-*

dos, *Arduvan*, *Casro*, *Aschkan*, & *Arduvan II*, si Tarich credimus. Nos seriem à Græcis traditam sequemur.

In SYRIA fuere post mortem Antiochi Thei *Seleucus Callinicus*, *Seleucus Ceraunus* seu *Pogon*, & *Antiochus M.* *Illius* tria memorantur *bella*. *Duo* contra Evergetam, de quibus in Ægyptiacis
Justin. l.28. diximus: *tertium* Antiochus Hierax frater, regni 3[illegible]
avidus, & Gallorum copiis ferox, quod se inscio cum Ptolemæo pacem fecisset, movit. Duplex *prælium* commissum est. *Primo* Seleucus victus tota Syria pulsus est, Galli Seleucum cecidisse putantes, in Antiochum arma vertere, liberius Asiam depopulaturi, si omnem stirpem regiam extinxissent. Antiochus a prædonibus auro se re- 37[illegible]
dimere, & societatem cum iis inire coactus est. Attalus verò, fratrum discordia incitatus, eos aggressus ex superiori congressu adhuc sancios, ipse viribus integer fudit, & id facinus ausus est, quod in Pergamenis exponetur. *Altero* Antio- 37[illegible]
chus profligatus, memor, quæ vel facturus fratri esset, vel a fratre meruisset, primo apud Socerum eumque Cappadociæ Regem, postea apud Evergetem perfugium quæsivit, & ab hoc non tam amico, quàm hoste facto, octo annos in arcta custodia detentus, tandem quidem operâ cujusdam Thaidis, quam familiarius noverat, decepit custodes & elapsus est, sed cum fugiens devia in loca deferretur, in latrones incidit, ac vitam amisit.
Seleucus Ceraunus Attalum, minoris Asiæ provin- [illegible]
cias repetiturus, aggressus, dolo Gallorum & Nicanoris periit. Hic verò est ille Callinicus, qui
Strabo l. 16. Aradiis sibi adhærentibus asyli libertate (quâ cavebatur, ne profugos Regibus cogerentur tradere)
con-

concessâ, Remp. ipsorum valdè auxit. De *Antiocho M.* in sequentibus audiemus.

In CAPPADOCIA fuit *Ariarathes IV.* Antiochi θεȣ̃ gener.

In BITHYNIA vixit vel *Nicomedes M.* vel *Zielas* ejus filius.

† PERGAMI fuit post Eumenem † *Attalus*, qui Antiochum Hieracem & Gallos aggressus fudit, bonam Asiæ partem victor occupavit, & regium * titulum sumsit.

CARTHAGINENSES hoc temporis tractu in *Sicilia, Hispania* & *Africa* bella gerebant. *Priora* sub suis locis vide. *Hoc* post pacem cum Romanis factam, mercenarii in Africam transportati, cum detrimenta compensare Carthaginenses nollent, ducibus Mathone & Spendio movere, & per triennium vario Marte, pertractis in partes Afris, contra Hannonem, Hannibalem & Amilcarem, ad Uticam, Gorzam, & Tunetum, gessere, donec Numidarum secessione fracti utroque duce capto, trucidarentur. *AFRICANA* *Polyb. l. 1.*

Apud SICAMBROS fuit adhuc Rex *Basan*, qui & Regem *Thabor*, vicinis Moguntiæ locis imperantem, & interfecit, & in ejus rei memoriam castrum Monthabur ædificavit. *EUROPÆA*

In HISPANIAM, oppressis in Africa seditiosis, & recepto à filio Hannibale hostilitatis in Romanos juramento, * transportavit bellum Amilcar, illudque per IX annos feliciter gessit. Ab Orissone regulo fugatus, & in aquis suffocatus †, successorem habuit *Asdrubalem*, qui bonam Hispaniæ partem subjugavit; Carthaginem novam * exstruxit, & cum Romanis fœdus ea conditione *Polyb. l. 2.*

renovavit, ne Iberum fluviũ Carthaginenses cum armis trajicerent. Ibidem *Barcellona* condita est.

ROMANI, postquam Siciliam Carthaginensibus expressissent, *bellum Punicum I.* finivere, & *triplex* intra hoc, quod hic ponimus, spacium gessere. *Primum* in Sardos rebelles, quibus à Manlio victis, Sardinia omnium prima Romanorum provincia facta est. *Alterum* contra Gallos tumultuantes, quod Flaminius Tribunus plebis Picenum militibus* divideret: In eo Galli ter victi, Reges † Congolitanum & Viridomarum *, nec non Mediolanum Urbem amisere. *Tertium* contra Teutam Illyriorum Reginam (antecedentia in Ætolicis vide) quæ mare per piratas infestabat, & legatos violaret. Victrix in * Corcyra, ad Dyrrhachium victa, regno pulsa est: pacem tandem, Illyrico adempto, tributo imposito, navigatione ultra Lyssum inermi, promissa, obtinuit †. Ibidem Spurius Carvilius Ruga primus divortium * fecit, quia liberi ex uxore, corporis vitio, non gignerentur: Et cum aquarum eluvione, ac ignibus † conflictatum est.

Livius l. 40. *Polyb. l. 2.* *Gellius l. 4. c. 4.* *Flor. l. 2. c. 4.*

In SICILIA fuit adhuc *Hiero*. Et postquam ludos Romæ spectasset, benignitatem populi Romani ducentis millibus modiorum tritici remuneratus est.

In SCOTIA successit Dornadillæ *Nothatus* frater, qui cum omni suppliciorum genere subditos afflixisset, nec regnum Reuthero legitimo hæredi restituere vellet, à Dovallo Gallovidiensi obtruncatus est.

Buchanan. l. 4. Rer. Scotic.

SPARTANI *duplex* interim *bellum* gessere; *Unum* in gratiam Achæorum, duce Agide, cum Ætolis Lacedæmonios suæ Reip. jungere cupientibus,

Plutarch. in Agade & Cleomene.

tibus, qui redux, juſſu Leonidæ Tegeæ exulantis, & ab Ageſilao Ephoro ſeditione mota, quòd neglectis Lycurgi legibus, priſtinam continentiam reſtituere conaretur, revocati, in carcere cum matre & avia ſuſpendio necatus eſt. *Alterum* duce
* * Cleomene cum Achæis. Hoc primo, victo Ara-
3723 † to, occiſo prope Megalopolim † Lyſiade, multis
3724 urbibus * captis, ſatis felix, tantem tradito ab A-
* chæis Antigono Regi *Acrocorintho* calamitoſum
3725 evaſit, & Cleomenes Leonidæ F. ita ab Antigono fuſus eſt, ut in Ægyptum concedere cogeretur, poſtquam reliquias ex prælio, ut ſe melioribus
3727 Reipubl. ſatis ſervarent, hortatus fuiſſet. Hic verò eſt ille *Cleomenes*, qui ultimus Euryſthenidarum fuit, paulò ante cladem victoriis elatus, Ephoros trucidavit, omnium bona æqualiter diſtribuit, æs alienum condonavit, Spartanam Remp. veteri conſuetudini adſtrinxit, & Epiclidam fratrem, ſublato per venenum Eurydamide, in regnum aſſumſit. Idem in ſumma diu dignitate apud Ptolemæum vixit: ſed cum a filio ejus carceri cum omni familia incluſus evadere, regemq; fruſtra occidere conaretur, voluntaria cum omnibus ſuis morte perire neceſſe habuit. *Pauſan. in Cor. Polyb. l. 5.*

In EPIRO, mortuo Alexandro, adminiſtrabatur regnum ab *Olympiade*, quæ, ut tutius Acarnaniæ partem, quam ab Ætolis portionē belli maritus acceperat, contra eosdem defenderet, Demetrio Macedoniæ Regi filiam elocavit, & ſic belli inter eum & Antiochum cauſa extitit. Succeſſit illi, poſtquam tutelam depoſuiſſet, *Pyrrhus F.* eumq; mox excepit *Ptolemæus* frater, qui cum in hoſtes cum exercitu iret, in itinere deceſſit. Sic regia Epi- *Juſtin. l. 28. c. 4.* *Polyb. l. 2.*

rotarum Regum familia occubuit, & nos finem Epiroticæ Historiæ faciemus.

Plutarch. in Arato. MACEDONIÆ præfuere post Antigonum *Demetrius* ejus F. & *Antigonus Doso*, sic dictus, quod non daret, sed videretur daturus, tutor Philippi, Demetrii filii. De *illo* nil est, quod dicamus. *Hic* Thessalos Dardanosque coërcuit, seditiosum militem, à quo in regia clausus erat, diademate deposito, in pœnitentiam flexit; (*hic est mos vulgo, mutabilis subitus & tam prono in misericordiam, quam immodicum sævitia fuerat,*) Arato contra Spartanos auxilium feliciter tulit, in eosdem victos clementiam exercuit, tandem, cum ex Peloponneso in Macedoniam contra barbaros phtysicus properaret, sangvinis vomitu interiit.

Polyb. l. 2. Plutarch. in Arato. ACHÆORUM Respublica interim aucta est. Aratus enim Sicyonius, Prætor, Macedonum præsidia ex civitatibus ejecit, Corinthum, Epidaurum, Megaram, Trœzenem societati adjecit, Piræum, Munychiam & Salaminem, diuturno Macedonico præsidio pressas, liberavit. Argivos * denique & † Arcadas in fœdus pertraxit. Lacedæmonii societatem recusantes, an ipsis multum obfuerint, ex Spartanis colligi potest. In eo bello fortiter se gessit *Philopœmenes*, triginta annorum juvenis. 3707 * 3710 † 3714

Circa hoc tempus floruere *Jesus Syracides*, cujus opusculum inter Apocrypha Biblica extat. *Callimachus*, non ille, qui primus lapidem perforavit minutatimque tractavit, inde τηξιτίχνων, id est, artis interpolator nominari studuit: Sed

Suidas. *Poeta Cyrenensis*, Elegiographorum inter Græ-

ces

cos princeps. *Callimachus Battiades*, qui de urbibus, piscibus, insulis, ventis, & aliis plurimis scripsit; *Philostephanus*, qui inter cætera librum de Cypro condidit, & in eo, ut Pygmalion Cyprius eburneum Veneris simulachrum perditè amarit, exposuit. *Ctesibius*, non ille Alexandrinus, qui pneumaticam rationem & hydraulica organa reperit, & horologium nocturnum veluti clepsydram magnam, haud raulico organo similem, fecit; sed Historicus, qui annos CXXIV vixit, & finem vivendi inter deambulandum fecit. *Sesibius* Lacon, ex illorum Grammaticorum genere, qui ἐπιλυτικοὶ dicebantur, quod obscura quæque in Scriptoribus explicarent. *Apollonius Rhodius*, in quem, tanquam ingratum, Callimachus carmen maledictum, *Ibin* dictum, composuit. *Cn. Nævius* Poeta, qui stipendia bello Punico primo fecit, & ob maledicentiam in carcerem conjectus est. *Callicrates*, Evergetæ adulator, qui non solum in annulo signatorio Ulyssis imaginem circumferebat, sed liberis quoque suis Telegoni & Anticleæ nomina imposuit. *Panaretus*, qui Medicos nunquam consuluit, cum Evergeta consuetudinem, annua mercede XII Talentorum constituta, habuit, & integra valetudine, quamvis gracillimus, vitam exegit. Intra hoc tempus Colossus Rhodius, pedes centum viginti sex altus, terræ motu corruit.

Arnob. l. 6.

Plin. l. 7. c. 37.

Apollod. in Chronico.

Suidas.

Athen. l. 16.

Id. l. 13.

SACRA.

Apud Judæos nil occurrit, sed nec apud ETHNICOS quicquam.

Articulus IV.

DE PTOLEMÆO PHILOPATORE.

Anni sunt 17. ad annum 3745.

PTolemæi Philopatoris imperium in *tres periodos* dispesci potest. *Primam*, postquam parentibus & fratre occisis, nomen per Antiphrasin obtinuisset, per luxum & desidiam peregit. *Alterâ* ab Antiocho M. Syriæ Rege veteri regnorum odio urgente, *triplici expeditione* petitus, *primâ* quidem Seleuciam, Ptolemaidem & Tyrum, proditore Theodoro Attalo Cavæ Syriæ præfecto *, amisit; *secunda* Nicolao Duce suo ex angustiis montis † Libani fugato, de- 3[illegible]
Syria periclitatus est: Sed *tertiâ* commisso ad Raphiam prælio (erant ex parte Ptolemæi 3[illegible]
LXXIIIM peditum, VM equitum. LXXIII 37[illegible]
Elephantes, ex Antiochi LXIIM peditum, VIM equitum CII Elephantes) post victoriam variè modò huc modò illuc fluctuantem, tandem hostem juvenili audaciâ efferatum, a phalange Ægyptia in fugam conjectum, ad pacem faciendam adegit. *Tertiâ* periodo, Judæos, ut in sacris dicetur, vexavit. Eurydicem uxorem occidit, & Agathocliæ meretricis illecebris captus, per fratrem ejus Agathoclem omnia administravit. Mors ipsius, dum mulieres pecuniam rapiunt, & imperium cum perditissimis occupare conantur, diu occultata est, revelata exitium illis attulit, concursu multitudinis

Justin. l.30. Polyb. l.5.

A_a-

Agathocles oppressus est, & mulieres in ultionem Eurydices patibulis suffixæ sunt. De navi ejus vide Athenæum.

Contemporanea.

Apud SINENSES fecit quintam Epocham familia *Hanya*, cujus author *Licupango*, ex latrone Dux, & inde, victo Hiangyoo Rex *Haovo* successor Tartaros tanta clade affecit, ut & Rex & primores omnes desiderarentur. Coream urbis subegit, & victos in Laotung transtulit, Cochinchinam Sinicis moribus assvefecit. *Mingo* ferreum pontem exstruxit. Duravit hæc familia ad A. C. CCLXIV. *ASIATICA* *Justin.l.41.*

In PERSIA fuit post Patrem *Arsaces II.* quem contra Antiochum M. magnâ virtute pugnasse, tandem in societatem ejus receptum fuisse, Justinus autor est. Idem dum eorum mores describit, exercitus eos ex servis, quos pari cum liberis curâ fovebant, habuisse, loricas plumatas pro munimento gestasse, auri & argenti usum in armis nescivisse, uxores dulcedine variæ libidinis plures aluisse, adulteria severissimè punivisse, mortuos avium & canum laniatui exposuisse, ossa demum nudâ terrâ obruisse, refert.

3730 SYRIÆ *Antiochus M.* præfuit, & *quadruplex bellum* intra hoc tempus gessit. *Primum* in Molonem, Asiæ præfectum, sed, quod Hermiæ Caris summam regni tenentis crudelitatem timeret, defectorem, erat, in quo iste, Xenonem & Theodotum Duces Regis perterruit, & totius *Polyb.l.5.&.*

agri Apolloniæ dominus factus est. Xenetam alium Regis Ducem vicit, tandem à Rege consilio Zeuxidis victus violentas sibi manus intulit. Rex autem domum redux, Hermeam sibi insidiantem, Apollophanis Medici vocem secutus, in desertum locum pertractum, è medio sustulit. Molonis frater Neolaus alterum fratrem Alexandrum Persiæ præfectum aggressus, trucidatis matre ac nepotibus, se & ipsum Alexandrum, ruinæ infelicis domus superaddidit. *Alterum* cum Ptolemæo fuit, & in Ægyptiacis * expositum est. *
Tertium pro recuperanda ab Achæo consangui- 3730
neo, quam injustissimè, distracto bello contra Artabarzanem Antiocho, occuparat, Asiâ, traducto
in partes † Attalo, susceptum felicissimè con- †
fectum est; Achæus namque omnibus in Asia 3734
Idem. l. 10. exutus, intra Sardes * compulsus, & à Bolide *
Cretensi, Ptolemæi legato, cui arx dedita erat, 3735
Cretica fide proditus, dignum meritis supplicium luit. *Quartum* in Arsacem erat, postquam Ptolemæi ex Syria præfectos ejecisset, quo multis præliis fuso, Syringem Hyrcaniæ caput deditione accepit. Posthæc fecit cum Eutydemo in Bactris pacem, eidemque Regium titulum concessit.

In CAPPADOCIA fuit *Ariarathes V*, Antiochi M. socer.

Polyb. l. 4. 5. BITHYNIÆ præfuit *Prusias*, cognomento κυνεγὸς, qui Byzantiis à Rhodiis persuasus, quod magnitudine tributorum Gallis persolutorum exhausti, ab omnibus, qui in Pontum navigarent, vectigal exigerent, bellum intulit, easdemque,
postquam Rhodii Achæum, cui illi innitebantur, 373
libe-

liberato ejusdem ex carcere Ptolemæi patre Andromacho, conciliassent, proposito desistere, coegit; Gallos etiam Hellespont urbibus insidiantes, omni Troada, duce Tremiste, pulsos prælio vicit, uxores eorum & sobolem occidit, & omnia eorum militibus diripienda præbuit. *Polyb. l. 5.*

Apud PERGAMENOS *Attalus II.* postquam Lyco trajecto in Mysiam venisset, & ope Galatarum Tectosagum Achæum, qui magna Pamphyliæ parte subacta, eidem bellum intulerat repressisset, eosdem ob Lunæ deliquium militiam detrectantes, (Ἐυαλωτον εἰς δεισιδαιμονίαν τὸ βαρβαρικὸν) in Hellesponto considere permisit, ne ad Achæum descisserent: mox fœdus cum Antiocho jecit, Romanis contra Philippum Macedonem adhæsit, acu intexere vestibus aurum docuit, præcepta Agriculturæ tradidit; Aristidis Thebani pictoris unicam tabellam C. Talentis emit, & aliquot ingenii monumenta reliquit. *Plin. c. 48. l. 18. c. 14. l. 7. c. 38.*

3742 CARTHAGINENSES in Italia, Hispania & Sicilia bellum contra Romanos gessere, ut inferius suis locis exponetur. Anno vero Ptolemæi XIV transmisit in Africam Levinus Consul, *AFRICA. N. 4 Livius l. 27. 28.*
3740 ibidemque classem Carthaginensium vicit.

NUMIDIÆ tum præerant duo Reges: *Syphax*, qui Masæsulis, & Masinissa Galæ F. qui Massylis imperabat. Iste prius pro Carthaginensibus contra Romanos dimicabat, mox virtute Scipionis commotus, ad Romanos transiit, & horum auxilio Syphacem æmulum, Romanorum principio amicum, dein hostem, evertit, ejusque
3739 regnum suum fecit. In

EVROPÆA In GERMANIA evanuit apud SICAMBROS

Tritbem. in Comp. *Basanus*, eique *Clodomirus*, & post hunc *Nicanor* successere. *Ille* initio statim regni Gallos Rhenum transgressos ingenti prælio vicit. *Iste* à 3741

Gothis, e Scandinavia erumpentibus, cum Doringis victus, eosdem postea, reparato exercitu, finibus suis ejecit.

Polyb. l. 3. Livius. l. 28. & sequent. In HISPANIA Hannibal Asdrubali successor datus, Olcadibus, Vaccæis & Carpetanis * in *

deditionem acceptis, Saguntinos P. R. fœderatos 3730

obsedit, & ad desperationem † adegit. Missus †

itaque eo à Romanis exercitus, & multa sub 3731

Cnejo & *Publio Scipionibus*, *L. Martio*, & *Scipione Africano* ibidem gesta sunt. Sanè *Cnejus* Hannonem castris exuit *. Hergetanos, Ausetanos *

& Lacetanos † vicit. Publii exercitu auctus, tria 37[illegible]

Pænorum castra expugnavit, sexies eosdem in fu- †

gam conjecit, L. Martius, trucidatis à Celtibe- 3733

ris mercenariis, Scipionibus XXXM occidit. 3738

Scipio Africanus Claudio Neroni ab Asdrubali decepto * substitutus, Carthaginem novam † *

expugnavit, traductis liberalitate in partes Hi- 37[illegible]

spanis, Asdrubalem * in Gallias ejecit, cum †

Masinissa & Syphace fœdus fecit, & Hispanos 374[illegible]

rebelles in ordinem † redegit. *

37[illegible]

ROMANI, rupto per Sagunti excidium à †

Carthaginensibus, Duce Hannibale, fœdere, 3745

bellum II. Punicum inchoavere, illudque variâ fortuna sub variis ducibus per XVI annos gessere. *Primo* Galli à Romanis ob colonias super- 37[illegible]

ductas defecere, & Hannibal, trajectis montibus Pyrenęis, perfractis mediis Alpibus, in Italiam descendit, & Scipionem consulem nimis credulũ, & ex

& ex velitatione ad Rhodanum prospera quæque sibi pollicentem, inter Padum & Ticinum vicit.
3732 Saucius & ipse in hostium manus venisset Imperator, nisi projectum patrem prætextatus filius, qui post ex Africæ malis cognomen habuit, rapuisset. *Secundo* ad prima & dubia veris signa ex hybernis profectus Hannibal, cum atroci tempestate in Apennino conflictatus, & in Galliam rejectus, ibidem æquo Marte cum Sempronio Consule ad Trebiam decertavit; Inde iterum profectus, & in paludibus fere submersus, exercitum quidem triduanis vigiliis (cum nullus in aquis, ubi procumberet, locus) ferè exhausit, ipse verò alterum oculum amisit. Flaminium Consulem ad Thrasimenum lacum profligavit & occidit, & à Fabio Maximo in angustias in Samnio, postquam omnia igne longè lateque vastasset, conjectus, evasit quidem fallaci per tauros ignem ferentes, consilio, sed commeatuum
3733 inopiâ laborare necesse habuit. Mox Minutium Magistrum Equitum a Romanis Fabio Dictatori, consilia tuta calidis præponenti, æquatum, vicit; Tandem a consulibus ad extremam inopiam redactus est. *Tertio* ingens vulnus ad Cannas acce-
1734 ptum, & LXXM Romanorum cæsa sunt. Ibi in exitium infelicis exercitus Dux, terra, cœlum, dies, tota denique natura consensit. Siquidem non contentus simulatis transfugis Hannibal, qui mox terga pugnantium ceciderunt, patentibus insuper campis, observato loci ingenio, quod & sol ibi acerrimus, & pulvis plurimus, & Eurus quasi ad constitutum semper flaret, ita instruxit aciem, ut Romanis adversus hæc omnia obversis, secundum

cœlum

cœlum tenens, vento, pulvere, sole pugnaret. Imminuit cladem ad Nolam Marcellus, quòd pri- 3735
mus aperto Marte Hannibalem, qui interim Româ frustrà tentatâ, a Neapolitanis rejectus, Capuam in deditionem acceperat, vicisset. *Quarto* quædam in Brutiis urbes expugnatæ, Romani verò Asdrubalem Sardiniam intercipere volentem, Duce T. Manlio, cepere. Eodem anno Brutii, Crotone captâ, arcem quoque optimatibus, qui eam insederant, expressere, eosdemque Locros abire coëgerunt. *Quinto* Marcellus Hannibalem ad Nolam tertiò vicit, maxima clade eum affecturus, si se Claudius Nero fortiter eidem a tergo op- 3736
posuisset. Hannibal in agro Tarentino totam æstatem consumsit. Campani Romæ in carcerem conjecti; Fabius Samnium sub imperium reduxit; Transfugæ de Saxo Tarpejo dejecti sunt. *Sexto* Arpi nocturno stratagemate a Fabio consule recepti sunt, Hispani ferè mille, ut præsidium Puni- 3737
cum sine fraude dimitteretur, pacti, ad eundem transiere; Consentini & Thurini ad Romanos rediere. *Septimo* Hannibal Tarento per proditionem potitus est, & de Centenio Tribuno, & Ful- 3738
vio Prætore in Apulia victoriam obtinuit: Romani Castra Hannonis ad Beneventum expugnavere, & Capuam obsedere; Cum verò magnum illi 3739
Hannibalis equitum inesset præsidium, velitum usus a Romanis inventus est, qui levis armaturæ homines equis insilire, & pedites postea inter Equites pugnare assueverunt. *Octavo* Capua, quæ ad Hannibalem transierat, à Romanis, frustra obsidionem solvere conante Hannibale, ca- 3740
pta est, Senatus securi percussus, populus variè distra-

diſtractus, & urbs, ut aratorum ſedes eſſet, relicta eſt. *Nono*, deficiente in ærario pecuniâ, aurum, argentum & æs ſignatum a Senatu & plebe in publicum collatum eſt. Hannibal urbes, quas præſidiis tenere non poterat, ſpoliavit. Salapia prodito equitum præſidio Romanis dedita eſt. Tarentini a Romanis victi, eorundem XX navium claſſem cæcidere. Fulvius Proconſul ab Hannibale ad Herdoneam, Hannibal à Marcello ad Venu-
3741 ſiam victus eſt. *Decimo* duodecem Romanorum Coloniæ militem dare nolunt. octodecim & militem & ſubſidia animoſe offerunt. Aurum viceſimarium, in ſanctiore ærario reſervatum, depromptum eſt. Marcellus ab Hannibale, quem variè exagitarat, victus, eundem, increpatis acerbè militibus ſequenti die inſigni clade affecit. Periere VIIIM & quinque Eléphantes. Fabius Maximus Tarentum proditione cepit, & XXXM ſervorum adeptus eſt. *Undecimo* Hetruſci de defectione ad Hannibalem ſuſpecti, Senatorum liberos obſides dare, & præſidia in urbes ſuſpectas re-
3742 cipere coacti ſunt. Senatus Romanus in Olympiis ludis Siculos & Tarentinos in Græciam pulſos revocari curavit. Tarentinum præſidium ad Locros obſidendos profectum profligatum eſt. Marcellus ex inſidiis occubuit; Criſpinus autem conſul vulneratus & fugatus eſt. *Dudecimo*
3743 Claudius Hannibalem ad Grumentum vicit, inde clàm ad Livium Conſ. digreſſus Aſdrubalem in ſubſidium venientem, in ingreſſu Italiæ internecione delevit, ubi vero rediiſſet, caput Aſdrubalis, quod cum cura aſſervatum attulerat, projici ante hoſtium ſtationes captivosque Afros oſtendi juſſit.

ſit. Sic verba illa: *Agnoſco fortunam Carthaginis*, Hannibali expreſſit. Eâ clade Hannibal ita territus eſt, ut anno *decimo tertio* certamini ſe 3744
nuſquam offerre auderet. *Decimo quarto* conſcripſit in Hetruria militem Scipio Africanus: 3745
Mago verò Barchinus, Genuâ captâ, ſocietatem cum Liguribus fecit. Reliqui anni ad ſequentia
Plin. lib. 33. c. 2. & 3. pertinent. Interim *aureus nummus* primum Romæ percuſſus eſt, ita ut ſcrupulum unum ſeſtertiis 374[illegible]
vicenis valeret. Ibidem aſſes facti ſunt unciales, 375[illegible]
& placuit denarium ſedecim aſſibus permutari.

In SICILIA fuere poſt Hieronem, P. R. amiciſſimum, *Gelo* * & *Hieronymus*. *Ille*, poſtquam *
ad Pœnos deſciviſſet, in ipſo militiæ apparatu 3[illegible]
Livius decad. 3. l. 5. mortuus eſt. *Hieronymus*, poſtquam cum iisdem fœdus feciſſet, interfectus eſt †, & Syracuſani in †
triſtiſſimam ſervitutem recidere. Miſſus eſt eo 373[illegible]
M. Marcellus, qui Leontinos expugnavit, & Syracuſas * cepit. Hunc ſubſecutus Levinus, hoſtes *
totâ inſulâ expulit; Siculos depoſitis armis agriculturæ ſtudere juſſit, & Siciliam, provinciam fecit.

In SCOTIA ſubſtituit Dovallus Nothato 3[illegible]
Buchan. l. 4. *Reutherum*, proceribus indignantibus, & comitia ſublata. Inde bellum in Dovallum decretum, quo vires Scotorum ita fractæ ſunt, ut in aſpera
Livius l. 27. montium ſecederent, Inſulæ optimam partem
Polyb. l. 9. Britones occuparent.

Apud SPARTANOS fuit *Machanidas* tyrannus, qui bello cum Achæis implicitus à Philopæmene, ut in Achæorum Republica dicemus, occiſus eſt.

In

In MACEDONIA excepit Antigonum *Philippus* Macedo, XVII annorum puer, qui principio egregius, mox degener, tandem ocii impatiens fuit. *Egregius.* Nam Ætolos ab Achæis (vide in Achaicis) accitus,* compescuit, totam Peloponnesum † sui juris fecit, Consiliarios, minus
3731 candidè in hoc negotio consulentes, ac inprimis Apellem jam pæne se alterum, calculis similes esse ostendit; (*Nihil rerum mortalium tam instabile & flaxum, quam potentia non suâ vi nixa*) & Thebas Phtiotidas, traductâ coloniâ, *Philippopolim* nominavit. *Degenerem* res secundæ fecere: adeò *magnæ felicitatis est à felicitate non vinci.* Hinc, Ætoliâ occupatâ, castellorum, portuum, templorum, statuarum, per quæ hostis vires debilitantur, propriæ verò firmantur, vel quæ nec domini emolumentum, nec hosti detrimentum afferunt) eversio: plebis Messeniæ seditione laborantis in Senatores*, eo incitante, tanta sævities, ut plures quam CC a plebe trucidarentur; & † senioris ac junioris* Arati mors, quos sensim occidente veneno sustulit. *Otii impatientia*
3741 exitium regno ipsius approperavit. Nam facto cum Carthaginensibus, à Demetrio Phario, à Ro-
3746 manis ex Illyrico propter defectionem * (ipsum lembis XC prænavigabat, urbes Romanæ ditionis vastabat, Ætolos, Peloponnesum, & Cyclades insulas populabatur) ejecto, persuasus, & Hannibalis in Italia fortuna commotus, fœdere, bello Romanos in Epiro adortus, ab iisdem ad A-
3747 polloniam castris exutus, ad Elim fere † captus, tandem & regno, ut in sequentibus audiemus, spoliatus est.

Plutarch. in Arato.

Polyb. l. 4.

Plutarch. in Arato. ACHÆI *duo* intra hoc tempus *bella* gessere. *Unum* contra Ætolos, Messenios per injuriam oppugnantes. *Alterum* contra Machanidam Spartanorum tyrannum. De *hoc* in Laconicis dictum. In *illo* Aratus Achæorum Dux, in rebus civilibus prudens, sed ad consilia timidus, fucatâ pacis simulatione, a Ducibus Ætolorum deceptus, bonam exercitus partem, ipsis adhuc in Peloponneso morantibus, dimisit, & cum minore parte, prælio in montibus, nulla necessitate cogente, cum Ætolis congressus est. Ea clade perterriti Achæi, facta cum Epirotis, Bæotis, Phocensibus, Acarnanibus & Philippo societate, tantum effecere, ut intercedentibus Romanorum Rhodiorum & Spartanorum legatis, pax concluderetur, quam neuter ex Aratis vidit.

Laert. in Chrysippo. Hesych. de Viris illustr. Hisce Synchroni fuere *Chrysippus*, non ille, qui Hippocratis, Æsculapii & Prodici Medicorum placita insigni garrulitate mutasse dicitur: Sed *Stoicus*, qui ad Philosophiam, postquam in fiscum Regis tota paterna substantia diffluxisset, accessit, in Dialectica clarissimus fuit, ut non illepidè dicerent quidam, si apud Deos Dialectica haberetur, non aliam esse futuram, quàm Crysippi. *Hesych. ibid. Suidas.* *Eratosthenes*, qui alter Plato, πένταθλος seu *quinquertio* ob multijugam scientiam, *primus philologus*, & βῆτα, quod omnis disciplinæ genere secundas tulerit, dictus fuit, & primus universum orbis circulum ducentorum quinquaginta duorum stadiorum millium esse prodidit. *Halycar.* *Phylarchus*, rerum Antiochi & Eumenis Pergameni Scriptor, collocatione verborum paulò negligentior. *Archagatus* Medicus, qui cum Romam venis-

venisset, jus Quiritium & tabernam pro habitatione obtinuit. Vulnerarium primo dixere, sed mox sævitia secandi urendique Carnifex est vocatus. *Archimedes* Mathematicus, qui mechanico artificio Sphæram vitream fecit, in qua mirâ conversione dissimiles motus circulorum visebantur. Captis Syracusis, occisus est ab ignaro milite, dum formas Geometricas in pulvere describeret. P.in.l.29.c.1

SACRA.

JUDAICA Ecclesia in summam incidit persecutionem. Ptolemæus sanctum sanctorum ingredi voluit, nec à Pontifice *Simone II.* se impediri sivit, donec DEI digito corriperetur. Sibi restitutus, multos ad Apostasiam adegit, constantiores igne, elephantis, &c. exagitavit. Vide tertium Maccabæorum librum. Simonem *excepit
* in Pontificatu *Onias III.* F. Apud ETHNICOS
† occurrunt Romæ *sacra peregrina* † à vulgo instituta, Senatusconsulto prohibita. Sacrificium
* extraordinarium * Gallus & Galla, Græcus & Græca, in foro boario sub terram loco saxo consepto, hostiis humanis minimè imbuto, vivi demissi sunt. *Ludi Apollinares* primum facti, cum an- Livius l. 27.
778 tiquum de clade Cannensi vaticinium inventum fuisset; Cum in libris Sibyllinis inveniretur, matrem Deûm ex Græcia advehendam, si advena ex Italia hostis pelli deberet, legati Delphos ablegati, Attalum Regem eam daturum, ipsos, ut eam vir optimus Romæ hospitio exciperet, curare debere, responsum accepere. Festum *Junonis Reginæ*, cui XXVII virgines carmen per urbem cecinere, in Aventino duas boves fœminas albas obtulere (cui & pelvis ærea dicata est) celebratum.

Articulus V.

De

PTOLEMÆO EPIPHANE.

Anni sunt 24. ad annum 3769.

Justin. l. 13. PHilopatore vitâ functo, afflictæ rês Ægypti erant. Antiochus enim & Philippus capturam anguillis tunc esse credentes, diviso Epiphanis 3746
pueri & pupilli regno, de tollendo consilia agitabant. Scilicet, pisces imitari volebant, *inter quos minoris eodem in genere pernicies est alimentum ac vita majoris.* Sanè Antiochus Phœniciam & alias Syriæ urbes invasit, & Judæam, Alexandrino senatu frustra Romanorum auxilia sollicitante, ditioni suæ adjecit. Nec quicquam Scopas, contra eum in Cælesyriam missus, profuit. Nam postquam in potestatem Ptolemæi Judæam retraxisset, ad Jordanis fontes victus, & Sidone * *
obsessus, dedere se coactus est. Sic Syria & Phœ- 3[illegible]
nicia ad Antiochum rediit, & præsidium Ptolemæi, quod in arce Sionis erat, Judæorum opera pulsum est. Finem machinationibus bellum Romanum, de quo in Syriacis, imposuit. Cleopa- 3[illegible]
tra filia Ptolemæo in matrimonium data, & Cælesyria cum Judæa dotis loco assignata. Vectigalia æqualiter inter utrumque distributa sunt.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA Apud PERSAS forte imperavit *Pampatius Arsaces*, cujus Justinus mentionem facit.

In SYRIA fuit adhuc *Antiochus M.* & *duo bella*, quantum novimus, gessit. *Primum* erat contra Ptolemæum, cujus successus in Ægyptiacis extat: *Alterum* contra Romanos, quod ab Ætolis,

Ætolis, (qui iram in Romanos decoquere non poterant) postquam quasdam Asiæ urbes sibi subjecisset, quædam, ut Lampsacum & Smyrna, jugum respuerent, & Hannibale (qui propter metum Romanorum Carthagine profugus, Antiochum Ephesi, post naufragium ad fluminis Sari capita perpessum, morantem assecutus erat) instigatus, *Justin. l. 31. Livius l. 34. Flor. l. 2. c. 8.*
3754 & a Romanis legatis, quasdam Asiæ urbes reposcentibus, exacerbatus, *blandiente* primò, mox *iratâ* fortuna movit. *Blandiente.* Nam firmatâ cum Ptolemæo pace, initâ cum Nabide Lacedæmoniorum Tyranno, Athamantum Rege, & Dardanis societate, transmisso cum exiguis copiis Hellespontο, ab Ætolis & Bæotiis, qui Demetria-
* dem Magnetum urbem præsidio Romanorum fir-
[illegible] matam ceperant, receptus, Eubæam * sui juris fecit, & in Thessalia, quæ Romanis firmiter adhærebat, Pheras, Scotusam, & Pharsaliam occupavit. *Irata.* Nam post victoriam, cum ossibus Macedonum, qui ad Cynoscephales ceciderant, legi sepelirique jussis, Philippum neglectam suorum sepulturam sibi exprobrari opinatum, ita abalienavit, ut Romanis se adjungeret; Dein lasciviâ in Eubæa enervatus, a M. Acilio Glabrione, Larissâ deditâ, Athamaniâ in ditionem Philippi cedente, urbibus traditis, Thermopylis & castris exutus (D de XM Regem Chalcidem secuti sunt) mari & terra cedere, & Ephesum concedere coactus est: Post à L. Cornelio Scipione, Africani, fratre, qui, victo à Rhodiis Hannibale, & captis
[illegible] ad Myonnesum à Regillo Antiochi navibus, in Asiam tanquam pacatam transcenderat, ad Sypilum montem, Thyatira, & Phrygium amnem, ope Eu-

Y 3 menis

menis Pergameni fusus, Asia cis Taurum montem cessit, & XVM talentorum Euboicorum numerare non subterfugit. Dicere post solitus erat, *benignè sibi a P. R. esse factum, qui nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur.* Post hanc victoriam divisa est Asia inter Romani populi socios. *Rhodiis* Lycia & Caria, *Eumeni* Lycaonia, Phrygia, Mysia, Jonia, Lydia, & Chersonesus cessere: Magnis urbibus libertas sua restituta est. Antiochus verò apud Elymæos, ubi templum Beli, cum magnum Romanis tributum deberet, sive inopiâ sive avaritiâ spoliare volebat, interfectus, successorem reliquit *Seleucum*. à quo mox Artaxias & Theriades Armeniorum Reges defecere, raptisque ad se circumjacentium regionum portionibus, Armeniam multò majorem reddidere.

Livius l. 37. 37.. 3..

Livius l. 38. In CAPPADOCIA fuit *Ariarathes V*, qui Antiochum socerum juvit, & victo veniam quidem à Romanis impetravit, sed CC Talenta persolvere jussus est. Cujus tamen dimidium ut remitteretur, Eumenes gener intercessione suâ effecit.

De BITHYNIA nil occurrit, nisi quod ibi adhuc *Prusias* Rex fuerit, & Eumeni Pergameno bellum, Duce Hannibale, intulerit: quod mox, victo terrâ Prusiâ, mari Eumene, cum Hannibal serpentes fictilibus inclusos, in naves hostium projecisset, reposcente Hannibalem senatu, qui etiam, ne caperetur, veneno sumpto mortuus est, compositum fuit. *Livius l. 40.*

Plutarch. in Antonio. PERGAMI successit Attalo II. *Eumenes II.* * de quo in Syriacis & Bithynicis. Hic est ille Eumenes, qui Pergami *bibliothecam* CCM voluminum 3..

num instruxit. Eumeniam in Phrygia condidit, & sub quo *membranæ* usus *Pergami* (inde *Pergamenum*) exortus est.

Inter CARTHAGINENSES & Romanos durabat adhuc bellum, & quidem pejore illorum fortunâ. Scipio enim, transmisso in Africam exercitu, Uticam quidem, postquam equitatum, qui Romanos populationibus prohibere debebat, vicisset, frustra * oppugnavit: sed cum postea incen- *AFRICANA* *Livius l. 31. 32, 33.*
* 3746 sis castris ad XLM hostium cæcidisset, nec non Asdrubalem & Syphacem, reparato exercitu fortu-
† 3747 nam tentare ausos prælio vicisset, † accedente Magonis cum Quintilio Varo in Gallia clade, inducias facere & pacem petere coacti sunt. Interim rediit ex Italia, quam gemens deseruit, in Africam Hannibal. Carthaginenses spoliatis, quæ ex Sicilia commeatum ferebant, navibus, fœdus constanter a Scipione servatum rupere. Claudius Consul Africam cum quinquaginta navibus, ut pari cum Scipione imperio esset, sortitus, atrocibus in mari tempestatibus vexatus, domum easdem privatus reduxit. Scipio Hannibalem pacem frustra peten-
* 3748 tem, & Verminam Syphacis F. * vicit. Tandem cum Carthaginenses bellis in Africa abstinere, classem, elephantos, fugitivos, perfugos & captivos tradere, decem insuper Talentorum millia
† 3749 solvere in se recepissent †, facta est pax, & finis bello Punico II. impositus est. Masinissa exinde partem regni Syphacis a Scipione accepit. Scipio omnium clarissimo triumpho urbem ingressus, CM pondo argenti ærario intulit, & primus nomine a se victæ gentis *Africanus* dictus est. Rebus ita compositis,
37[illegible] *duo* ibidem accidere. *Hannibal*, quod Judicum

 officium

officium annuum fecisset, & vectigal in publicos usus convertisset, odium contraxit, & veritus, ne Romanis traderetur, ad Antiochum aufugit. Masinissa verò de nonnullis agris, Carthaginensibus controversiam movit, & causam * disceptantibus Romanis obtinuit.

In NUMIDIA fuit adhuc, ut diximus, *Masinissa*, fidus Romanorum socius. Hic est ille *Masinissa*, qui, cum Numidia non posse fruges mansuetas ferre crederetur, oleribusque saltem vescerentur, solus & primus agris fertilissimis eam instruxit. Cum multi ei filii & nascerentur, & morerentur,

Livius l. 33. nunquam pauciores X. habuit. *Syphax* à Romanis captus, Sophonisbam etiam amisit: *Vermina* vero ejus F. post commissum ab Hannibale prælium, à Scipione ingenti clade affectus, pacem petiit & * obtinuit.

EVROPÆA In GERMANIA vixit adhuc *Marcomirus II*, princeps philosophiæ, si modo fuit, addictissimus,

Trithem. in compend. qui instituit, ut gesta Francorum à sacerdotibus suis rhytmis comprehensa publicè cantarentur.

In HISPANIA egregiè rem gessere Romani.

Livius l. 34. *Helvius* ad Illiturgin XIIM cæcidit. *Cato*, postquam Sempronius * Turditanus victus, & illustres viri in acie cecidissent, eò missus omnem citeriorem Hispaniam, quæ defecerat, recepit, & cum sæpius rebellassent, uno die omnium urbium muros † diruit. *Paulus Æmilius* victus, reparato

Livius l. 40. exercitu, Lusitanos * vicit. *Scipio Nasica* prætor, totam fere Hispaniam sub ditionem † redegit. Ibidem cæpit *bellum Celtibericum*, cujus initia sub Fulvio prætore læta, quod hostes castris exuisset, & Contrebiam cepisset.

RO-MA-

ROMANI *varia bella* hoc temporis tractu gessere. *Asiaticum* nempe, *Punicum II. Hispanicum*, *Macedonicum*, *Insubricum*, *Ligusticum*, *Aetolicum*, & *Gallicum*. De prioribus tribus in suis locis dictum est, de quarto in Macedonicis audiemus. *Insubricum*, (cujus Galli *Livius l. 32.*
& Boii, quod Placentiam coloniam intercepis-
* sent, authores) à Furio, Cethego *, Valerio †
3753 Proconsule feliciter, â Sempronio & Merula *
† Coss. dubiâ fortunâ gestum est. Cethegus
3756 XXXM cæsis, Bojos ita terruit, ut postea in
* aciem descendere non auderent. Valerius XM
3757 occidit. Sempronins ab iisdem oppugnatus, castra ægre defendit, tandem victoriam sibi quoque cruentam retulit. Merula inter prædandum difficili prælio victor XIIVM Bojorum interfecit, inde imperitiæ rei militaris apud Senatum accusatus est. Scipio Nasica non citius finem bello imposuit, quam & XXXM occidisset, & castra cepisset. Ivit biduo post in deditionem gens ipsa, victor in Magistratu triumphavit.
† Par & *Ligustici* ab iisdem moti † successus. Pisa-
3757 rum quidem obsidionem, quam, Lunensi & Placentino agro vastato, *primo* belli *anno* occeperant, Minutius solvit, sed in aciem exire non est
3758 ausus; *altero* castra oppugnata vix defendit: sed ex insidiis, quæ in saltu ipsum deprehenderant, eluctatus, Ligures vicit, & prædam Hetruscam ipsis eripuit. Aemilius Lepidus & Flaminius
* Coss. ad Apenninum * victis arma ademere &
3763 deditos in planiciem ex montibus deduxere. Confectâ provinciâ, ne miles otio difflueret, viæ a Bononia Aretium, a Placentiâ Ariminum

deductæ ſunt. Martius Conſul a perfidis, iterum in ſaltu deprehenſus, clade affectus eſt, nec eam obliterare, recepto in tutum & dimiſſo excercitu potuit; *ſaltus* enim *Martius* appellatus eſt. 3764
Hunc ſecuti Coſſ. parvis præliis & obſidionibus 3765
hoſtium res afflixere, ſed nihil memorabile geſtum eſt; Aemilius Paulus tandem per fraudem in caſtris obſeſſus, eruptione facta, victos & caſtris
Livius l. 38. exutos † in deditionem accepit. *Aetolico* cauſam 37[illegible]9
Juſtin. l. 32. incolarum ferocia præbuit. Demetriade fraude
Flor. l. 2. c. 9. intercepta, Nabin Lacedæmoniorum Tyrannum interfecerant. Binis induciis, poſt captam ab Acilio Glabrione Lamiam, & oppugnatam 37[illegible]0
Amphiſſam, deprecantibus Athenienſibus, interruptum, poſtquam obſeſſa a Fulvio Ambracia, vaſtatis a Philippo Amphilochis, depopu- 3[illegible]61
latis a Prætore Romano Aetoliæ maritimis, Achæis bello eosdem laceſſentibus, abſque ulla conditione deditionem feciſſent *, ſopitum eſt.
Livius l. 33. *Gallicum* cum Gallis Transalpinis erat, qui Al- 37[illegible]
pibus ſuperatis, oppidum in Romano agro excitare volebant. Marcellus deditis arma ademit, quæ ſenatus juſſu reſtituta quidem, ſed illi eandem, qua venere, emetiri viam coacti ſunt.

Livius l. 39. In SICILIA nil occurrit, inſulam novam ſi 3[illegible]8
excipias, quæ prope eandem terræ motu è mari edita ſcribitur.

Buchan. l. 4. In SCOTIA *Reutherus*, ex Hibernia cum exercitu redux, Britones adortus, cruento præ- 3[illegible]
lio vicit, & ex inſula ejecit; Mortuus filium *Thereum* minorennem reliquit. Ideo ei *Reutha* patruus ſubſtitutus eſt, qui XVII. annos regnavit, & multas ſanctiones publicè utiles fecit.

Apud

Apud SPARTANOS invaſit Tyrannidem *Nabis*, & multos Spartanorum in exilium pepulit, & qui pecunias ſubminiſtrare noluerant, peculiari inſtrumento, (ſimulachrum erat ad formam uxoris ſuæ hominem amplectentis & uniciculis lancinantis) torſit, Argivos, à Philippo, ut in * partes tranſiret, ſibi traditos, crudeliſſimè habuit, fœminasque eorum per ſuam uxorem omni mundo mulicbri ſpoliavit. Pace cum Romanis, Argis acceptis, factâ, auxilia contra Philippum miſit, tandem cum inſtigatione Aetolorum Romanis bellum † intuliſſet, Gythæum oppugnaret, Philopœmene, qui quidem navali prælio offendit, ſed terrâ res egregie adminiſtravit, territus, ab Aetolis, autore facinoris, Alalcamene, obtruncatus eſt. Urbs à Philopæmene Reip. Achæorum adjuncta, eidem à Romanis * permiſſa, muros, & leges Lycurgi amiſit. Hodiè nuncupatur *Miſithra*. Nos de ea impoſterum ſeparatim tacebimus. *Polyb. l. 5. Liv. l. 35.38.*

Apud MACEDONAS imperavit adhuc *Philippus*, & *duo* intra hoc tempus *bella* geſſit. *Primum* contra Rhodios, Attali ſocios, in quo ad Chium navali prælio victus, ingentem cladem accepit; Attalus, quod unica navi fugere coactus eſſet, dubiam victoriam fecit. *Alterum* Romani, quod Athenienſes propter homicidium, per errorem in duos Acarnanenſes commiſſum, infeſtaret, & ſociis urbibus moleſtus eſſet, indixere, & per duos Duces, *P. Sulpitium Galbam*, & T. *Quintium Flamininum*, confecere. *Ille* namque Philippo ad Athenas, poſtquam Abydenſes, quod legatos ejus in Urbem admittere noluiſſent, diuturnâ obſidione *Livius l. 31. 32. 33. 34. Flor. l. 2. c. 7. Polyb. l. 16.*

Margin: * 3751 † 3756 * 3762 3749 3750

obsidione ad desperationem adegisset, sedente, per C. Claudium legatum Chalcidem cremavit, per Apustium Antipatriam, puberibus occisis, exussit, & Codrionem satis munitum oppidum sine certamine occupavit; Philippum denique, postquam is, Athenarum expugnatione despera-ta, ad Octalophum castra posuisset, & frumentatoribus Romanorum interceptis, *modum fortunæ imponere nescius*, longius evagatus esset, subsidio pabulatoribus misso in castra fugavit, & prælio illo effecit, ut & Aetoli ad Romanorum 375
partes transirent, & Aminander Athamanum Rex cum Dardanis in Macedoniam irrumperet. *Flaminius* postquam, intra dies XL pastore quodam, a Charope Principe Epirotico misso, duce, per invia loca ad Regis castra exercitum suum perduxisset, & Rege e castris ejecto, non modò, ut Thessalorum urbes ipsi portas clauderent, Aetoli Thessaliam vastarent, Aminander Gomphos deditione caperet, procurasset, sed etiam, postquam sibi Achæos Megapolitanis, Argivis, & Dymæis exceptis, adjunxisset, Elatiam urbem expugnasset, & frustra cum Philippo pacem, quam Senatus, nisi totâ Græciâ excederet (demonstrato enim maris terrarumque Græciæ situ, pernotuerat Senatui, si Demetriadem in Thessalia, Chalcidem in Eubæa, Corinthum in 3[illegible]
Achaia Rex teneret, non posse liberam esse Græciam, & Philippum non contumeliosiùs quàm veriùs *compedes* eas *Græciæ* appellare) concedere nolebat, tentasset, cum e fortuito velitum utriusque partis prælio, præter spem ad universæ rei dimicationem deventum esset, eundem in Thessa-

Theſſalia ad Cynoſcephalas vicit, victo IV menſium induciæ conceſſæ, ſi præſentis pecuniæ Talenta DL numeraret, filiumque Demetrium & alios obſides daret: utque de ſumma rerum legatos Romam mitteret, permiſſum. Nec improbavit acta Titi Senatus, imò petenti & promittenti, ſe Græciæ civitatibus bellum non illaturum, per annos X quaterna milla argenti pondo præſtiturum, filium obſidem traditurum, pax, fruſtra Macedoniam in præmium belli poſcenti-
* bus Aetolis, data, & Græciæ libertas * in Iſth-
[illegible]14 micis ludis, ingenti cum applauſu, reſtituta eſt. Nec tamen potuit diu quieſcere Philippus. Nam
3[illegible]5 decreto quodam Romanorum offenſus, Thraces in Macedoniam eduxit, & bellum ruminavit, cum maritima Thraciæ loca ipſi ademiſſent Ro-
† mani, Maronitas † trucidavit, & à ſe occiſo-
[illegible] rum liberos, omnia metuens, in vincula * con-
* jecit. Tandem & in filium Demetrium, in cu-
[illegible] jus Romam miſſi † gratiam Senatus omnia Phi-
† lippo condonarat, quaſi fugam ad Romanos me-
[illegible] ditaretur, exarſit, eundemque falsò a fratre Per-
* ſeo delatum veneno * tolli curavit. Idem Phi- *Livius l. 35.*
[illegible]68 lippus, tempore belli Athenienſis, Abydenos, quod legatos ejus in urbem admittere noluiſſent, diuturna oppugnatione ad deſperationem adegit. Cum enim nil pacati, niſi omnia permittentibus reſponderet, repentè omnes ad cædem conjugum liberorumque diſcurrunt, ſeque ipſos per omnes vias lethi, aut Philippi copiis trucidandos objiciunt, aut ſuis manibus necant.

Quantum ad ACHÆOS, his primò cum *Nabide*, mox cum *Meſſeniis* bellum erat. Illud

à Na-

à Nabide, quod Gythæum oppugnaret, excitatum à Philopæmene, post amissam in mari victoriam, terra confectum est. Urbs in Achæorum po- 3766
testatem devenit, quam cum isti inhumaniter tractarent, a Romanis, indignantibus, quod legatis suis petentibus concilium Achæorum datum non esset, increpati sunt, cumque Achæi cunctarentur, monuit Appius, ut proprio potius instinctu id facerent, ne coacti mox cogerentur. *Istud* non tam feliciter cessit; Philopæmenes quippe prætor in transitu fossæ equo præcipitatus, captus, & veneno sublatus est. Victi tamen mox Messenii, & ossa Philopæmenis, urnam ferente *Polybio* historico, Megalopolim translata sunt.

Livius.

Intra hoc tempus *Plautus*, poeta Comicus Sarsinas (qui si quando à mola asinaria, cui ob paupertatem addictus erat, vacaret, fabulas componebat, quas venderet, & quem tanti Varro fecit, ut diceret, *si Musæ latinè loquerentur, Plautino sermone loquerentur*) mortuus est. *Ennius*, qui Scipionem Africanum ita coluit, & ab eodem ita adamatus est, ut alter ab altero ne sepultura quidem divelli voluerit, vixit. Ἐυεπίφορον ad vocem σοφὸν eum fuisse critici observant: sed & ὁ σιγματισμὸς fatale optimi poëtæ fuit vitium. Tum etiam sex mensibus * non pluit. Numæ Pompilii arca post annos CCCCXC inanis inventa est. *Bononia* colonia authore Lælio deducta, equitibus septuaginta jugera, cæteris colonis quinquaginta sunt data. Garzo *Ferrum* quendam e Scythia profectum eo loci cum uxore *Aposa* & filia *Felsina*, habitasse eidem

Casaub. ad Athen. l. 1. cap. 4.

in Hist. Bon.

eidem *Bonum* successisse, & Bononiam nominasse, fabulatur.

SACRA.

In Ecclesia JVDÆORUM nil occurrit. Apud ETHNICOS fit mentio *Matris Deorum*, quam Scipio Nasica ex Græcia allatam excepit, cujus ludi *Megalesia* dicebantur: *Bacchanaliorū*, quæ ex Hetruria propagata, ob turpitudinem à Senatu abrogata sunt: *Junonis Sospitæ*, cujus simulachrum cum pelle arietina, hastula, scutulo, & calceolis repandis, figebatur. *Nixiorum* denique *Deorum*, qui partui præesse putabantur. Solebant autem hic antiqui varios ritus adhibere. Faciliorem partum putabant, si quis tectum parturientis lapide vel missili, quo homo, aper, ursa singulis ictibus essent interfecti, transmitteret. Mulieres à primo partu zonas suas Dianæ suspendebant, quinto infans curriculo circa aram gestabatur, & obstetrices manus purgabant. Sexto amici convocabantur, & nomen infanti imponebant. Athenienfibus mulieribus toto puerperii tempore brassica apponebatur.

Dempst Antiq. l. 2. c. 6.

Meurs. de puerperio.

Articulus VI.

DE

PTOLEMÆO PHILOMETORE.

Anni sunt 35. ad annum 3804.

PTolemæus Philometor infans patri successit, & *duo* præcipuè *bella* gessit. *Unum* contra Antiochum erat, qui Aegypto inhiabat: *alterum* contra

Justin. l. 35. Joseph. l. 13. cap. 8.

contra Alexandrum Syriæ Regem, generum suum, quem sibi insidias struere perceperat, & illud quidem partim reconciliatione fraterna, partim imperio Romanorum finitum est, & Junior Ptolemæus Cyprum accepit, ut in historia Syriaca audiemus. *Istud* etiam non diu duravit. Nam acceptâ Alexandro filia, Demetrio Seleuci F. ipsam collocavit, & pugnâ, eductis è Cilicia militibus, congressum vicit. Funesta tamen & ipsi hæc victoria fuit. Excussus enim equo, ita vulneratus est, ut paulo post, allato prius sibi Alexandri capite, expiraret.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA PERSIS præfuit *Pharnaces*, qui Mardos validam gentem domuit, & moriturus, filiis *Justin. l. 41.* præteritis, fratri *Mithridati* regnum reliquit, patriæ potius, quam liberis, regno, quàm patris nomini, consulendum ratus.

SYRIA, sublato * per Antiochum fratrem, apud Romanos obsidem, in cujus locum Demetrium F. miserat, opera Heliodori infelicis thesauri Hierosolymitani expilatoris, Seleuco, *Antiochum Epiphanem*, *Antiochum Eupatora F. Demetrium Seleuci* F. & *Alexandrum* Reges intra hoc tempus habuit. *Antiochus Epiphanes* *Justin. l. 34.* ab Eumene Pergameno in regnum deductus, *Livius l. 24.* *tria bella* gessit. *Primum* Aegyptiacum, contra *Joseph. l. 12.* Ptolemæum luxuria marcentem, Romanis bello in Perseum occupatis, sub specie Ptolemæum majorem a fratre ejectum, in regnum restituendi, suscepit. In eo, navali ad Pelusium prælio victor,

victor, eandem occupavit, ponte per Nilum facto, Alexandriæ incubavit, nec citius in Syriam rediit, quam legati a Romanis C. Popilius Lænas, C. Decimius, & C. Hostilius mitterentur, & fratres in gratiam redirent. *Alterum* Ægyptiacum quoq; fuit. Cum enim Ptolemæo majore in regni consortiū recepto, Pelusium ab eo repeteretur, & non nisi tradita sibi Cypro præsidium deducere vellet, iterum in Ægyptum rediit, & Philometorem ipsum arctè Alexandriæ obsedit. Finem expeditioni missus Roma legatus, M. Popilius Lænas, imposuit. Cum enim incæpto eum desistere juberet, mandataque exponeret, ac eum deliberaturum se dicentem, virgula circumscriberet, priusque responsum reddere, quam finito arena circulo egrederetur, juberet, solvit obsidionem, verum intus in animo magnum furorem concepit. *Tertium* erat Judaicum, de quo in Judaicis dicemus. Hic est ille Antiochus, qui mille quingenta triclinia convivis implebat, fontes vino miscebat, plebejos preciosissimis unguentis perfundebat, temulentus aureos nummos per vias spargebat, & mimis, histrionibus, coquis, ac saltatoribus sodalem se præbebat, Romanorum more fora circumeundo, & vilissimum quemque prensando, ut Tribunus plebis ædilisve eligeretur, petebat, lectus, publica sella positâ, forensi turbæ præsidebat. Obiit Babylone, magnâ clade à templo Dianæ, quod in Elymaide spoliare volebat, repulsus, postquam exercitum suum in Judæa cæsum audivisset. In *Antiocho Eupatore,* quem Lysias imposuerat, nihil occurrit, illis exceptis, quæ in historia Judaica habentur. *Demetrius Soter,* consilio

Athen. l. 5.

Joseph. l. 12. c. 3.

Polybii Historici exulis sed liberè agentis usus, fugâ per speciem venationis Roma * elapsus, Ptolemaide occupatâ, Antiocho & Lysiâ occisis, regnum inivit, sed non diu illud administravit. Ab
Joseph. l. 13. c. 3. Alexandro enim Antiochi F. subditis & Ariarathe Cappadociæ Rege instigantibus, Judæis auxiliantibus, oppugnatus, in prælio ancipiti * in cœnum quoddam profundum & limosum equo prolapso
1. Maccab. 8. provolutus, jaculis confixus est. *Bellum* ejus cum Judæis in Judaica historia vide. Nec melior *Alexandri* Balæ seu *Valæ* fortuna fuit. Utut enim Ptolemæi filiam in uxorem † duxerit, Demetrium Demetrii occisi F. à Laosthene Cretensi reductum, & ab Apollonio Cælesyriæ præfecto à Jonatha victo receptum, expulerit: tamen, cum Ptolemæum socerum offendisset, id ipsi evenit, quod in Historia Ptolemæi evenisse diximus.

JUDÆI *multa* hoc temporis tractu *bella* pro
Joseph. l. 12. c. 7. 8. & seqq. lege divina gessere; *Primum* in Antiochum Epiphanem (qui primâ vice ex Ægypto redux, occasione ex Pontificum rixis sumpta, dolo Hierolymа occuparat, & multa millia occiderat, abduxerat, vendiderat, alterâ, ex Ægypto pulsus, urbi muris nudatæ præsidium, exstructâ in monte Sionis arce, Macedonicum imposuerat) authore Matathia * Hasamonæo exortum, Duce Juda Maccabæo, a literis מכבי in vexillo scriptis ita dicto gestum est. In eo *primo anno* Apollonius Samaritanorum, & Seron Syriæ præfecti interfecti; *Al-*
1. Maccab. 4. *tero* Epiphanes Lysiæ Judæos sub hasta vendere, & novos colonos in Judæam traducere mandavit. Lysias exercitum XLM sub tribus Ducibus misit. Judas Gorgiam unum ex Ducibus, castra sua noctu inva-

invadere conantem, caſtris exuit, & totâ Judæa ejecit. *Tertio* Lyſias, miſſo LXM exercitu rem reparare conatur, Judas collectis XM hoſtium LM interficit, & Lyſias exercitum Antiochiam reducere conatur. *Quarto* victus a Juda Dux Antiochi Timotheus. Simon in Galilæa victoriam obtinuit. Joſeph & Aſaria exercitibus domi præfecti, cum, fratribus tales victorias invidentes, Gorgiæ ſe oppoſuiſſent, ab ipſo victi ſunt. *Alterum* in vicinas gentes, Idumæos, Sidonios, Ammonitas, & Arabes, ad delendum nomen Ebræum concurrentes, fuit, quarum ſingulas, priusquam jungerentur, Judas depopulatus eſt & diviſis cum Simone fratre copiis, reliquas omnes compeſcuit. *Tertium* Eupator excitavit, cum Timotheum Ducem
87 à Juda ingenti prælio fuſum, & Græcorum præſidium in arce Sionia obſeſſum à Menelao Pontifice, accepiſſet. In eo Bezura ab Eupatore fame expugnata; Hieroſolyma pace in certas conditiones, cum religionis libertate, facta, recepta, iisdem non ſervatis, mœnibus nudata, & Maccabæus à Ptolemaide ad Garſenos præſes declaratus
789 eſt. *Quartum* cum Demetrio erat, quod Alci-
90 mum Pontificem à Juda ejectum reſtituere vellet, illudque aliquot annorum. *Primo* Nicanor Judam per inſidias opprimere conatus eſt, his non ſuccedentibus, aperto bello rem geſſit. *Altero* Judas ad fraudes converſum Nicanorem prælio vicit & interfecit: *Tertio* Judas victor, cum ſibi & populo ab Aſiæ Regibus metueret, fœdus & amicitiam cum Romanis, quæ tamen Judæis, cum
91 Demetrius eos ſuos ſubditos eſſe oſtendiſſet, nihil profuit, fecit. *Quarto* Judam octingentis

duntaxat instructum (alii a tanta vi sibi metuentes aufugerant) & congredi ausumBacchides a Demetrio, ut Judæos sibi subjectos ostenderet, missus, fudit & occidit, ac legis Mosaicæ prævaricatores Judææ, quam Demetrius interim præsidiis per urbes dispositis fœdè vastarat, imposuit; *Jonathas*, Maccabæi frater, successor factus est, & frater Johannes cum impedimentis ad Nabathæos missus, in itinere ab Aramæis trucidatus interiit. *Quinto* Jonathas cum Bacchide ad Jordanē congressus, IIM interfecit. Jordanem cum fratre Simone transgressus, Aramæos invasit & ingenti prædâ potitus est: Bacchides multas in Judæa urbes munivit, & obsides Principum Judæorum captos, in arce Sionis deposuit. *Sexto* Bacchides Bethalagam, a Jonathane munitam, ex consilio transfugarum Judæorum, qui post misere trucidati sunt, obsedit, Jonathas recollecto exercitu castra Bacchidis noctu invasit, Simon machinas exussit. Oblata interim a Jonathane pax est, quam cum Bacchides excepisset, redditi utrinque sunt captivi. Jonathas fixo Machmazi domicilio, quod postea, factâ cum Demetrio ab Alexandro infestato amicitiâ, Hierosolymam transtulit, jus Judæis dicere cæpit. *Quintum* Demetrius Demetrii nunc dicti F. Duce Apollonio intulit, quod ab Alexandro purpura, coronâ aureâ, & stola sacerdotali donatus, eidem adhæreret. In eo Apollonius VIIIM amisit. Jonathas Joppen, Azothum, & Ascalonem expugnavit.

Joseph. l.13. c.1.3.

1.Maccab.10

In CAPPADOCIA fuit adhuc *Ariarathes* is, qui Melæ fluvii faucibus, per quas in Euphratem egredi-

egreditur, obstructis, minutas quasdam insulas, *Strabo l. 11.*
03 Cycladum instar, effecit: sed cum perruptis re-
24 pagulis, eluens se Euphrates Cappadociæ magnam partem rapuisset, CCC Talentis damnum illud resarcire coactus est.

BITHYNIÆ præfuit adhuc *Prusias*, & Nicomedem F. diligenter Romanis commendavit. Sed cum eundem postea veneno tollere, ut regnum
714 ex altera conjuge susceptis pateret, decrevisset, re detecta a filio, adjuvante Rege Pergami, nec quicquam Romanorū legatione, quam Cato nec caput, nec pedes, nec cor habere dixit, proficiente, sublatus est. Hic est ille Prusias, qui aliquando pileatus Romæ se libertum P. R. jactaverat.

PERGAMI fuit adhuc *Eumenes II.* qui quidem Romanos de apparatu Persei præmonuit, & ob id Delphis ab eodem saxo dejecto ferè interemptus est, bello tamen exorto, medium se gessit. Ideò cum iter Romam versus instituisset, decretum in comitiis erat*, ne alicui Regi Romam venire liceret, successit † *Eumenes III.* Attali Frater.

CARTHAGINENSES *duplex bellum* gessere. *Primum* contra Masinissam, eum quo, cum de agro quopiam in regione Tysca, controversia oboriretur, & XL cives ejus adhærerent partibus, Carthaginenses non tantum illos ejecerunt, & jurejurando, ne unquam reciperentur, sanxerunt, sed etiam filium Masinissæ Gulussam, pro reditu impetrando missum, & urbe excluserunt, & immisso ex insidiis equitatu violarunt. In eo Masinissa Horoscopum obsedit, ac exercitu Car-

 thagi-

thaginensium, spectante Scipione Aemiliano partim cæso, partim sub jugum misso, exules recipere coëgit. Populus Romanus à Catone perpetuo diruendæ Carthaginis authore exacerbatus, & quod Carthaginenses plures naves, quam fœderis lex permittebat, haberent, Masinissæ sollicitanti exercitum eò misit. Uticenses rumore ejus perterriti, statim per legatos sese dediderunt. Carthaginenses horum defectione moti, pacem a Consulibus petierunt. *Alterum* contra Romanos erat, & *Punicum III* dicitur. Occasio à Carthaginensibus data, quod bello Masinissæ illato exercitum extra fines eduxissent. Naves, arma, & obsides tradere, datis, veterem urbem exurere, novam procul à mari condere jussi, ad arma pari voce conclamarunt. Triennium totum irritus fuit conatus & ut *maximè mortiferi solent esse morsus morientium bestiarum*: ita plus negotii fuit, cum semidiruta Carthagine, quàm integra. Adeò jussi atrocitas moverat Pænos, & in usum novæ classis, tecta domosque rescinderent, in armorum officinis aurum & argentum pro ære conflaretur, & in tormentorum vincula matronæ crines suos conferrent. *Quarto* tandem *anno* postquam urbs à Scipione Aemil ano * circumvallata, portus obstructus, esset, Asdrubalis castris † expugnatis, civitas capta & incensa est, postquam annos DCCXXVI steterit. Etsi verò posteà à Romanis sub nomine Junoniæ restaurata, ea incrementa sumserit, ut cum Alexandria de primatu certaret: tamen à Saracenis tempore Constantini Pogonati diruta, nec à Pontifice Saraceno, cujus Johannes Leo mentionem facit, nec

nec à quoquam alio in eam celebritatem reſtaurari potuit: imo ex ruina ipſius crevit ita *Tunetum*, ut circumjacenti regioni nomen regni dederit.

In NUMIDIA fuit *Maſiniſſa*, de cujus bello in Punicis diximus. Mortuus *Mycipſam*, *Guluſ-* *Liϐi. Epit. l. 50.*
[illegible] *ſam*, & *Manaſtabalem* filios reliquit, inter quos Scipio Aemilianus ſeu Africanus Minor regnum diviſit.

In GERMANIA ſucceſſit apud SICAM- *EVROPÆA*
* BROS Marcomiro * *Clodius*. Eo occiſo in præ- *Tritbem. in Epitome.*
[illegible] lio à Gallis, cæpit Sicambris imperare *Artenor*,
† [illegible] qui humanas victimas fieri prohibuit, & Sicambros ad humanitatem erudivit; Hinc etiam ſeries Ducum BATAVIÆ, quæ *Fladertinga* con- *Pontanus in*
tracto, incipit. Anonymus enim Cattos circa *Amſtelodamo.*
hæc tempora domeſticâ ſeditione pulſos inſulam inter duo Rheni oſtia cum Duce ſuo Bathepho Cattorum Regis F. occupaſſe, caſas primo, mox arces exſtruxiſſe, vicinos Menapios affines ſibi feciſſe, & *Richelindam* Tungrorum Regis filiam Regi ſuo in uxorem dediſſe dicit. Furmerius hoc ad tempora Phyſconis refert.

In HISPANIA geſſere Romani *bellum*. In *Liϐius l. 40.*
* eo Celtiberi * a Sempronio Graccho, (qui eos
3[illegible]5 aliquot prælius vicit, multas urbes occupavit, & ultra centum in deditionem accepit) domiti, re-
† belles iidem † à Claudio Prætore caſtris exuti.
[illegible]6 *Salondicus* Dux * oppreſſus, & cum Numanti-
* nis ac Luſitanis tamdiu dubio Marte certatum
[illegible]80 eſt, donec P. Scipio Aemilianus cæteris reſpuen-
† tibus eò † abiviſſet.
[illegible]
* ROMANI multa * *domi* & *foris* egregia
3770 geſſe-

gessere *Domi.* Nam Cumanis publicè Latinè loqui * permissum est. L. Julius Trib. pl. magistratus ad certos ætatis annos adstrinxit. Aufidius clypeos, qui ut ærei in Capitolio suspensi erant, argenteos esse docuit. Ne amplius in singulas cœnas, quam centeni vicenique æris sumptus fierent, neve quid volucrum præter unam gallinam non altilem apponeretur, sancitum. Scipio Censor *clepsydras*, quibus horæ noctium & dierum signabantur, confici jussit. In ærario literum aureorum pondo M D, argenteorum XCIIM, sestertium quadringenties inventum est. Lex Aelia & Fusia lata, quæ voluit, ut quando cum populo ageretur, auspicia valerent, obnunciare liceret, legi, qui vellet, Trib. pleb. intercederet, nec omnibus fastis diebus leges ferrentur. L. Piso Frugi Trib. pleb legem de pecuniis repetundis * tulit. *Foris* confecit *novem* P. Rom. *bella. Primum* contra Ligures Apuanos, quorum XLM ex Anidi montibus in agrum Taurasinorum deducta † erant, rebelles. In eo Claudius Proconsul Mutinam occupatam * recepit, & Italiam usque ad Alpes domuit. Petilius eosdem de monte † Leto dejecit, sed ipse missili trajectus cecidit. Popilius Cons. Statellates, nunquam antehac hostes, bello petiit, congredi ausos vicit, & in deditionem accepit, deditos armis * spoliavit, & bona eorum indignante senatu vendidit. Fulvius Proconf. omnibus domitis, bello, quod per octoginta annos gestum est, finem imposuit. *Alterum* erat contra Hispanos, de quibus in Hispanicis. *Tertium* in Istros, qui Romanos sub nebula adorti, castris exuere, mox

Plinius.

Gellius l. 2. cap. 24.

Plin. l. 33. c. 3

Cic. l. 2. offic. Livius l. 40. 41. 42.

moxi dein, cum fecure agerent, expulsi sunt, trucidato tandem eorum Rege Carmelo Istria in provinciæ formam a Claudio Conf. * redacta est. Quartum in Sardos, quibus victis pacem Gracchus imposito duplici stipendio concessit, tabulamque, in qua prælia & insulæ situs descripta erant, in Capitolio dedicavit. Quintum in Illyrios, quorum Rex Gentius, à Perseo inductus, bellum Romanis intulerat. Hoc triginta diebus patratum prius, quam cæptum esse Romæ auditum fuisset. Anitius Prætor victum, & à Perseo derelictum sese dedere coëgit. Postea cum parente, conjuge, liberis, fratre, aliisque principibus in triumpho ductus est. Sextum erat Carthaginense, de quo in Punicis. Septimum Macedonicum, de quo in Macedonicis. Octavum Achaicum, de quo in Achaicis dicemus. Nonum contra Dalmatas, Illyrios R. P. socios vastantes, quos Martius Conf. infeliciter primò tentatos * vicit, Nasica de profligatis † triumphavit.

In SICILIA nihil occurrit.

In SCOTIA excepit Reutherum Thereus, qui ob crudelitatem infamis, à Phylarchis puniendus, ad Britones confugit, ibidemque reditu desperato, in summo contemptu consenuit, Conano interim locum ipsius implente, & omnia depravata restituente. Successit ipsi * Josina qui Medicos, quod ipsis familiariter in Hibernia usus fuisset, in honore habuit, & exemplo suo effecit, ut nemo illustriorum in Scotia esset, qui non vulnerum curationem teneret. Buchan. l. 4. Buchan. l. 4.

Livius l. 41. 42. 43. 44. 45 In MACEDONIA extincto mœrore, (quod 3... innocentem se filium occidisse rescivisset) Philippo successit *Perseus*. Hic postquam Bastarnas Transdanubianam gentem ad delendos fluxæ in Macedonas fidei Dardanos evocavisset, eosque victos &, dum Danubium frigore concretum transire conantur, fracta nimia exercitus mole glacie mersos, in universum delevisset, Dolopum gentem subegisset, belli in Romanos causas venatus legationem ad Carthagines, quæ ibidem noctu audita est, misit. Abrupolin, Sapæorum Regulum, regno expulit, Aretam Illyrici Regem interfecit, legatos P. R. res repetentes intra triduum fines exire compulit, Romanos denique Duces Brundusii per publicum hospitem Ramnium veneno tollere molitus est. Ortum igitur hinc est *bellum Macedonicum II* quod *quadriennium* duravit, & primò ancipiti Marte gestum, tandem infausto Macedoniæ exitu confectum est. Scilicet *primo biennio* attractis à Perseo in partes Thracibus, quos disciplina Macedonica in suum commodum aptè temperavit, VIM Romanorum in prælio cum P. Licinio Crasso, & ad Uscanam periere: C. Cassius Consul frustra per Carniam in Macedoniam, cujus situm Perseus de summo speculatus Hæmo, positis per abrupta castris, ita armis ferroque vallarat, ut non reliquisse aditum, nisi venturis e cœlo hostibus videretur, ducere exercitum voluit. C. Hostilius nihil memorabile, militaris disciplinæ observantiam & sociorum (diverso a Lucretio Prætore, qui Haliartum exciderat, incolas vendiderat, & accusatus, quod Chalcidenses avarè tractasset, decies centum millium

lium æris a ſenatu damnatus erat) cum fide cultum ſi exceperis, geſſit. Inde Rhodiorum, Achæorum (hi tandem auxilia ſub Polybio Equitum magiſtro decrevere) & Eumenis Pergami fides, (quo ſe fortuna vertit, eo & hominum favor)
3778 vacillare cæpit. At altero anno Q. Marcius per loca, quæ volucribus etiam invia videbantur, Macedoniam ingreſſus, Philippum Pellæ pecuniam in mare mergere, ne periret, Theſſalonicæ claſſem, ne incenderetur, coegit. Æmilius verò
3782 Paulus à Gallis Transdanubianis, quos Duce Clonoico excitos, quod certa mercede militare vellent, regredi juſſerat, deſtituturum, prælio ex inopinato, neutro Imperatorum volenti, de jumento e Manibus Curantium fortè elapſo inter Thraces præſidiarios Romanosque oborto, ad Pydnam vicit, & in Samothraciam rejecto, Cn. Octavio Prætore cum claſſe miſſo, ut ſe Romanis dederet,
3783 perſuaſit, ac tandem, poſtquam Macedoniam liberam pronunciaſſet, eidem in IV partes diviſæ amicas leges præſcripſiſſet, Epiri LXX oppida, quod defeciſſent, diripuiſſet, redux eundem in triumpho cum liberis*, uno filio orbus, mox al- *Livius l. 45.*
3784 terum amiſſurus, duxit, tantum etiam pecuniæ in *Epit.* ærarium intulit, ut R. P. ex eo tempore usque ad *Flor. l. 2. c. 14.* Hirtium & Panſam Coſs. per annos CXXV nullum tributum ſolverit. Hac libertate neſciebat diu gaudere Macedonia. *Andriſcus* enim mer-
3802 cenarius, ex ſimilitudine oris *Pſeudophilippus* dictus, regnum invaſit. Eo de Juventio Prætore triumphante, à Metello verò victo & in catenas in urbem reducto (*hoc quoq; in malis ſuis Romæ indulgebat fortuna, ut de eo P. R. quaſi de vero Re-*

ge tr-

ge triumpharet) servitute mulctata est, & finis regno illi impositus. Ab hoc tempore ad Heraclium usque sub Romanorum fuit imperio: tum Saracenis cessit: nunc à Turcis servitute premitur. Incolis peculiaris DEUS *Gabyrus* erat. Milites qui hostem non occidissent, capistro cingebant. Primi obsonatores servos ex civitatibus bello subactis induxere. Nemo apud eos in cœna accumbere solebat, qui aprum extra retia non interemisset, in sedilibus cœnare cogebantur, &c.

Alex. ab Alex. l. Igenial. dier. c. 10. Athen. l. 14. & 1.

Par ACHÆORUM Reipublicæ cum Macedonia fortuna. Causa exitii, motum * in Spartanos, suasore Diæo, bellum, illata Romanorum legatis de causa judicaturis, ductu Critolai Prætoris, cum eos corpus Achaicum dissolvere velle videret, (Sanè neque Lacedæmonios, neque Corinthios Achæis contribuere debere, Argos præterea Heracleam, Orchomenios ab Achæorum concilio sejungendos pronunciarant) vis, & non dediti postulati ad pœnam rei. Rem Ducibus Metello & Mummio Conf. Romani gessere, quorum ille Critolaum per patentes Elidis campos toto Alphæo cecidit, & mortem sibi consciscere coegit. hic Diæo Prætore sub Isthmi faucibus profligato, & ad venenum adacto, Corinthum ab incolis desertam diripuit, ac præcinente tuba delevit, & novam P. R. provinciam, quæ *Achaia* appellabatur, fecit. Sic excisa est urbs illa, quæ adeò libidinibus addicta erat, ut supra mille prostitutæ in templo Veneris semper degerent, meretrices Veneri magnis de rebus supplicare lege juberentur, & Corinthiorum vota fuerint, si quid impetrent, meretricem aliquam se adducturos

Livit. Epit. l. 51. Flor. l. 2. c. 16.

Strabo l. 8. Athen. l. 13. & 6.

Corin-

Corinthum. Servorum myriadas sex possidebant, inde *Chenicometræ* dicebantur. Quantæ opes & ablatæ & crematæ sint, hinc scies, quòd quicquid Corinthii æris toto orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus. Nam & æris notam preciosiorem ipsa opulentissimæ urbis fecit injuria: quia incendio permistis plurimis statuis atque simulachris, æris, auri, argentique venæ in commune fluxere.

Paulò antequam id accideret, ÆTOLI mutuis latrocinijs fessi, causam ad Romanos detulere, qui cum rem Delphis cognoscerent, & Proxenus, exulum fautor, primas in disceptatione tulisset, ab uxore, quæ postea damnata, interfectus est. *Livius l. 41.*

Synchroni Ptolemæo Philometori fuere *Polybius Historicus*, Scipionis Æmiliani Consiliarius, historiæ (quam Marcus Brutus tanti fecit, ut [illegible] temporibus, quæ ab eo fusius dicta essent, compendio constringeret) scriptor. Romam cum mille Achæorum à Metello traductus, [illegible] promeruit amorem, ut septendecim annis [illegible] superstites, CCC in ipsius gratiam dimitterentur. *Scylax Caryandensis*, Mathematicus & Musicus, qui periplum scripsit, *Heraclides Lembus*, *Agatharcides Cnidius* illius [illegible], *[illegible]*, cognomento *Aristophanius*, qui librum de Doride reliquit, *Strato*, qui opus de rebus inventis edidit; *A. Posthumius Albinus* [illegible] Romanus, qui cum culpam imperitiæ deprecaretur, quod historiam Græcè conscripsisset, à Catone irrisus est, quòd maluerit culpam deprecari *Vossius l. 1. Hist. Græc. cap. 19.* *Suidas.* *Vossius l. 1. de Histor. Græc. c. 20.* *Gellius l. 11. cap. 8.* *[illegible]*

precari, quàm culpâ vacare. *Piso*, qui, cum hominem invenire nequam neminem posset, solus Frugi cognominatus est. Annales scripsit, & in illis, adolescentes peni esse deditos, questus est.

Cornel. Nepos in Catone. Plin. l. 7. c. 27. *Cato Censorius* Carthaginis hostis, qui erat & agricola solers, & reipublicæ peritus, & juris consultus, & magnus imperator, & probabilis orator, & literarum cupidissimus. Scripsit historiarum libros quater & quadragies causam dixit: nec quisquam sæpius accusatus, & semper absolutus est.

Euseb. in Chronico. *Statius Cæcilius*, qui Poeta Comicus & Ennii contubernalis. Statius dictus quod servus fuerit. *Crates Mallotes*, qui studium Grammatices Romam, ab Attalo Pergameno ad Senatum missus, intulit, & plurimas ἀκροάσεις ibidem fecit. *Menodotus Corinthius*, qui res Græcas libris quatuordecim descripsit. *Sosilus Iliensis*, qui Hannibalis acta composuit. *Terentius Afer* Comicus Terentii Lucani libertus, qui a patruo eruditus, Lælii & Scipionis opera adjutus, comœdias scripsit, & contracto ex dolore amissarum fabularum morbo, in Arcadia mortuus est. *Aristarchus* Grammaticus, qui filios duos, eosque ambos stultos habuit, commentarios supra mille scripsit, & tam castigato judicio fuit, ut Homeri versus non putaretur, quem ipse non probaret.

Quintilian. *Pacuvius Brundisinus*, Ennii Poetæ ex sorore nepos, qui Romæ primum picturam exercuit, ac fabulas venditavit. Et gravitate sententiarum, pondere verborum, authoritate personarum, citra tamen nitorem, clarissimus hic.

Athen. l. 5. *Diogenes Epicurus*, Philosophus Stoicus, maledicus, & cum risum captabat, ne Regibus quidem parcens,

parcens. Jugulatus est ab Alexandro Rege Syro; *Leonidas Rhodius*, qui primus & solus in quatuor Olympiadibus duodecies coronatus est. *Carneades* Philosophus Academicus, qui arte memoriæ usus, tanto apparatu ad confutanda ea, quæ Zeno scripserat, aggressus est, ut superiora capitis helleboro candido, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus ad domicilium animi redundaret, purgaret. Intra hoc etiam tempus *hyems* adeò rigida fuit, ut arbores cunctas deureret; *Pestis* Romæ adeo grassabatur, ut Libitina nec liberorum quidem funeribus sufficeret, servorum cadavera publicè abjicerentur, nec tamen tangerentur à brutis. *Pomptinæ paludes* à Cethego Cons. siccatæ & ager ex iis factus est.

Cicero de Oratore. Gellius l. 17. cap. 21.

Livius l. 40

Sacra.

In JVDAICA Ecclesia duo occurrunt, nempe duplex sub Antiocho instituta persecutio & Pontificatus; In prima illarum templum ... spoliavit, conferendi sacerdotii jus ad se traduxit, illudque suis asseclis vendidit Antiochus. In secunda super basi altaris Domini idoleum collocavit, Bibliorum codicem exussit, pueros circumcidi vetuit, ac Judæis Diis Græcorum sacra facere, Samaritanis id non refragantibus, coëgit. Pontifices intra hoc tempus mirâ fortunæ vicissitudine fuere plures; *Onias, Jason, Menelaus, Judas, & Jonathas*. *Onias* Senior ab Antiocho, instigante & CCC Talenta offerente Jasone *, depositus est. *Jasonem* seu *Jesum*, Onias seu Menelaus Junior frater, illâ pecunia suo nomine oblata

2. Maccab. 4. 5.

Joseph l. 12 c. 7. 10. 17.

oblata, & promisso majore precio, dejecit. Idem solutioni impar excidit, mox oblatis Andron co denariis recuperavit, & Oniam seniorem * interfecit. *Alcimus* Menelaum, abductum & occisum † excepit. *Judas* illi apoplexiâ exstincto, cum suppresso genere ἀρχιερατικῷ proximi de XXII stationibus, ex prima statione Joaribi, neglecto successionis jure, successit. *Jonathas* eo defuncto, stolam ab Alexandro Syriæ Rege accepit. Paulò post *Onias* de reditu desperans, templum Hierosolymitano æmulum repugnante Agrestis Bubastis fano ad Leontopolin, in Heliopolitana regione exstruxit, & *templum Garizim* contra legis Mosaicæ sententiam a Samaritanis exstructum esse, decretum est. Rectè itaque *undecima Ecclesiæ Judaicæ periodus*, quæ ad finem Principatus Hasamonæorum extenditur, in tantæ mutationis momentum à nobis conjicitur. Floruit tum *Jesus Sirach*. In ETHNICISMO nihil occurrit præter *ædem Fortunæ Equestris*, quam Fulvius Censor maximo suo malo * vovit, & *templum urbis Romæ*, quod Alabandenses primi † ædificavere, eidemque divæ quotannis ludos vovere.

Joseph. l. 13. cap. 6.

Margin: * 3... ; † 37.. ; * 377.. ; † 3...

CAPUT.

CAPUT III.
DE
REBUS AB EXCIDIO REGNI MACEDONICI AD FINEM REGNI SYRIACI GESTIS.

Anni sunt 94. ab anno 3805. ad 3899.

Articulus I.

DE
PTOLEMÆO EVERGETE II. SEU PHYSCONE.

Anni sunt 29. ad annum 3834.

EVergetes, *κακεργέτης* Alexandrinis, & ob tantam ventris crassitudinem, ut nec sine baculo incedere, nec quisquam eum amplecti ulnis posset, *Physcon* dictus, Cyrenarum Rex fuit, & fratri Philometori sine certamine substitutus est. Res ipsius ad *tres periodos* reduci possunt. In *prima*, quæ exilium antecessit, regnum crudelissimè administravit. Alexandriam namque ingressus, infensus omnibus, nepotis ex fratre fautores, in regnum eum subornantes, trucidari jussit: die vero nuptiarum, cum Cleopatra sorore & regina celebratarum, filium ex Philometore susceptum in ipsius complexu interfecit, post Cleopatram filiam ejus per vim stupratam, & in uxorem adscita, repudiavit, & in subditos per milites licentiosè grassatus est. *Secunda periodus* fugam in Cyprum cum pellice & filio ex sorore suscepto, metu insidiarum, quod populus, cum nec [illegible] incolarum (populus enim [illegible] diversa [illegible]

Athen. l. 12. Dipnosoph.

Justin. l. 38.

Justin. l.38. triam metu mortis reliquerat) nec legatione illius Romani, cui hominis vultu deformis, statura brevis, sagina ventris non homini sed belluæ similis fœditas, (quam nimia subtilitas vestis pellucidæ augebat, prorsus quasi *astu inspicienda præberentur, quæ studio occultare pudibundus vir debebat*) risui erat, ad frugem reduci posset, regiam incendisset, complectitur. In eo filium natu majorem à Cyrenis evocatum, ne contra se Rex crearetur, interfecit: alterum ex Cleopatra susceptum, cum populum statuas & imagines suas detraxisse audiret, & instinctu Cleopatræ, a populo revocatæ id fieri crederet, in membra divisum, die natalis ejus matri inter epulas offerri curavit: *Justin. l.39.* tandem bellum Cleopatræ movit, illudque, postquam Alexander Cebenna Demetrium Syriæ Regem, à Cleopatra socru contra se evocatum, vicisset, feliciter confecit. *Tertia periodus* res illas continet, quæ post initam inter conjuges gratiam, & restitutum regno Ptolemæum, acciderint, de quibus in historia Gryphi Syri agemus.

CONTEMPORANEA.

AFRICANA In PERSIA seu PARTHIA imperavit *Mithridates I*, qui cum Eucratide II Bactrianorum Rege bellum gessit. Medis prælio victis præfectum imposuit, profligato Emilæorum Rege, im- *Justin. l.38.* perium Parthorum a Caucaso monte ad Euphratem fluvium extendit, & Demetrium Nicano- *Justin. l.41.* rem, de quo in Syriacis, cepit. Cæterum hic est *Strabo l.15.* ille Eucratides, qui Eucratidiam urbem condidit, obsessus in bello Indico, cum DC militibus, eruptione

ptione facta hostium LXM prostravit, & D in India urbes possedit. Redeuntem domum, filius Eucratides interfecit, & per sanguinem ejus currum egit: sed mox ipse a Scythis & vita & regno spoliatus est. Mithridati *Phrahates* successit, qui cum Antiocho Sedete tam infeliciter pugnavit, ut Babyloniam amitteret, tandem tamen eum vicit.

In SYRIA imperavere successivè *Demetrius, Tryphon, Antiochus Sedetes*, frater Demetrii, *Alexander Cebinna*, *Seleucus* Demetrii F. *Antiochus Grypus*, & *Antiochus Cyzicenus*. *Demetrius* recuperato paterno regno, primò iners, mox crudelis evasit, hinc ab Antiochenis militibus & civibus in arce * conclusus est, periturus, nisi Jonathas III M Judæorum submisisset: dein à Tryphone, quod exauthoratis veteranis indigenas retinuisset, offenso. Antiochum Alexandri F. ex Arabia adducente, in Ciliciam & Babylonem † rejectus est: illato Parthis bello, ab Arsacida captus, in Hyrcaniam migravit. Ex hac captivitate, ut in Sedete videtur, liberatus, Ptolemæo, ut diximus, * bellum intulit, & ab Alexandro supposititio † victus, ab uxore & liberis desertus, cum Tyrum, religione templi se defensurus, confugisset, navi egrediens interfectus est. *Antiochus* regno à Tryphone, post victoriam a Demetrio obtentam, reddiitos, ab eodem, post trucidatum perfidè Ptolemaide Jonathem, quem necem Regis ulterum credebat, & captam, ut in Parthica vidimus est, Demetrium, opera Medicorum calculi dolores simulantium, occisus * est. *Tryphon* postquam servilis (plerisque regnantium indulgentia fortuna ... *Joseph. l. xiii.*

Justin. l. 36.

& pravis magistris discunt audentq.) militum animos ita abalienasset, ut ad Cleopatram Demetrii viduam deficerent, ab Antiocho Sedete, cui Cleopatra connubium & regnum obtulerat, acie, placato primò Judaico populo, victus, Syriâ ejectus, & in Doræ castello obsessus, cum Apameam effugisset, ibidem urbe vi captâ, interfectus est. *Antiochus Sedetes* duo bella gessit. *Unum* contra Judæos, de quo in Judaicis dicemus; *Alterum* contra Parthos, cujus principia læta, tristis magis exitus. Advenienti cum LXXM armatorum, quos CCCM lixarum subsecuta sunt, & tanta argenti & auri copiâ, ut gregarii milites caligas auro figerent, multi Orientales Reges occurrere. Mox, tribus prælis victor, omnibus populis ad se certatim deficientibus, ut Demetrius captivus ad recuperandum regnum cum Parthico præsidio remitteretur, & ipse eo pacto ad sua tuenda revocaretur, effecit. Exitii causa, divisus propter multitudinem in hyberna exercitus fuit. Civitates enim, cum se injuriâ militum gravari viderent, ad Parthos defecere, divisus exercitus, die statuta per insidias oppressus est. Ipse dum proximis auxiliũ laturus, cum ea manu, quæ secum hyemabat, progreditur, ab obvio in itinere Parthorum Rege motu suorum desertus, occisus est. *Alexander Cebinna*, Protarchi negotiatoris filius, per Ptolemæum, quasi ex Antiochi Sedetis familia per adoptionem esset, contra Demetrium excitatus, & cum fusis fictis in funere Sedetis lachrymis (miserat enim corpus Parthus in argenteo loculo in Syriam) fidem fabulæ fecisset, a civitatibus receptus, eundem, ut diximus, operâ Tyriorum præfe-

Justin. l. 39.

præfecti interfecit. Cum verò Ptolemæum contemnere inciperet, Ptolemæus sorori reconciliatus, Antiochum per Tryphænam filiam socerum, missis auxiliis, contra ipsum instigavit. Gryphus a civitatibus derelictum, & prælio victum, Antiochiam rejecit. Ubi pecuniæ inops, cum, post sublatum ex templo Jovis solidum ex auro Victoriæ signum, paulo post ipsius Jovis aureum simu-
[illegible] lachrum infiniti ponderis tacitè avelli mandasset, deprehensusque in sacrilegio, concursu multitudinis in fugam versus esset, magnâ vi tempestatis oppressus, ac a suis desertus, a latronibus captus, & ad Gryphum perductus jussu ipsius, trucidatus
[illegible] est. *Antiochus Gryphus*, a nasi magnitudine ita dictus, eidem substitutus, sed ita, ut nomen Regis penes filium, jus autem omne imperii penes matrem esset, Alexandrum Cebennam è medio sustulit, & Syriam eo usque retinuit, donec ipsi evitatis matris, quæ eum veneno tollere voluit, insidiis, imò in ipsam retortis, (cum enim poculum
[illegible] obtulisset, prior bibere coacta est) *Antiochus Cyzicenus*, eadem matre, sed ex Antiocho patruo genitus insidiarum manifesto, æmulus nasceretur.

[illegible] In JUDÆA initio regni Physconis fuit adhuc *Jonathas*, & à Demetrio quidem Samariam, Joppen, & Galilæam sub tributo CCC talentorum accepit: à Tryphone autem muneribus devinctus, Demetrii exercitum vicit, & cum Romanis & Spartanis fœdus renovavit. Non diu duravit utilitate pensata amicitia. Tryphon enim, postquam ei, ut milites dimitteret, ac Ptolemaidem veniret, persuasisset, non tantum, *I. Maccab. 11. 12. Joseph. l. 13. c. 9. 10. 11. ad 17.*

tantum, prætextu non soluti stipendii, custodiæ mandavit: sed etiam frustra primo tentatâ, ob commeatum a Simone interclusum, Judæâ, spe dimissionis factâ, acceptis ab eodem cum Jonathæ filiis obsidibus CCC Talentis, cum filiis interfecit. Excepere ipsum successivè *Simon Frater* & *Johannes Hircanus*, illius Filius. Annos octennium præfuit. *Primo anno* societatem cum Demetrio contra Tryphonem junxit, & ab eodem libertatem & tributorum immunitatem Judæis impetravit. *Altero* Græcos Gazâ expulit, arcem Sionis à præsidio Tryphonis inclusam fame (non poterat Tryphon eo anno, quo Jonatham occiderat, commeatum propter nivis profunditatem inducere) ad deditionem coëgit, captam solo æquavit, montem, in quo sita erat, ne quis locus Hierosolymis templo altior esset, triennii spacio, labore maximo die noctuque continuato, in planiciem redegit, & *aram Hasmonæorum* constituit. *Tertio* juramentum fidelitatis a Judæis recepit. *Quarto* ab Antiocho Sedete cum regnum a Tryphone recuperare conaretur, cudendi monetam & alias immunitates impetravit. *Reliquis annis* Cendebæum illius Ducem, post victum Tryphonem, Judæam contra fidem datam incubantem, per Hyrcanum F. vicit, & Cedron castellum ab eo exædificatum diruit, tandem dolo Ptolemæi generi, quem Hierichunti præfecerat, inter epulas cum duobus filiis, Matathia & Juda, interiit. *Hircanus quatuor bella* intra hoc tempus gessit. *Primo* Ptolemæum parricidam in arce Dagonis obsedit; sed obsidionem pietate erga matrem

(hanc cum castrum oppugnaretur, parricida tormentis excruciabat) mortus solvit. *Alterum* contra Antiochum Sedetem (qui & Soter à conservata Syria) Hierosolyma obsidentem erat, quod in anno sabbathico propter commeatus inopiam inducias interruptum, mox persolutis Dj, quæ ex sepulchro depromsit, talentis, pace sopitum est. *Tertium* contra Syriæ civitates erat, postquam Senatus Romanus, actis Antiochi rescissis, Judæos liberos pronunciasset. In eo Syriæ civitates præsidio destitutas cepit, & Medabam expugnavit. *Quarto* Idumæi petiti, qui subjugati circumcisione recepta, inter Judæos censeri cæperunt. Circa hoc tempus, cum Judæi philosophiam cum lege permiscerent, decretum factum est, quo maledictus pronunciatur, qui filium suum philosophiam Græcam doceret. *Drus. ad loca Exodi c. 4. 6.*

In CAPPADOCIA fuit post patrem *Mithridates*, ob amorem ejusdem *Ariarathes* dictus, & *duo bella* gessit. *Unum* contra Olophernem fratrem putatitium, regno insidiantem, quem Demetrii auxiliis innixum ope Romanorum vicit, & Antiochiam, ubi carceri traditus est, compulit. *Alterum* contra Aristonicum pro Romanis (vide Pergamena) in quo etiam occidit, & filiis ceu βρεφῶν Ciliciam & Lycaoniam reliquit. Post mortem ipsius *Laodice* uxor, necatis veneno quinque filiis, regnare voluit, sed ab omnibus deserta, quæsita morte periit, & *Ariarathi VI F.* regnum relinquere coacta est. Olophernes putatur primam Bacchi vociferationem & artificiosam intemperantiam invexisse. *Justin. l. 37. Polyb. l. 3. Athen. l. 10*

BITHYNIÆ præfuit *Nicomedes Epiphanes*, quem pœnam talionis Nicomedes F. *Φιλοπατωρ* per antiphrasin dictus, ſubire cogit, ipſe ex SC. regnum occupavit.

Juſtin. l. 36. Apud PERGAMENOS duo occurrunt, *Attalus* ultimus Rex, & *Romanorum cum Ariſtonico bellum*. *Attalus* poſtquam regnum cædibus amicorum fœdaſſet, omiſſa regni adminiſtratione, hortos fodiebat, noxia innoxiis gramina permiſcebat eaque omnia veneni ſucco imbuta amicis transmittebat, tandem cera fingenda, & ære fundendo oblectabatur. Moriens

Flor. l. 2. c. 2. R. P. hæredem inſtituit. *Belli* cauſa hæreditas

Strabo L. 15. fuit, quam Ariſtonicus, Eumenis ex pellice

Livius l. 59. Epheſia F. ſibi aſſerere audebat. Geſſere id Romani ſub tribus Ducibus, ex quibus *Craſſus*, qui primus Pontificum extra Italiam cum exercitu miſſus eſt, Ariſtonicus vicit & cepit, Thrax cuſtos, ab eodem virgæ ictu exoculatus, occidit. *Perpenna* Ariſtonicum, Stratoniceæ fame maceratum, ad deditionem * compulit. *Aquilius* mixtis veneno fontibus, civitates quidem imperata facere coegit, ſed contra mores majorum arma Romana impuris medicaminibus violavit. Ariſtonico tandem Romæ gula † fracta; Pergameno regno finis impoſitus, & *Aſia cum opibus ſuis vitia quoque Romam tranſmiſit.*

AFRICA NA CARTHAGINIS excidium, & ad ætatem iſtam fortunam, ſuperiori capite innuimus.

Salluſt. in bello Jugurt. In NUMIDIA *Micipſa* Cirtham munitam ita coloniis auxit, ut emitteret decem equitum & viginti peditum millia. Mortuus regnum tribus

bus filiis, *Adherbale* nempe, *Hyempsale*, & *Jugurtha*, fratris filio adoptato, reliquit. Res ejus in sequentibus habebuntur. Ibidem ex immensa locustarum putrescentium multitudine, quæ etiam ipsos arborum cortices eroserant, quasque ventus mari immersas ad littora depulerat, tanta pestis exorta est, ut octingenta millia hominum perirent.

In GERMANIA successit * apud SICAMBROS *Clodomirus*, qui auxilio Germanorum Gallos ad Mosam magno prælio † vicit. Bataphum seu Batonem putatur in BATAVIA excepisse *Hessus*, qui Noviomagum ædificiis auxit, ac Cattos & Cheruscos aliquoties fudit. *EUROPÆA Trithem. in comp.*

In HISPANIA fuit R. P. res cum *Celtiberis*, *Lusitanis* & *Vaccæis*. In *Celtiberis* (quorum Numantini Segulenses, Romanorum manibus elapsos, exceperant) Q. Metellus Contrebiam & Nertobriges singulari militum virtute * (pulsas cohortes locum recipere jussit, milites in certissimam se mortem mitti videntes, testamenta obsignarunt, & dum se morituros putant, victores) cepit: Q. Pompejus Termestinis subactis, amisso in finibus Numantiæ exercitu, pacem ignominiosam cum iisdem † fecit: Popilius post- *Flor. l. 2. c.* quam irritam pacem Romani pronunciavissent, *17. 18.* ab iisdem fugatus est: Mancinus adeò infeliciter rem gessit, ut cum Numantinis fœdus facere cogeretur, quod irritum ipsius deditione Romani facere voluerunt: Scipio tandem redacto in disciplinam milite, congredi ausos Numantinos fugavit, fossa mox & lorica circumdatis eo desperationis adegit, ut se & patriam subjecto

undique igne perimerent. Sic periit Numantia, quantum Carthaginis, Capuæ, Corinthi opibus inferior, ita virtutis nomine & honore par omnibus: summumque, si viros æstimes, Hispaniæ decus, quippe quæ sine muro, sine turribus, modice edito in tumulo apud flumen Durium sita, quatuor millibus Celtiberorum XLM exercitum, per annos XIV sola sustinuit: nec sustinuit modo, sed sæpius aliquanto perculit, pudendisque fœderibus affecit. *Lusitani* duce Viriato, qui ex venatore latro, ex latrone imperator, bellum gessere. Hic Vetilii Prætoris exercitum internecione delevit, cum Q. Fabio (qui maxima Lusitaniæ parte recepta, rebellibus dexteras * absciderat) pacem † fecit, a Pompilio per domesticos percussores, ac si aliter vinci non potuisset, oppressus * est. Militibus ipsius agros & oppidum Valentiam Junius † concessit, & Lusitaniam ad Oceanum perdomuit. Senatus Romanus factum consulis improbavit & proditoribus illis præmium petentibus responderi jussit, *Romanis non placere, Imperatorem a militibus interfici.* De *Vaccæis*, gente supplice, nihil occurrit, præter cladem quâ Æmelium Lepidum affecere.

Apud ROMANOS multa *doms* & *foris* gesta occurrunt. *Domi M. Titius* aquæ ductus, cum illa fraude privatorum interciperetur, refecit. *Scipio* carmen in tabulis quod dum lustrum conderetur recitabatur, emendari jussit. *Hispalus* Prætor, ut Chaldæi ex Italia intra decimum diem abirent, mandavit. T. *Manlius Torquatus* filium suum repetundarum accusatum, ad laqueum adegit. *C. Matienus*, exercitus desertor, sub furca cæsus,

Valer. l. 1.

Livius l. 54.
2 l.

cæsus, sestertio nummo vænit. *Longinus*, ut P. R. suffragium non voce, sed in tabula ferret, * decrevit. *Metellus* ut omnes cives uxores ducere cogerentur, † censuit. *Tiberius Sempronius Gracchus*, Tribunus plebis factus, toti Italiæ civitatem pollicitus, legem agrariam, frustra Cnæo Octavio collega intercedente, promulgavit, quum ad perpetranda cæpta imperium sibi prorogari peteret, duce Scipione Nasica in Capitolio subselliorum fragmentis occisus est. *Fulvio Flacco, C. Graccho. & C. Carboni*, (hic etiam rogationem tulit, ut eundem tribunum plebis quoties quidem vellet, creari liceret) de agro dividendo trium viris creatis, Africanus restitit, sequenti die mortuus in cubiculo inventus est. *C. Gracchus*, Tiberii frater, postquam ut frumentum semis & triente plebi daretur, nemini ultra D agri jugera possidere liceret, Equestris ordo bis tantum virium in senatu, quam senatores ipsi haberet &c. tulisset, domum ex Africa, quo coloniam in solum Carthaginis duxerat, reversus, ab Opimio Cons. cui mandatum erat, videret ne quid detrimenti Resp. caperet, cum Fulvio Tribuno occisus & in Tiberim projectus est. *Marius* denique Tribunus plebis leges deferendis suffragiis, quâ potentiorum in Judiciis vires imminuebantur, frustra Aurelio Cotta & Metello opponentibus, tulit. Et hæc domi & in urbe gesta sunt. *Foris* confecit *aliquot bella* Populus Romanus. *Primum* contra Hispanos erat, quod in Hispanicâ Historia expositum est. *Alterum* in Aristonicum, de quo in Pergamenis diximus. *Tertium* contra servos in Sicilia, quam vide. *Quartum* contra Allobroges

Flor. l. 3. cap. 14.

Liv. epit. 60. 61. Plut. tarch. in Gracchor.

Plutarch. in Mario.

Flor. 3. c. 2. Librus l. pit. 61. ges Gallos, Æduos infestantes. In eo Domitius Ænobarbus ad urbem Vindelicum, Allobrogum XXM occidit. Fabius vero Maximus cum Bituito CLM exercitu stipato, & Romanorum paucitatem contemnente, (vix ad escam canibus suis sufficere dicebat) congressus, eundem interfectis CXXM vicit, & febri, qua laborabat, liberatus est. Bituitus post Romam ad satisfaciendum profectus, Albam cum filio Cangentio in custodiam missus est. Interea Claudius Salassos, gentem Alpinam, reparato post amissum XM exercitum, exercitu fugavit, & privato sumptu triumphavit. Fulvius Flaccus Ligures Transalpinos * domuit. Coss. infinitam Arbenorum multitudinem ad

Flor. l. 3. c. 2. Rhodanum † interfecere. Sextius Proconsul, victis qui Massiliam infestabant, Salijis, Aquas Sextias condidit. Metellus Baleares piraticam exercentes * subjecit. Q. Martius Consul Sarinos, Gallicam gentem sub radicibus Alpium sitam, bello aggressus, ad desperationem † adegit: Conjugibus & liberis occisis, in flammas se conjecerunt: Captivi inediâ se confecerunt.

Liv. Epit. 56. Oros. l. 5. c. 8. Flor. l. 3. cap. 19. In SICILIA servile bellum duce Euno Syriæ Deæ comas jactante, exortum est. Rex creatus, accedente cum LXXM fugitivorum Cleone Cilice, Manilium, Lentulum, Pisonem, Hypsæum Prætores vicit, nec citius subigi potuit, quam à Rupilio Consule Tauromenium & Enna expugnarentur. Cleon in acie cecidit. Eunus in carcere, resoluto in vermium exuberantiam corpore, periit. Ibidem *Ætna mons* bis intonuit, adeò ut prima vice mare effervesceret, exanimatis plurimis

pisces supernatantes coquerentur, altera, torrentibus igneis Catana opprimeretur.

[illegible]4 In SCOTIA excepit Josinam anno regni *Buchan. l. 4.*
XXIV mortuum. *Finnanus*, qui ut radices Tyrannidis recideret, decretum fecit, ne quid Reges quod majoris esset momenti, nisi de publici consilii authoritate juberent.

Contemporanei Physconis fuere *L. Accius* *Euseb. in*
Tragœdus, libertinis parentibus ortus, quem *Chron.*
Brutus tanti fecit, ut ejus versibus & templa & monumenta ornaret, & simulato statuam in æde Camænarum prægrandi staturâ & formâ poneret. *Apollodorus* Atheniensis Grammaticus primus versuum qui τραγιαμβων nomine *Oros. l. 5.* censentur, author. *Mnaseas* Patrensis qui *Vossius de Hist. Græc. l. 1. c. 12.* Periplum & Europæa scripsit. *Metrodorus* Sce- *Plin. l. 34.*
psius, qui à Romanorum odio nomen invenit, *cap. 7.*
interque alia Romanis objecit, quod propter MM statuarum Volsinios expugnassent. Tum etiam *Androgynos* Lunæ natus, jussu haruspicum mari demersus est. Tanta ibidem *pestilentia* fuit, ut, qui alios sepelirent, non superessent. Bononiensi in agro *fruges* in arboribus natæ. Rhegium totum *incendio* sine ullo humanæ fraudis aut negligentiæ vestigio consumtum est. Sub Consulatu Opimii tanta *vini* bonitas fuit, ut id *Plin. l. 14.*
ad CC annos Romæ conservatum fuerit, *Opimia-* *6. 17.*
num dictum.

SACRA.

Apud JUDÆOS iidem fuere Pontifices qui *Joseph. l. 13.*
& Duces, *Jonathas* nempe, *Simon*, & *Johannes* *c. 17.*
Hirca-

Hircanus. Hic templum montis Garizim * destruxit,& Idumæos circumcisionem cum cæteris Judaicis ritibus sub pœna exilii recipere coegit. Interim cepit Ecclesia Judaica sectis turbari, & vigebant in ea *Caraims* seu *Caræs*, *Essens*, *Pharisæs*, & *Sadducæs*. *Essens* & *Pharisæs* ex Hasidæis, ἐκϛασιασμῷ in necessitatem converso, orti sunt. *Illi* in solitudine quadam Palæstinæ ad mare mortuum vivebant, ad solem orientem adorabant, omnia fato regi, & animas esse immortales credebant, omne juramentum quasi perjurium vitabant; Sabbathum tam strictè celebrabant ut ne naturæ quidem opus facerent, omnes facultates communes habebant, & cælibam vitam agebant, nec in templum admittebantur. Pharisæi sic dicti quod se segregavissent, sabbatho omnibꝰ omnino operibus abstinebant, cum publicanis cibum non sumebant, piorum animas ab inferis, ubi judicabuntur, in hanc vitam reverti, & in nova corpora migrare credebant, traditiones scripturæ exæquabant, vulgi vestitum abominabantur, peregrinum induebant. Planetas suis nominibus appellabant, nec ullam esse in terris plantam, quæ non suum haberet, dicebant, septem ipsarum genera vide in Thalmud. *Sadducæorum* patres *Baithus* & *Saduc*, Antigoni Sochæi discipuli fuere, solam scripturam admittebant, traditiones rejiciendo, ideo *Caraims* seu Literarii dicebantur. Resurrectionem mortuorum & spiritus negebant; Deum esse corporeum credebant. Cum istis moderni Caraims solo traditionum contemptu conveniunt, Judæis cæteris ita exosi, ut bona pars virginum illorum, quia ad

Joseph. l. 2. c. 7. de bello Judaico. Stratonicus in collectā.

Drus. l. 2. de Trib. sect. c. 2. & 22.

ad affinitatem paucitate sibi non sufficiunt, intacta maneat; & pontem se Caraimi corpore, ad servandum Christianum, si una demergi con tingeret, facturos, Judæi asseverent. Neomenia etiam ab apparitione lunæ inchoant. De cætero Hasidæis *decem res*, erant peculiares. Videlicet non attolere oculos ultra decem cubitos, non incedere retracto capite, stabilire tres rejectiones, disponere cor suum ad precationem, non respicere ad alterutrum latus, circuire, ne molestia cætum afficerent, non edere in conviviis potentum; Si quem ad iram provocaverunt, statim eum placare. Vocem dulcem habere, & demittere se ad interpretationem legis, assuescere denique his filis, quæ *Tritzis*, & Phylacterns, quæ *Thephilin* dicuntur. Vide *Scaligerum* & *Drusium* de illis. *Postellus in Alph. 12. ling. apud Drus. l. 3. cap. 13.*

Articulus II.

DE

PTOLEMÆO LATHYRO.

Anni sunt 36. ad annum 3870.

Status Ægypti sub Lathyro partim *turbatus*, partim *pacatus* fuit. *Turbarum* causa, Cleopatra mater. Hæc enim in minorem filium pronior, majorem à populo eligere compulsa, eundem ut Cleopatram sororem (hæc mox Antiocho Cyziceno nupsit, & ei exercitum Cypri dotalem adduxit) repudiaret, & *Selenem* minorem duceret, non materno inter filias judicio, cum alteri maritum eriperet alteri daret, compulit. Olim cum socio regni filio se gravari putaret, populum contra eum incitavit, & adempta ipsi Selene-

Selene (eo indignius quod ex ea quod ex ea jam duos filios habebat) filio minore Alexandro accessito, exulare eundem coegit. Mox tanto fervore in Cypro exulantem persecuta est, ut Ducem suum, quod è manibus vivum dimisisset, interficeret, & Lathyrus non tam viribus inferior, quàm belli materni verecundiâ, & à Zoilo Doriensium tyranno & Gazæis in Judæam evocatus, ab insula recederet. Hoc in Judæa hærente, metuens ne à Cyziceno juvaretur, Grypho auxilia & Selenem misit, & Alexandrum filium, qui metu crudelitatis *(non imbecillis tantum & impares laboribus hic sexus, sed si licentia adsit, sævus & ambitiosus)* eam deseruerat, revocavit, eumque cum magna classe in Phœniciam appellere jussit. Et certè stabilis hæc inter matrem & filium concordia fuisset, nisi innutrita homicidiis mulier, & erga ipsum crudelis esse perrexisset, occultis insidiis exitium eidem machinata. Occupata regno ab eo, & interfecta est, spiritumque non fato sed parricidio dedit, digna prorsus hac mortis infamiâ, quæ etiam matrem thoro expulit, & duas filias viduas alterno fratrum matrimonio fecit, & filio alteri in exilium acto bellum intulit, alteri, erepto regno, exitium per insidias machinata est. Sed nec Alexandro cædes tam nefanda inulta fuit. Nam ubi primum compertum est, scelere filii matrem interfectam, concursu populi in exilium actus est, revocatoque Ptolemæo regnum redditum, qui neque cum matre bellum gerere voluit, nec a fratre armis repetere, quod prior possedisset. Nihil redux singulare egit. Frater verò ejus ex pellice susceptus, *Ptolemæus Appion*, cui pater regnum

regnum Cyrenarum testamento reliquerat, hærede P. R. instituto, decessit, Romani civitates liberas esse jusserunt, & Syriæ ac Ægypti regna, Romanâ vicinitate artata, quæ incrementa de finitimis bellis quærere solebant, adempto evagandi arbitrio, vires suas in perniciem converterunt.

Contemporanea.

IN PERSIA fuit fortè *Phrahates*, qui cum Scythas contra Antiochum Sedetem evocatos, & calumniâ tardius lati auxilii mercede fraudatos, & Parthiæ fines vastantes, adortus esset, in prælio à Græcis, bello Antiochi captis, desertus, occubuit. Eum excepisse creduntur *Artabanus*, qui in bello contra Tocharios, Scythas in brachio vulneratus, diem suum obiit, & *Pacorus I*, qui cum Sylla societatem iniit, & eandem cum Lucullo renovatam, subministratis, clam Tigrani copiis, mala fide coluit. Sed seriem istam incertam esse, vel ex Justino animadvertes, qui *Mithridatem* cognomento *Magnum* substituit.

ASIATICA
Justin. l. 42.
Xiphilin. Epit. l. 35.

In SYRIA fuit adhuc *Antiochus Gryphus*, post eum successive regnavere *Antiochus Cyzicenus*, *Seleucus* Grypi F. *Antiochus* Seleuci frater, *Antiochus Eusebes*, Cyziceni F. *Philippus*, *Demetrius Eucærus*, & *Antiochus*, cognomine *Dionysius*, Grypi Filii: nec quicquam ibi præter
184 parricidia & funestos morte exitus. *Antiochus* *Justin. l. 39.*
Cyzicenus, copiis Cleopatræ auctus, cum fratre Grypo *duplex prælium* commisit. *Primo* victus, Antiochiam confugit, qua expugnata, Tryphæna uxor sororem Cleopatram Cyziceni uxorem

 captam,

captam, frustra obnitente & tum necessitudinem sanguinis, tum superstitionem templi, quo abdita profugerat, (*tanto enim religiosius sibi colendos Deos, quo magis propitiis his ac faventibus vicisset*, dictitabat) allegante Grypo, manibus Deæ simulachrum amplexantem interfecit. *Altero* victor, Tryphænæ captæ supplicio, uxoris manibus * parentavit. Occiso ab Heracleone anno regni XXIX Grypo, de quo in Judaicis plura

Joseph. l. 13. c. 21. 22. 23. *Seleucus* F. Cyzicenum prælio victum cepit & occidit. Seleucus ab Antiocho Eusebe mortem patris vindicante, totâ Syria pulsus, & in Ciliciam ad Mopseatas rejectus, quod subditos exactionibus fatigaret, in regia * crematus est. Idem fratris *Seleuci Antiochi* & ipsius *Eusebis* exitus. *Is* ab Eusebe victus & exercitum & vitam † amisit. *Hic* contra Grypi filios, Philippum & Demetrium Eucærum, quem Damasci Regem Lathyrus constituerat, strenuè * se defendit; sed contra Parthos in gratiam Galadenorum Reginæ pugnans, fortiter occubuit. Sed & horum regnum inquietum: *Demetrius* derelictâ Judæa, in qua contra Alexandrum militaverat, Philippum fratrem, Stratoni Beroënsium Regi confœderatum, Syriâ spoliare voluit: Philippus per Zizum Arabum, & Mithridatem Parthorum Reges fratrem ita obsedit, & missilibus adeò ursit, ut se Duci Parthorum dedere cogeretur. Captus & in Parthiam deductus, humaniter quidem habitus est, non diu tamen evasit, quam morbo correptus moreretur. Pares inter successores turbæ. Mortuo enim Demetrio, quintus frater *Antiochus*, cognomento *Dionysius* Damascenum regnum * malâ cum fratris

grariâ

gratiâ occupavit, & exercitum contra Arabas eduxit. *Philippus* occasione usus, proditione Milesii præfecti urbem recepit: sed cum præmium proditionis non exsolveret, & stupefactos se cepisse Damascenos diceret, ab eodem comprehensus, in custodiam datus est. *Antiochus* educto in Arabes exercitu, in prælio jam ferè victoria potitus, dum alterum cornu, quod vacillabat, restituere conatur, trucidatus, Aretæ hosti Cælesyriam reliquit.
3863

Apud JVDÆOS obsedit *Johannes Hyrcanus* Ethnarcha per Antigonum & Aristobulum filios Samariam, quod Marissenios ipsius confœderatos injuriis affecissent, eandemque ita pressit, ut Antiochum Cyzicenum evocare cogerentur. Nec defuit iste obsessis, quin primâ expeditione pulsus, acceptis a Ptolemæo Lathyro VIM, Judæam depopulatus est, ratus se vastandis agris effecturum ut Hyrcanus obsidionem solveret. Sed verò spe sua frustratus, non tantum ipse multis amissis recessit: sed etiam Callimandrum Ducem, cum Scythopoli, quam alter Dux Epicrates muneribus corruptus prodidit, amisit. Cepit itaque Samariam Hyrcanus, solo æquavit, & ut omnia eluvione perirent, torrentes aquas induxit. Post eum imperavere intra hoc tempus *Aristobulus* filius & *Alexander Jannæus*. *Aristobulus* cognomento *Phileles* principatum in regni formam vertit, & primus Judæorum post exilium Babylonium, diadema sibi imposuit. Non diuturnum tamen erat istud imperium. Nam cum in eo fratres tres minores turri inclusisset, matrem, quod de Principatu ex testamento Hyrcani concertaret e medio sustulisset, Antigonum fratrem in societatem regni
Joseph. l. 13. c. 18.
3745
3840

acceptum qui Ituræos, ut pro Judæis censerentur, ceperat, & partem Ituræ Judææ attribuerat, calumniis uxoris circumventum in turri Stratonis, ipso Scenopegias festo, interfecisset, animi angore correptus, in sanguineum vomitum incidit, cumque puerum, qui sanguinem efferebat, eo ipso in loco, ubi Antigonus occisus erat, procidisse percepisset, animam efflavit, unico tantum anno in dominatione exacto. *Alexandri Jannei* res gestæ ad *quatuor bella* reduci possunt. *Primum*, quod occiso fratre suscepit, contra Ptolemaidenses erat, quos cum prælio victos, & intra mœnia compulsos obsedisset, illi primò quidem Zoilum Dorensium tyrannum, qui turrim Stratonis obtinebat, in auxilium vocarunt: mox cum inferior hic esset, quàm ut Alexandro resisteret, opem Ptolemæi Lathuri, in Cypro tùm exulantis, imploravere. Sed antequam hic venisset, urbs † Alexandro cessit, & Ptolemæus, postquam Alexander CCCC auri talenta promisisset, amicitiam cum eo fecit, Zoilumque tyrannum in ipsius gratiam cepit. *Alterum* contra Lathyrum, clandestino ipsius cum Cleopatra fœdere irritatum, fuit. In eo Ptolemæus Judæam vastavit, & XM captivorum Alotho eduxit, Alexandrum ad Jordanem, Duce Philostephano, vicit, XXXM Judæorum occidit; Ptolemaiden cepit, vicos & castella diruit, multa Judæorum millia, nullo sexus vel ætatis respectu habito, interfecit, & carnes ipsorum, ad terrorem cæteris incutiendum, elixari curavit: nec citius cessatum, quàm Cleopatra copiis, Ducibus Chelcia & Anania Judæis submissis, Ptolemaidem vi cepisset, fœdus cum eo * suasu Ananiæ, frustra

Joseph. l. 13. c. 20. 22.

Joseph. l. 13. c. 20. 21.

frustra calumniantibus non nullis, Scythopoli pepigisset. Hic periculis defunctus, Gadaram,
1816 Amathuntem, cum Zenonis thesauro, mox, nec clade, quam ipsi occisis ex insidiis XM Theodotus intulit, territus, Raphiam, Anthedonem, & Ga-
* zam * post integri anni obsidionem, dedente eam
[illegible] Lysimacho Apollodoti fratre, expugnavit. *Terti-*
1818 *um* contra Arabes fuit, in quo ad fauces asperas & accessu difficiles, juxta Gadara protractus, eâ clade affectus est, ut vix Hierosolymam effugeret. Antequam illud iniviisset, Judæorum VIM quod se *Thracidem* per contumeliam ob crudelitatem vocarent, & in festo Scenopegias frondibus palmarum peterent, interfecit, ligneum septum, ut a seditiosis esset securus, ad templum extruxit, & custodiam corporis sui solis Cilicibus & Pisidis concredidit. Hic *quartum*, fuso ab Arabibus Alexandro (*metus & terror infirma vincula charitatis, quæ ubi removeris, qui timere desierunt, odisse incipient*) illudque *civile* extitit, sexennium duravit, & miro tandem Alexandri successu confectum est. Scilicet LM Judæorum interiere; Demetrius Eucærus à Judæis advocatus, Alexandrum, postquam is frustra Judæorum a Demetrio transitum tentasset, profligatum, in montes fugavit; Alexander à VIM Judæorum, fortuna ipsius Joseph. l. 13. c. 22. 23.
[illegible] misertus, receptus. (*vulgus mutabile subitis, & tam pronum in misericordiam, quam immodicum sævitia fuerat*) Demetrio recedente, expugnata Bethonâ, seditiosos cepit, & eorum octingentos, dum cum pellicibus epularetur, immani spectaculo cruci affixit, & in eorum adhuc vivorum conspectu uxores & liberos occidit, VIIIM fuga

 elapsis.

elapsis. Tandem pactâ cum Areta Arabum Rege* pace, tot per triennium Syrorum, Phœnicum & Idumæorum urbes in suam potestatem redegit, ut illi ad mare Stratonis turris, Apollonia, Joppe, Jamnia, Azotus, Gaza, Anthedon, Raphia, Rinocorura, e mediterraneis Idumææ Adora & Marissa, totaque Samaria, adhæc Scythopolis, Gadara, Gaulonitis, Seleucia, Gabala, ex Moabiticis urbibus Esebon, Medaba, Lembaron, Theliton, Zara, Pella parerent. * 3891

Apud CAPPADOCES occiso à Mithridate Pontico per Gordium Ariarathe VI, imperavere successivè *Ariarathes VII*, *Mithridates Ponticus*, *Ariarathes VIII*, & *Ariobarzanes*. *Ariarathes VII* Nicomedem Bithyniæ Regem Cappadocia, quam post patris mortem invaserat, auxiliis Mithridatis avunculi ejecit: & ab eodem, Gordium Regicidam restituere volente, ad secretum velut sermonem evocatus, inspectante utroque exercitu, interfectus est. *Mithridates* non diu imperavit. Cappadoces namque, crudelitate præfectorum vexati, defecerunt, & Ariarathem, interfecti fratrem, ex Asia revocarunt, sed nec *Ariarathis* hujus diuturnum regnum fuit. Mithridates victum regno expulit, & ægritudine infirmum mors abstulit. Post mortem ejus Nicomedis consilio adolescentulus quidam patrem Ariarathem venditans, paternum regnum à Romanis petiit. Mithridates alterum huic opposuit. Senatus, re intellectâ, Cappadociam liberam pronunciavit: sed cum gentem sine Rege vivere posse negarent, *Ariobarzanes* ipsis Rex constitutus est, sed & hunc *Mithridates* ejicit per Tigranem, impulsu Gordii: Romani per Cornelium Syllam restituere.

In

In BITHYNIA *Nicomedes* Paphlagoniam, *Justin. l. 38.*
Rege orbam, invasit: mox eadem à Romanis ab- *Oros. l. 5. c.*
stinere jussus est. Per Socratem fratrem Bithy-
3915 niâ ejectum, Romani * restituere. Eorum horta-
tu bellum renovans, fugatus & regno exutus, Ro-
mana castra ad Syllæ victorias secutus est. Exce-
pit eum *Nicomedes IV*, ejusdem ex saltatrice filius.

In PONTO fuit *Mithridates Eupator* (à
quo Eupatorium herba) Rex duarum & viginti
linguarum peritissimus, regionis, quæ Halii flu-
vio terminatur, usque ad Tibarenos & Armenios, *Strabo l. 12.*
atque intra Halyn usque ad Amastrim ac quas- *Justin. l. 37.*
dam Paphlagoniæ partes Dominus, & intra hoc, *38.*
quod hic posuimus tempus, *bellum* in Romanos
primum strinxit. Causa belli conceptum in eos *Appianus in*
dem ex potentia odium, & totius Asiæ cupiditas *Mithrid. l. 5.*
Hic adactus, uno nuncio & uno die LXXXM ci- *cap. 19.*
vium Romanorum intersecit. Nicomedem Bi-
thyniâ, & Ariobarzanem Cappadociâ pepulit.
Urbem Rhodum frustrà oppugnavit, & per Ar-
chelaum Ducem Achaiam cum urbe Athenarum
cepit, plura rapturus, nisi Sylla advenisset. Sed
verò hic Athenas, quas fame ad deditionem coge-
re poterat, subruto Piræi portu, vi expugnavit. *Plutarch. in*
3964 Archelaum ad Chæroneam, occisis CM profliga- *Sylla.*
vit. Dorylao altero Duce fuso, castris regiis po-
titus est: & tandem cum eo, à Fimbria (qui Vale-
rium Flaccum successorem suum in Asiam cum
exercitu appulsum, avaritiâ infamem occiderat)
aliquoties fuso, Pergamo, Troja, & magna Asiæ
parte exuto, ex Thracia redux, Fimbria spontaneâ
morte sublato, pacem eâ conditione fecit, ut Asiâ,
3[illegible] Cappadocia, & Bithynia cederet.

AFRICANA

Saluſt. de bello Jugurth. In NUMIDIA geſſere Romani cum Jugurtha *ſeptennale bellum*. Cauſa illius *Jugurtha*, qui ut regno ſolus potiretur, Hyempſalem fratrem interfecerat, * Adherbalem regno ejecerat, & in dimidiam regni partem à Romanis corruptis (princeps legatorum L. Opimius erat) reſtitutum, potiſſima non contentus, juſto exercitu fuſum & fugatum, mox Cirthæ quo confugerat obſeſſum, eluſis de ſolvenda obſidione Romanorum legatis, ibidem cum † cruciatu necaverat. *Primo anno* Calpurnius Conſ. homo belli non imperitus, ſed avarus, rem initio ſtrenuè geſſit, mox dedere ſe ſimulanti pacem conceſſit, & Elephantos duntaxat cum perfugis ſibi tradi juſſit. *Altero* Jugurtha Romam ſub fide publica, ut corruptos pecuniâ proderet, evocatus, à Tribuno plebis defenſus eſt, & à Maſſiva, Maſiniſſa nepote, qui a Poſtumio, cui provincia Numidia obvenerat, ſubornatus, Numidiæ regnum a P. R. petebat, per inſidias obtruncato, cædis convictus, in Numidiam profugit. Redux, bellum tamdiu aſtu traxit, donec Poſthumius Romam ad Comitia proficiſceretur. Eo abſente, Aulus frater legatus, deducto in locorum devia exercitus pecunia corruptus, Jugurthæ victoriam vendidit, & caſtris exutus, ac in colle quodam obſeſſus, intra decem ſe ex Numidia dies exceſſurum promiſit. *Tertio* Poſtumius in Numidiam reverſus, fratris invidiæ, etſi vellet, quod exercitus licentiâ corruptus eſſet, mederi non potuit. Mamilio Tribuno plebis rogationem ferente, qui a Jugurtha

Vellej. l. 1. pecuniam acceperant, damnati ſunt. Metellus, revocato ad veterem diſciplinam exercitu, Jugurtham quidem fugavit, ſed Zamam expugnare non potuit. Marius, Metelli legatus, cum Uncæ ia... ſacrificaret,

caret, admiranda sibi portendi ab haruspice acce-
pit, ideò potestatem Romam ad petendum consu-
latum, petiit. *Quarto* Marius laxiore disciplinâ
3842 milites sibi conciliavit, & Metelli facta calumnia-
tus est. Vaccenses prodito præsidio, ad Jugurtham
defecere, his a Metello receptis, præfectus præsi-
dii, qui solus ferè ex disciplina militari profuge-
rat, securi subjectus, & Marius Romam dimissus
est. Idem Metellus, Thalâ, ad quam difficillimo,
itinere pervenit, & in qua Jugurthæ thesauri e-
rant, expugnatâ, Jugurtham Numidiâ ejecit, &
ad Bocchum Regem confugere coegit. *Quinto*
Marius Numidiam provinciam extra ordinem
3843 sortitus, Jugurtham cum Boccho socio, Maurita-
niæ Rege, aliquoties devicit, Capsam urbem cepit,
& Mulucham saxeo monti inditam, ubi thesauri
erant, Liguris cujusdam industria expugnavit.
3844 *Sexto* Turris frustra tentata est. Bocchus pacem
petiit, & legati ejus Romam ad eandem petendam
3845 dimissi sunt. *Septimo* data Boccho pax. Jugurtha
ab eodem a Sylla persuaso (devinciendum hic di-
cebat aliquo beneficio P.R. ut socius & amicus
appellaretur) Romanis traditus, in triumpho du-
ctus, in carcere fame interiit. Successit ipsi *Jampsa*
ex Masinissæ familiâ, illa parte quam Massyli te-
nent, (Massæsylorum pars Boccho donata erat:) *Plutarch. in Mario & Pompejo.*
& post ipsum *Hiarbas* Jugurthæ F. qui Hiempsa-
lem, Masinissæ filiis genitum, ob perfidiam in Ma-
rium juniorem, regno expulit, & Domitium par-
tes Marii in Africa promoventem, contra Pompe-
jum juvit. Illo victo, bello petitus & à Bagude Mau-
ritaniæ Rege copiis exutus, & Bullæ interfectus,
successorem habuit *Hiempsalem* qui & *Mandre-
stal* dicitur.

 Apud

EVROPÆA Apud SICAMBROS excepit Clodomirum * *
Merodachus, iſtum † *Caſſander* F. 3818

Livius Epit. 67. De HISPANIA nihil obvenit, niſi quod †
Cimbri, vaſtatis quæ circa Pyrenæum omnibus, 38[illegible]
eam ingreſſi à Celtiberis fugati ſint: Et quod Didius Conſ. contra hoſce feliciter rem geſſerit.

Cicero in Bruto. Apud ROMANOS multa, quæ tam *in Urbe*, quàm *extra ipſam* contigere, occurrunt.
In Urbe † lex ſervilia quæ judicia ſenatui & equi- †
tibus communia volebat *, lata eſt. Caſſius Tri- [illegible]
bunus plures, quibus nobilitatis potentiam mi- *
nuebat, tulit, & ne in Senatu eſſet, quem popu- [illegible]
lus damnaſſet, voluit. Domitius Ahenobarbus [illegible]
jus ſacerdotum ſubrogandorum à collegiis ad Populum tranſtulit. Publilius Malleolus matricida culeo inſutus in mare projectus eſt. Marius ſexies conſul, nobilitati infeſtus, leges agrarias, & ut quicquid plebs ſciviſſet, in id Senatus juraret, per Saturninum & Glauciam promulgare [illegible]

Flor. l. 3. cap. 16. Oroſ. l. 5. cap. 17. conatus eſt. Saturninus C. Memmium candidatum interfecit, ut Glauciam conſulem efficeret. Populus utrumq; obtruncavit. Claudius Pulcher

Plin. l. 8. c. 7. Vellej. l. 2. Flor. l. 3. cap. 17. ludos exhibuit, in quibus Elephanti (primum id [illegible]
Romæ viſum) pugnarunt. Lege Cæcilia Didia, [illegible]
ut leges trinundino, id eſt XIV dierum ſpatio, [illegible]
ferrentur, conſtitutum. M. Livius Druſus Tribunus, ut æqua parte judicia penes Senatum & equites eſſent, decrevit, & latâ de danda toti
Italiæ civitate lege, confoſſus *, bello Marſico *
ſeu ſociali occaſionem præbuit de quo in ſe- [illegible]

Plutarch. in Sylla & Mario. quentibus. Sulpitius quod & exules revocari,
& Marium bello Mithridatico, jam Sullæ deſti- [illegible]
nato,

nato, præfici vellet, turbas dedit, quæ & ipsi exitium & Mario exilium peperere. Cinna consul, *Livius Epit. l. 69.*
3863 absente Sulla, Italiæ cives in tribus dispertit, & ita, ut majorem in comitiis, quàm Romani, potestatem haberent, effecit. Ab Octavio collega ideo Roma pulsus, bellum concitavit, de quo inferius. Sulla victor, ne Tribuni alios magistra-
3869 tus caperent, ne leges ferre possent, ne ad eos provocatio esset, sanxit, primus proscriptionis tabulam proposuit, proscriptorum liberis jus petendorum honorum eripuit, & bona eorum vendidit. *Extra urbem* gessit aliquot P. R. bella; *Numidicum* nempe, *Cimbricum*, *Thracicum*, *Siculum*, *Marsicum* seu *sociale*, *Mithridaticum* & *primum Civile*. *Primum* & *quartum* suis videantur locis. *Cimbrici* negatæ, quas quasi sti- *Livius Epit.*
pendium Cimbri & Teutones petebant, terræ *l. 65 97.*
causa, fortuna sub diversis Romanorum Duci- *Oros. l. 5.*
* 3841 bus dispar. Junius Syllanus infeliciter * dimica- *c. 15. 16.*
vit. L. Cassium Tigurini, Cimbris fœderati, cum
† 3841 exercitu † & Pisone legato consulari occidere. C. Publius alter legatus, ne superstes exercitus portio internecione deleretur, obsidibus datis, ut relictâ omnium rerum dimidiâ parte dimitterentur, pactus est. Romæ ideò accusatus, in voluntarium exilium abiit. Cœpio auro Tholosano gravis (abstulerat ex templis auri decies centena millia pondo) primò victus, mox per dissidium, quod cum Mallio Consule, homine ignobili & vitæ contemtæ gerebat, binis castris exutus, LXXXM militum, XLM colonum ami-
3847 sit. Post primam cladem Aurelius Scaurus, Cæpionis legatus, à Cimbris captus, cum eos, ne Alpes

Alpes transcenderent, deterreret, a Bolo Cimbrorum Rege occisus est. Post alterum, Cæpioni imperium abrogatum, & ipsius bona confiscata sunt. Marius (hic primus omnium aquilam in prætorio vexillo usurpavit) postquam primo anno Trebonii militis facinus in Lusio sorore sua nato, Trebonii pudicitiam tentante, approbasset, altero in urbem redux, quartum Consul creatus fuisset, tertio ad Alpes CCM Teutonum interfecit*, nonaginta cepit, & cum Catulum Proconsulem, qui de jugis Alpium frigore pulsus, ad Athesin fluvium castra communierat inde quoque fugatum audiret, in Italiam rediit, quarto in campis † ad Vercellas Cimbris propter solem adversum in magno æstu circa solstitium sudore diffluentibus, CXXM trucidavit, LXM cepit, tertius Romanæ urbis conditor. *Thracum* contra Scordiscos (diis sanguinem humanum litabant, & in ossibus capitum bibebant) Thessaliam atque Dalmatiam incursantes motum est, Portius Cato, amisso fere universo exercitu, victoriam ipsis concessit. Didius populatione diffusos intra Thraciam repulit. Drusus Danubium transire prohibuit. Minucius toto Hebro vastavit, haut sine jactura. Piso Caucasum penetravit. Tandem non aliter, quàm suis moribus cruentissimi hostium domiti sunt. *Marsico* Iure *sociali* & *Italico* causa, quod promissa à Druso sociis Romanorum civitas (quam, quod Romam tuerentur, & duplici numero militum Romanos in bello adjuvarent, petebant) non præstaretur Movere Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini Lucani, Samnites, cœpere, occiso Servio Prætore & Fontejo legato, Asculani. Vario primò

Flor. l.3. c.4. Livius Epit. 63.

Epit. Livii l. 71. 72. 73. Oros. l.5. c.18.

Appian. de bello civili l. 2.

primò successu certatum est. *Primo anno* fusæ Rutilii, Cæpionis, L. Julii Coss. copiæ. L. Cæsar Samnitibus profligatis ut saga deponerentur, effecit. Mox promulgatâ per Julium Conf. lex est, ut innoxiis & arma deponentibus civitas daretur. Latini & Italici omnes cum in amicitiam rediissent, eandem accepere. *Altero* Cn. Pompejus Picentes prælio fudit & obsedit. Ideò Romæ prætexta, & alia magistratuum ornamenta sumta sunt; Cato fusis aliquoties Marsis, in oppugnatione castrorum cecidit. L. Sylla Hirpinos domuit, Samnites multis præliis vicit, & aliquot populos recepit. Tandem Strabo Pompejus Asculi eversione tot urbium manibus litavit; Syllâ ad Nolam pertinacem sedente. *Mithridaticum* in Ponticis descripsimus. *Civile* in tres periodos dispesci potest. *Prima* Marius author, quod decretum Syllæ bellum Mithridaticum, lege Sulpicia sollicitasset. Tum Sylla, Nolâ relictâ, geminum agmen urbi infudit, Capitolii arcem insedit, factionem adversam urbe ejecit, ita ut Marius uterq; pater & filius, in Africam trajicere necesse haberent. *Altera* Cinnæ Cõsuli debetur, quod revocandos, quos Senatus authore Sylla hostes judicaverat, Sylla interim bellũ cum Mithridate gerente, censeret. Ab Octavio Collega ejectus, Appii Claudii ad Nolam exercitu corrupto, Italicis, quos in tribus, ut diximus dividere cæperat, ad signa collectis, Mario ex Africa revocato Cn. Pompejum vicit, Urbem quadruplici agmine ingressus, in principes sæviit. Post mortem Marii, Senatu (cum Sylla pacem una respueret, & in Senatus potestate se futurum, modò

Livius Epit. 77. & sequ. Plutarch. in Sylla & Mario. Appian. l. 1. belli civil. Oros. l. 5. cap. 19. Eutrop. l. 5. Flor. l. 3. cap. 21.

modò exules restituerentur) invito; Carbone collega instigante, contra Syllam Anconâ solvere voluit: sed a militibus ad expeditionem nauseantibus, lapidatus est. *Tertiam* pax Syllæ negata dedit. In ea Sertorius inter Duces a Coss. recensitus, cum ipsorum segnitiem acrius accusasset, in Hispaniam provinciam missus est. Sylla ex Asia redux, postquam cum Scipione Consule inter Cales & Theanum de authoritate Senatus, suffragiis populi, jure civitatis & aliis habito colloquio, convenire non posset, exercitum ipsius ad se traduxit. Marium, qui cum
Vellej. l. 2. Carbone consule sanguine Senatus sibi in Urbe parentabat, (occisi tum sunt a Damasippo Prætore, Domitius, Scævola, Carbo consulis frater, Antistius & alii) apud Sacriportum victum, Præneste obsedit, & frustra per cuniculum erumpere conantem, eo desperationis adegit, ut servo jugulum præberet. Pontium Telesinum Samnitum Ducem, urbi excidium minantem, clamantem *nunquam defuturos raptores Italicæ libertatis, lupos illos Romanos, nisi sylva, in quam refugerent, Roma esset excisa,* dubio prælio, ad portam Collinam superavit, eandemque diem perpetua ludorum memoria honoravit. Tandem *Felicis* nomine sumpto, Dictator creatus, crudelissimè in XIIIM deditorum, Prænestinos, Spoletum, Salmonem, Fluentiam, XC Senatores XV Consulares animadvertit. His peractis abdicata spontè Dictaturâ, Cumis privatus & vixit & venationibus vacavit. Carbo in Sicilia à Cn. Pompejo juvene, qui difficillimo Reip. tempore tribus legionibus cinctus ad Syllam venerat, [illegible] trucidatus est,

SICILIAM

SICILIAM iterum *servi* exagitavere. Occasio ex Licinio Nerva prætore, qui ingenuos provinciales liberare servitiis jussus, libertatem petentes ad dominos * remisit. *Tres* à Romanis Flor.l.3.c.17
3146 *Duces* contra ipsos missi sunt: quorum primus *Licinius* prætor nec per Titinnium latronem, nec ipse quicquam egit. Salvius haruspex, servorum Rex, Athenionis Cilicis astrologi suppetiis auctus, nomine Tryphonis sumpto, Tricalis
3147 regiam fixit XLM sub imperio habens. *Junius Lucullus* casu Athenionis, qui conciderat, territos, XXM trucidavit. Tricala tamen recipere non potuit. *M. Aquilius* Athenionem, Trypho-
3149 nis (sic le Salvius vocabat) successorem, Insulam deprædantem in acie interfecit, XM ab editioribus locis detraxit; Mille, Duce Satyro, mutuis vulneribus concidere.

DANICA historia hic redit, si Cimbrica Chersonesus Dania esse creditur. Res gestas è Romanis pete. In præliis, pelles cratibus currruum prætentas Cimbros pulsasse, quibus sonitus terribilis edebatur, Strabo auctor est. Sequentibus eos in bellum uxoribus, vates quasdam canas, albo vestitu, Carbasinis suppar is desuper fibulis affixis, cinctu æreo, pedibus nudis, ex captivorum sanguine clades & victorias prædixisse, adjicit. Strabo. l. 7.

* In SCOTIA regnabant intra hoc tempus *
3150 *Durstus* Finami F. & *Evenus*, Dursti frater patruelis. *Durstus* in omnia vitia projectus, uxorem, Regis Brittonum filiam, comitibus prostitutam abegit, mox conjuratione territus, simulata prioris vitę pœnitenita, nobilitatem ad cœnam voca- Buchan.l.4.

vocatam trucidavit, ipso bello petitus in prælio occubuit. *Evenus*, è Pictis, ubi exulabat, vocatus, primus cives in suum nomen sacramento adegit. Pictorum Regem adversus Britones auxiliis juvit, & ne molestum esset Regibus toties regiones omnes ad jus dicendum obire, judices ordinarios regno in conventus diviso, juri dicundo præfecit, & delatores instituit.

Synchroni Lathyro fuere *Cicero*, qui intra hoc tempus * natus, ab Archia † Poeta, Philone * Philosopho Athenis à Mithridate pulso, Molone † Rhodio summo causarum magistro, & aliis educatus, Arati de cœlo & stellis carmina in latinam linguam * convertit; Commentarios de inventione edidit, & Roscii contra Chrysogonum causam felicissimè † egit, Plutarchus eum nullo puerperii dolore, nullisque uteri materni angustiis editum, & spectrum nutrici prædixisse, *ingens eam Romanis bonum nutrire* affirmat. *Archias*, non Phygadoteras Thurius, qui Tragœdias, actitabat tempore Demosthenis, cujus discipulus Aeginetes Polus omnium in ista arte victor: sed *Poeta ille Antiochenus*, à nonnullis Græciæ civitatibus damnatus, a Lucullo Heracleæ adscriptus, à Cicerone defensus. *Philo Academicus*, quem Romani præ cæteris Clitomachi discipulis ob dicendi facultatem admirati sunt, ob morum suavitatem coluere. *Antiochus Ascalonita*, qui Carneadis sectam, seu evidentia, seu ambitione ductus, deseruit, & Stoica præcepta, ubique ferè mutata sententia, amplexus est. *Apollonius Molo* Rhodius orator, qui cum Ciceronem græce declamantem audivisset, obstu-

Cic. in Bruto.
Cic. l. 2. de Nat. Deor.
Plutarch. in vita Cicer.
Plutarch. in Demosth.
Plutarch. in Cicerone.
Plutarch. ibid.
Plutarch. ibid.

obstupuit, & in hæc verba prolapsus est: *Te quidem laudo, Cicero, & admiror: Græciæ vero miseret me conditionis, quum cernam, quæ reliqua nobis sola erant ornamenta, ea quoque Te ad Romanos transtulisse, literas & eloquentiam.* *Posidonius Apamiensis*, qui Prytanis magistratum Rhodi gessit, de Oceano & aliis scripsit, & cum articulari morbo vexaretur: *Nihil agis, dolor, quamvis sis molestus: nunquam te confitebor malum*, dixisse fertur. *Lucretius Poeta*, librorum de Natura scriptor, qui postea amatorio poculo in furorem actus, quæsita morte periit. *Hortensius Orator*, vir ex professo mollis, in præcinctu ac munere decorem ponens, & ideo *Dionysia gesticularia* dictus: sed memoriæ tantæ, ut, quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis iisdem redderet, quibus cogitasset: eloquentiæ tantæ, ut *Causarum Rex* diceretur. Primus pavones augurali cœna dicitur posuisse. Platanos suas vino irrigare solebat. *L. Plotius Gallus*, qui puero Cicerone primus Romæ Rhetoricam latine docuit. M. Cœlius, subtracto nomine, eum *ordearium rhetorem* appellat, diridens ut inflatum, levem, ac sordidum. *L. Otacilius Pilitus*, qui servisse, & ostiarius veteri more in catena fuisse dicitur. Manumissus Cn. Pompejum Rhetoricam docuit, patrisque ejus res gestas exposuit, & primus omnium libertinorum scribere historiam ausus est. *Athenion*, non ille *pictor*, qui nisi juvenis obiisset, omnes sui ordinis superasset; sed Athenionis philosophi peripatetici (quem Plutarchus Aristionem vocat) ex ancilla Ægyptia filius, qui primum ludimagister, mox per Mithridatis amicitiam & pro-

Strabo l. 6. & 7.

Eusebius.

Cicero in Bruto.

Macrob. l. 3. Saturn.

Agellius Noct. Attic. l. 1. c. 5.

Sueton. in Clar. Rhetorib.

Plin. l. 35. c. 11.

Athen. l. 5.

Plutarch. in Sylla.

priam verſutiam Athenienſium imperator, tandem *Tyrannus*, tantum pecuniæ ex alienis facultatibus corraſit, ut plures ea puteos impleret. Duce uſus eſt Appellicone Tejo, qui decreta & autographa majorum è Metroo ſurripuerat. *Diodorus Stoicus*, qui quamvis cœcus, Geometriam tamen exercebat, verbis docentibus præcipiens unde & quo quamque lineam ducerent. *Artemidorus Epheſius* geographus, qui undecim libris periplum, quàm optimè potuit, perſcripſit. *Alexander Cornelius*, cognomento *Polyhistor* τε λυχνῆσμ@ γραμματικὸς, qui captus & Cornelio Lentulo venditus, pædagogus ejus factus eſt. Scripſit libros innumeros, inter cætera, *mulierem Ebræam*, *Moſo nomine*, *legem Ebræis dediſſe*. Periit flammâ conſumtis ædibus, uxor laqueo vitam finivit. *L. Craſſus* Orator, eloquentiæ & juris peritiſſimus, qui annos natus XXI peroravit, & in principiis dicendi ita expalluit, ut toto animo te atque omnibus artubus contremiſceret. Circa hoc tempus *Ceraſus* primum in Britannia* plantata. Cyrenis Romam *Laſerpitii* pondo XXX advecta. Duo *montes* maximo crepitu inter ſe concurrere, flamma fumoque inter ipſos exeunte. *Capitolium* Romæ conflagravit, & eo incendio libri Sibyllini à Numa comparati periere.

Cicero Tuſcul. l. 5.

Marcion Heracl. in periplo.

Euſeb. præp. Evang. l. 9.

Cicero in Oratore l. 2. 3.

Plin. l. 19. c. 3.

SACRA.

Joſeph. l. 13. c. 18.

In JUDAICA Eccleſia fuit primò *Hyrcanus* ſummus Pontifex, poſt ipſius, ut jam innuimus, filii. *Hic* quia victoriam de Cyziceno à filiis reportatam in templo, dum offerret, populo annuncia-

nunciavit, prophetiæ dono indulgitus fuisse videtur. Favebat etiam Pharisæis, sed cum quidam ex illis Eleazarus matris captivitate objecta, eum, ut Pontificatum deponeret, monuisset, nec satis severé puniretur, nomen Sadducæorum sectæ dedit. Sub *Aristobulo* assumsere Iturei ritus Judaicos & circumcisionem: quidam ex Essenis mortem Antigoni prædixit: & decretum de non alendis porcis, quod sepem legis vocant, & puniendo anathemate transgressore, promulgatum. Floruit tum, si Genebrardo credimus, *R. Simeon Ben Jochai*, auctor libri *Zohar*, qui fundamenta artis Cabalisticæ, circa literarum apices, numeros, transpositiones, anagrammatismos, vocum allusiones, inversiones, amphibologias, & homonymias (*id vocabulo Gumatria innuitur, nempe Geometria, Notariacon, & Themurah*) languentis continet. Tum etiam fuit *Jesus* Sathdæ vel potius Paphi & Pandeiræ Spurius, qui cum populum à Deo vero ad fictitios seduceret, & discipulos quinque *Mattai, Nakai, Nizar, Boni* & *Toda* sibi adsciviſſet, à Josua Perachiade excommunicatus, & criminis convictus, in urbe Ludda lapidibus obrutus est. Judæi, ductu Rabbi Chaaldæ, eundem cum Salvatore nostro indigna calumnia, confundunt. Apud ETHNICOS nil occurrit, præter templi Delphici incendium, à Thracibus Macedoniam vastantibus perpetratum.

Joseph. l. 13. c. 19.
Genebrard. l. 2. Chron.
Schickard. MS. p.
hammelech. c. 1.
Schickard. in præfat. Tarich ex Thalmud.

Articulus III.

DE

PTOLEMÆO AULETA.

Anni sunt 29. ad annum 3899.

PTolemæi Auletæ, ab indecoro fistularum studio sic dicti, historia ad *tria capita*, nimirum *Regimen*, antequam ejiceretur, *Exilium*, & *Reditum* reduci potest. *Regimen* vile admodum e-
Dio. l. 38. rat. Nam quia amicitiam R. P. totus ambivit, nec hanc, nisi per munera obtinere potuit, subditos affligere, ut Cæsari VIM Talentorum, hoc est quinquagesies quater aureorum centena millia
Plutarch. in Catone. offerret *, necesse habuit. Quin in societatem receptus, Cyprum Ptolemæo alteri, ex lege à Clo-
Appian. l. 2. dio lata, quod ipsum à piratis captum redimere noluisset, † eripi, &, eo quæsita morte sublato, in provinciæ formam redigi passus est. In *exilium* à populo, qui *hortulanum a radice oleæ re-*
Strabo l. 17. *scindentem odit*, pulsus Romam se contulit, & sui quidem restitutionem, partim interfectis, partim corruptis, qui accusatum ex Ægypto venerant, legatis, impetravit, sed cum interim Sibyllinum Carmen inventum, militem in Ægyptum mitti prohiberet, (*nulla re multitudo magis regitur, quam superstitione, Puncto temporis maxima mo-*
Dio l. 39. *menta rerum vertuntur*) post aliquantulam mo-
Joseph. l. 14. ram, de reditu desperabundus Ephesum abiit; Be-
c. [illegible] renice maxima natu filia, quæ sola legitima erat, filiis adhuc infantibus exclusis, regnum interea administrante. *Reductus* tandem est a Gabinio, exercitum contra Parthos educturo, Pompeji jussu; & redux, victis Alexandrinis, Berenicen filiam,

filiam, cui regnum illi tradiderant, quæ Cybiosacten, Seleucidarum stirpem venditantem, statim post pulsum Ptolemæum in matrimonium sibi ab Alexandrinis datum, strangulatum, trucidavit, Archelaum ejus successorem, pro Mithridatis filio se gerentem, ejecit, & pace sibi reddita, tibias suas inflavit.

Contemporanea.

In PERSIA *Mithridates M.* postquam multos populos Parthico regno addidisset, cum *[illegible]*
Scythis aliquoties prospere dimicasset, & Artavasdi Armeniorum Regi bellum intulisset, à *Justin. l. 42.*
Parthico Senatu ob crudelitatem rejectus Babyloniam fugit. Ibi à fratre Orode seu Hyrode obsessus, & fame ad deditionem compulsus, trucidatus est. *Orodes* occupato regno bellum cum *Dion. l. 40.*
[illegible] Romanis gessit. Causa Crassi ambitio & avaritia, quæ ne per prodigia quidem, quæ Euphratem transeunti obvenerant, expugnari potuit. Exitus admodum infelix. Dolo Augari Osroeni, amicitiam simulantis, circumventus, magnam exercitus partem cum filio amisit: post *Plutarch. in Crasso. Appian. in Parth.*
[illegible] cladem, specie paciscendi à Surena Parthorum Duce ad colloquium invitatus, occisus est. Caput ludibrio habitum. Pensavit tamen jacturam Cassius Quæstor. Hic enim Syriam duce Pacoro F. adortos ab Antigonia reductos, ita in insidiis exceptos, ut exercitus cum Ducibus trucidaretur. *Florus l. 3. cap. 11. Liv. Epit. 106. Oros. l. 6. c. 13. Joseph. l. 14. cap. 14.*

SYRIÆ regno [illegible] sub Auleta est impositus.
[illegible] Invasit quidem eam DM, occupatis Armeniis & Mesopotamiis, Tigranes, & Cleopatram Selenen, Cyziceni uxorem, Seleuciæ captam inte- *Appian. in Syriacis.*

 inte-

interemit: sed cum in Armeniam redire propter Lucullum coactus, bello cum Romanis, negata Mithridatis deditione, implicaretur, excidit
Justin. l. 40. eâdem: Pompejus verò nihil Antiochi Eusebis, Cyziceni filii, qui in Cilicia regnante Tigrane delituerat, restitutionem urgentis preces moratus, Syriam in provinciam * redegit: paulatimq; Oriens Romanorum, discordia consanguineorum Regum, factus est.

Joseph. l. 13. c. 24. JUDÆÆ par ferè fortuna erat. Mortuo Alexandro, *Alexandra Salome* uxor * successit, & post exercitam de consilio Pharisæorum in plerosque ejus ministros sævitiam, IX regni anno † vivere desiit. Excepit eam *Hyrcanus*, major natu F. idem Pontifex, ac ut à Senatu Romano confirmaretur, impetravit.
Joseph. l. 14. cap. 1. ad 24. *Aristobulus* frater bellum eidem fecit, & ad Hiericuntem devictum, ad privatam vitam compulit. *Antipater* Idumæus, vir potens, Herodis pater, qui quatuor filios apud Aretam Arabum Regem cum filia Salome deposuerat, Aristobulo infensus, pertractis in partes plerisque Judæorum proceribus, Hyrcano tandem ut ad Aretam confugeret persuasit. Hyrcanus in Arabiam delatum, redditurum se Aretæ regionem cum XII oppidis, quæ pater Alexander ademerat, pollicitus est. Hinc ortum *bellum*, in quo primò Aristobulus victus & Hierosolymis obsessus, à Scauro Pompeji legato datis CCCC Talentis liberatus est, mox ad Papyronem victor, tandem à Pompejo, post auditam Damasci causam, confirmatum, in Pontificatu Hyrcanum & expugnatum templum, * Romam abductus est. Nec

ipsius

quicquam vel Alexandri sibi turbae vel ipsius Aristobuli fuga profuere. Illum enim Gabinius dirutis castellis, & institutis judiciis [illegible] coercuit, iterum rebellem * ad Irabyrium profligavit. Hunc Macherunte cum Antigono filio captum, Romam remisit. Sic initium *Captivitas* [illegible] sumsit, & sceptrum à Juda anno ante Christum LX deficere cæpit, cum præsertim Antipatro, Hyrcani stupiditate in occasionem rapta, Phasaelum F. Hierosolymis, Herodem Galilææ præfecisset, & Herodes Synedrium Contemptui habere cæpisset.

CAPPADOCIÆ præerat adhuc *Ariobarzanes*, & à Mithridate Pontico pulsus, a Pompejo post pugnam ad Stellam montem restitutus, & Sophenâ, Gordenâ, ac parte Ciliciæ donatus est, Curarum pertæsus, Ariobarzani filio, spectante Pompejo, curuli sellâ cessit, & diadema imposuit. Cicero [illegible] *Valer. l. 5* *Cic. pro leg. Manil.*

In PONTO, recollectis viribus *Mithridates* bellum contra Romanos renovavit, & Bithyniam terrâ fluminibusque invasit. *Decennale* illud erat, & à tribus Romanorum Ducibus, *Cotta*, *Lucullo*, & *Pompejo*, confectum est. *Cotta* classe & terrâ ad Chalcedonem victus, amissis in prælio navali XIIM, in terra VM, Mithridatis animum ita excitavit, ut cum Sertorio, de [illegible] Hispanicis, fœdus pangeret. *Lucullus* [illegible] præfuit, & *primo* anno ad Cyzicum, quam toto bello [illegible] cum fame domuit [illegible] adeo cecidit, ut Granicus & Æsapus [illegible] cruentarentur. *Altero* Bithyniâ ejectum, & variis belli & naufragiorum casibus *Appian in Mithridat.* *Plutarch. in Lucull. & Pompejo.* *Liv. Epit. 93.* *Vellejus l. 2.* *Liv. 94. 95.*

fractum, in Pontum profugere coegit, eumque populo Romano antehac ex omni aditu clausum, legionibus patefecit. *Tertio* in Ponto apud Cabira commeatu ferè interclusus XXXM occisis, in Comanam & Armeniam rejecit, avaritia Romanorum fugam juvante. *Quarto* Mithridatis præfectos, & Lacharem filium in deditionum accepit. *Quinto* Tigranem, Mithridatem dedere nolentem, CM cæsis, ad interiora fugavit, & Tigranocertam expugnavit. *Sexto* in Armenia male exceptus, Nisibin astu cepit. *Septimo* Triarius Luculli legatus ea clade affectus est, quam non ex prælio nuncius, sed ex sermone rumor retulit, periere CL centuriones & XXIII Tribuni. ipse Lucullus ob duritiam militibus exosus, domum revocatus est. Domum redux adeò profusæ in ædificiis, convictibus, & apparatibus luxuriæ fuit, ut ob injectas moles mari, & receptum suffossis montibus in terras mare, haud infacetè a M. Pompejo *Xerxes togatus* vocaretur. *Pompejus* intra *biennium* bellum confecit: ita ut *primo* omnium ante se primus Euphratem transgressus, Mithridatem nocturno prælio ad Stellam montem vinceret & in Colchos rejiceret, *secundo* Albanorum & Iberorum Reges, Mithridatis socios, obsides dare cogeret, & Tigranem, bello quæsitis provinciis, in deditionem acceptum decedere juberet. Cogitabat equidem postea Mithridates per Thraciam, Macedoniam, & Græciam, Italiam nec inopinatus invadere, sed cogitabat tantum. Nam per defectionem civium, Pharnacisque filii scelere præventus, male tentatum veneno spiritum ferro expellere coactus est.

Idem. l. 98.

Lucullus Dion. Cass. l. 37.

Flor. l. 3. c. 5.

est. Hic est ille Mithridates, qui *Mithridatium* invenit, pro uno Leonico omnes hostium captivos permutavit, sex jugales equos rexit, & canibus, equo, tauro, & cervo ad custodiam corporis sui usus est. Fuit tum Comanorum sacerdos *Archelaus*. Archelai à Sylla devicti F. qui bis in anno more antecessorum diadema gestavit, impetu secundus à Rege extitit, regionis, quæ fano adjacet, fructum percepit, & servorum sacrorum VIM habuit. *Valer. l. 3. c. 1.* *Strabo l. 12.*

[illegible] In BITHYNIA desiit vivere *Nicomedes*. Hæredem regni P. R. scripsit. Bithynia in formam provinciæ redacta est. Solebant adoraturi montium cacumina conscendere, & sine templis Jovem *Pappam* salutare. *Eutrop. l. 6. Alex. ab Alex. l. 2. cap. 12.*

In NUMIDIA fuit adhuc *Hiempsal*, qui quomodo agros, quos in ora maritima Publ. Scipio Aemilianus P. R. adjudicarat, suos fecerit, à Cicerone lege secunda agraria exponitur. *AFRICANA* *Cicero contra Rullum.*

In GERMANIA, mortuo Cassandro Rege, qui Gothos ex Scandia Germaniam infestantes auxilio Doringorum vicerat, successit * *Andarius*. [illegible] Ibidem (sumo Germaniam, prout nunc sumitur: ex veterum sensu ad Galliam Belgicam istæ, de quibus agimus, partes pertinent) Cæsar *aliquot bella* confecit. *Primum* contra Helvetios, qui multitudine pressi, duce Orgetorige Rhodanum transire, ut regionem aliquam ad Alpes occuparent, voluere. Hos, ab Heduis & Sequanis evocatus, ad Ararim adortus, ita excepit, ut pars armis traditis domum regredi, pars ad Rhenum [illegible] reverti cogeretur. *Alterum* in gratiam Heduorum contra Ariovistum Romanorum amicum, *EUROPÆA Trithem. in Compend. Dor. l. 38. Cæsar l. 1. de bello Gallico Flor. l. 3. cap. 10.*

 ad

ad se venire & sociorum obsides dare recusantem, in quo Ariovistus cum suis Harudibus, Marcomannis, Trebocis, Nemetibus, Vangionibus & Sedusiis, rupta phalange fusus, & ultra Rhenum pulsus est. *Tertium* contra Belgas propter Rhenum ad Oceanum habitantes, qui libertati suæ metuentes, duce Adra societatem inivêrant. In eo Suessiones, Bellovaci, Ambiani in fidem, datis obsidibus, suscepti. Nervii ex LXM hominum ad D redacti. Aduatici, post deditionem perfidi venditi sunt. *Quartum* contra Tencteros & Usipetas, à Svevis pulsos, locum sibi in Gallia ad habitandum petentes, quos equites Cæsaris internecione ferè deleverunt, solis equitibus ad Sicambros elapsis. *Quintum* in Sicambros, & ab Ubiis accersitus & quod profugos illos reddere noluerint. Nihil fere in isto actum, Rhenum ponte facto transiit, post viginti dies, cum Sicambros in loca munita se recepisse, & prope Suevos ad auxilium ferendum coire rescivisset, ponte rescisso, rediit. *Sextum* in *Eburones*, quod, absente Cæsare, Duce Ambiorige Sabinum & Cottam in insidias præcipitatos cum exercitu oppressissent, & traductis in partes Nerviis, Q. Ciceronem in hybernis obsedissent. Magnis illisque nocturnis itineribus ab Italia regressus, & in castris ab hostibus oppugnatus, tantam stragem edidit, ut nunquam sibi imposterum rebellandum putarent. *Septimum* in Treviros, ne etiam à se Cæsar defectionis pœnam exigeret, metuentes, & ideò suasu Indutio mari rebelles. Hoc unico prælio, postquam eos simulata fuga trans Rhenum pertraxisset, à Labieno confectum est.

Dio l. 39.
Cæsar. l. 2.
Flor. l. 3. cap. 22.
Plutarch. in Sertorio.
Dio l. 39.
Dio l. 40.

Ic

In HISPANIA *bellum* erat contra Sertorium, furbis Marianis à Sylla profcriptum, Italiæ ex Gallia jam minitantem. Additus Metello Cnejus Pompejus. Per legatos prima certamina habita, quum hinc Domitius & Thorius, inde Herculeii proluderent: mox his apud Segoviam, illis apud Anam fluvium oppreffis, ipfi Duces apud * Lauronem & Sucronem æquavere * clades: tum illi ad populationem agrorum, hi ad excidia urbium progreffi; tandem domeftica fraude in convivio † oppreffus Sertorius, Marius à Pompejo captus obtruncatus eft. Hic eft ille Sertorius, qui cervam candidam infignis formæ per Lufitaniam ducebat, & ab ea, quæ agenda aut vitanda effent, moneri fe afleverabat. *Valer. l. 1. c. 2. 4. 7.*

ROMANA more noftro in illa, quæ *in Urbe*, & quæ *extra Urbem* gefta funt, diftinguimus. *In urbe* Sylla ex agro Cumano, ubi Phthiriafi morbo (quo inter principes nemo interiit, nifi qui aut nimium crudelis fuit, aut divinos honores acceptavit) obiverat; Romam lectica aurea regium in morem, annitente Catullo & Pompejo, reluctante Lepido, delatus, in campo Martio primus * crematus eft. Teftimonium ipfe fibi in monumento tale perhibuit: *Nemo amicorum beneficiis me fuperavit, nec quisquam inimicorum ferendis injuriis.* Æmilius Conf. legem de refcindendis Syllæ actis, refiftente Pompejo & Catullo, perferre non potuit. M. Aurelius Cotta judicandi munus ad Senatum, Equites & Tribunos reduxit. Ciceroni poft convictum † repetundarum Verrem, ædilis honor habitus, ut antiquiorem in Senatu dicendi locum haberet, togam prætextam indue- *Plin. l. 7. c. 54.* *Vellejus l. 2.*

1872

Cic. Verr. 7. induceret, sella curuli sederet, & jus imaginis ad
Cic. pro Murana. posteritatem obtineret. Calpurnius legem tulit, ut ambitus convicti nec Magistratum gererent, nec in senatu essent.
Plin. l. 9. c. 54. C. Sergius Orata pensilia balnea primus facere instituit: quas impensis levibus initiis cæpta, ad suspensa calidæ aquæ tantum non æquora penetravit.
Dio l. 37. *Plin. l. 7. c. 30.* L. Roscius ut equitibus Romanis H. S. qnadraginta possidentibus quatuor decem proximi gradus in theatro assignarentur, decrevit.
Dio l. 37. *Sueton. in Cæsare.* Julius Cæsar in exercenda de sicariis quæstione illos quoque sicariorum numero habuit, qui in proscriptione Syllana oblata Civium Romanorum capita, pecunias ex ærario acceperant. Idem Pontifex Maximus factus
Sallust. in conj. Catil. *Cicero in Catilinariis* * est, cum nondum esset prætorius. Catilina postquam repetundarum accusatus, spe Consulatus † excidisset, de trucidando Cicerone consule & tota nobilitate, nec non incendenda urbe, consilia * agitavit. Detectâ † a Cicerone conjuratione, in agro Pistoriensi cum exercitu cæsus est, Conjurationem socii capitibus * luere. Clodius & sacra Bonæ † Deæ, & sororis pudorem violavit. Accusatus judicium * pecuniâ corrupit, & legem quâ patritiis etiam Tribunatus concederetur, ferri † curavit, ut adversarios opprimeret; Sed cum ea perferri non posset, a P. Fonteio *, cum Cæsaris, Ciceroni infesti, adoptatus, ad plebem transiit, & tantum effecit, ut Cicero in exilium * pelleretur. Hinc scelus in Pompejum meditatus, lege etiam de publicandis Regis Cypri bonis lata, desiderium Ciceronis omnibus injecit: de quo revocando cum ageretur, sanguine vel tum frustrà, resistente ei Milone, intercludere voluit.

Tau-

Tandem ad Lanuvium cum Milone congressus ab eodem interfectus est. Milo in exilium *ivit, *Plin. l. 36.* & bona ejus propter æris alieni magnitudinem (debebat DCC æris alieni, hoc est XXXCM aureorum) Semuncia vænierunt. Tum etiam Pom- *Dio l. 37.* pejus à bello Mithridatico redux, ut omnia sua acta à populo confirmarentur, resistente ipsi Metello, frustra voluit. Cæsar vero, repugnante *Velleius l. 1.* Catone, legem quâ quicquid agri publici in Italia erat, R. P. dividebatur, tulit, & XXM in agrum deduxit. Gabinius ex Syria reversus, quod IVM *Dio l. 39.* id est septendecem milliones inde exportasset, à Cicerone accusatus, judicium pecuniâ effugit: repetita actione, à Cicerone in Pompeji gratiam frustraneo eventu defensus est. Pompejus denique, ne quis magistratum aliquem peteret absens, decrevit, lege æri incisa, Cæsaris recordatus, eundem ab illa exemit. *Extra Urbem* aliquot nobis occurrunt bella, *Germanicum*, *Hispanicum*, *Britannicum*, *Mithridaticum*, *Judaicum*, *Ægyptiacum*, *Gallicum*, *Creticum*, & *Spartacium*. Priora omnia in suis locis vide. *Gallicum* [illegible], Bituriges & Carnutes, dum duce Ver- *Dio l. 40.* cingetorige, absente Ravennæ Cæsare, Roma- *Flor. l. 3.* nos & illorum socios populantur, excitavere. *cap. 10.* Transgressus hyeme Alpes Cæsar, Avaricum cum XCM propugnantium sustulit. Alexiam CCLM juventute [illegible], flammis adæquavit. Gergoviam, quam LXXXM muro, arce, & abruptis defendebant, fame domitam, cum Vercingetorige in deditionem accepit. *Cretam*, quod Mi- *Flor. l. 3. c. 7.* thridati favere videretur, invasere Romani. Inter *Liv. Epit.* expeditione M. Antonius amissis navibus pœnas *99.*

væcor-

væcordiæ dedit. Metellus ferro & igni [illegible] populatus, intra castella & urbes redegit, & victis Lasthene & Panare Ducibus, *Creticis* nomen [illegible]

Flor. l. 3. c. 20. Livius Epit. 95. Oros. l. 5. c. 25.

tinuit. *Spartacium* seu gladiatorum, Spartacus, Crixus, Oenomaus, effracto Lentuli ludo Capuæ profugi, vocatis ad vexillum servis, Vesuvii monte occupato, movere; *Secundo* primum [illegible], *infelici* tandem. *Secundo*, Spartacus [illegible] sessus, Clodii Glabri nihil tale opinantis castra rapuit, in Apennino Lentuli exercitum [illegible]dit, apud Mutinam C. Cassii castra delevit, de [illegible] vadenda Româ, victoriis elatus, deliberavit. *Infelici:* Nam tandem à Licinio Crasso circa [illegible]tium, dum fugam in Siciliam parat, [illegible] XLM trucidatus est.

De SICILIA nihil se offert.

Pontan. l. 1. Hist. Daniæ.

Apud DANOS, si Saxoni credimus, [illegible] *Fridlevus Celer*, qui Rufinam virginem militaribus operibus claram vicit: Dublinum Hiberniæ metropolin per insidias in potestatem redegit; [illegible]tanniæ littora prohibenti, in acie locatis [illegible]ctorum cadaveribus, terrorem incussit; tunicam aciei omnis contemptricem gestavit, & [illegible]mum, hostile ferrum carminibus obtundere solitum, iteratis capuli ictibus exanimavit.

Dio l. 39.

In BRITANNIA, quæ nunc *Anglia*, occurrit Julii Cæsaris *duplex expeditio*. *Prima*, [illegible] pacatis Morinis suscepit (quod primus [illegible] insulam detexisset, celebri) quod equitatu [illegible]tueretur, calligatis etiam tempestate navibus, nihil memorabile actum. Ingruente hyeme, [illegible] multuante in absentia Gallia, obsidibus acceptis, in continentem revectus est. *Altera* [illegible]

[illegible]

tas, pauciores quam promissum erat, obsides; Causa, ambitio Cæsaris. Exscensione, quàm Britanni prohibere non poterant, factâ, ambiguis prœliis insulanos terruit, perculsis obsides imperavit, & certo tributo imposito pacem concessit. Dio l. 40. Cic. l. 4. E. pist. 15. ad Atticum.

In SCOTIA fuerunt tres successive Reges, *Gillus* nempe, *Evenus*, & *Ederus*. *Gillus*, Eveni Buchan. l. 4.
[illegible] filius nothus, occisis per fraudem Dochamo & Dongallo Dursti filiis, in Regem assumptus, Dochami quoque liberos, minimo Edero, quem nutrix in Argatheliam abduxerat, excepto, è medio sustulit. Cum vero & in propinquos sævitiem exerceret, bello à subditis duce Cadvallo petitus,
[illegible] in Hiberniam ejectus est. *Evenus*, Dovallo Finnani Regis fratre genitus, munitis maritimis locis, Gillum per Cadvallum in Hibernia persecutus, victum & in antro quodam repertum trucidavit, sed in reditu majorem classis partem tempestate amisit. Pace cum Pictis facta, Orcadenses Albium aggressos penè ad unum cum Rege Belo concidit, & duo emporia *Innerlotheam* &
[illegible] *Innernessum* constituit. De *Edero* Dochami filio hoc solum occurrit, quod Bredium insulanum, cognomini Gilli propinquum, classe appulsum profligavit.

Ex viris claris floruere intra hocce tempus Varia.
Apollodorus, non pictor Atheniensis, qui primus species exprimere instituit, primusque gloriam Suidas.
penicillo contulit, sed Pergamenus Rhetor, Cæsaris Augusti præceptor. *Antipater Sidonius*, Cicero [illegible] de orat. [illegible]
Stoicus, extemporaneus Poeta & Catonis Uticensis præceptor, qui eodem, quo natus est die, febre

lingu-

singulis ætatis suæ annis laboravit, eodemque die eodem morbi genere consumtus est. *Theophanes Lesbius*, Pompeji familiaris, in cujus gratiam Mitylenæis, ob traditum Mithridati M. Aquilium perfidis, libertas à Pompejo restituta, & cui defuncto divinos honores Græca adulatio tribuit. *Pompilius Andronicus* Syrus, adeò inops & egens, ut coactus sit præcipuum illud opusculum annalium Elenchorum XVIM nummum cuidam vendere, quod Orbilius suppressum redemit & nomine authoris vulgavit. *Epidius*, qui ortum se ab Epidio Nuncione prædicabat, quem in fontem fluminis Sarni præcipitatum, paulo post cum cornibus extitisse, ac in Deorum numero habitum ferunt. Docuit inter cæteros M. Antonium & Augustum. *Attejus Philologus* Atheniensis, qui Sallustium præceptis de arte describendi, Asinium Pollionem breviario omnium rerum Romanarum, ex quibus, quas vellet, eligeret, instruxit. *L. Sisenna*, qui in historia puerili quodpiam consectatus est, ut unum Clitarchum de Græcis legisse videatur. *Apollonius Tyrius*, qui tabulam scriptorum Zenonis & Philosophorum ejus sectæ edidit. *Dionysius*, cognomento Thrax, qui multa Syntagmatica conscripsit, & Homerum pro Atheniensi habuit. *Dionysius Magnesius* Polyhistor, libri de Concordia author. Inter hoc etiam tempus Lucullus, Xerxes togatus, cum cerasa in Italia non essent, è Ponto ea in Italiam primus transplantavit. *Lepidus* Consul primum *marmor Numidicum* in vilissimo limine domus usu collocavit. *Rotæ aquariæ* quarum hodie molendinis aquæ molinis & [illegible] à Antipatro credendum, inventæ sunt.

Vellej. Paterc. l. 2. Tacit. in Tiberio.

Strabo. 16. Sueton. in illust. Grammat.

Sueton. in claris Rhetorib.

Cicero l. 1. de legg.

Plutarch. de Homero.

Plin. l. 15. cap 25.

Plin. l. 36. cap. 6. Salmas. in Lampid.

Sacra.

Ex ſacris nihil habetur, præterquam quod *Hyrcanus* apud JUDÆOS Pontifex fuerit: & ROMANI ſacra *bonæ Deæ* (hæc Fauna fuiſſe creditur, tantæ pudicitiæ, ut nemo illam, dum vixit, præter virum ſuum mas viderit, nec nomen ejus audierit) a Clodio polluta reſtituerunt. Celebrabant illa in ædibus Pontificis Maximi. Amphora vini obvoluta in iis ponebatur. Sacellum ejus cum ornaretur, myrtus, ut Veneri ſacra, non inferebatur, & maribus intereſſe prohibitum. *Roſin. Antiq. Rom. l. 3 c. 26.*

Caput III.
DE
REBUS A FINE REGNI SYRIACI AD MORTEM CLEOPATRÆ.

Anni ſunt 20. ab anno 3900. ad 3920. incluſivè.

Articulus I.
DE
PTOLEMÆO DIONYSIO.

Anni ſunt 4. ad annum 3904.

De Ptolemæo iſto pauca dicenda habemus. Cum pater moreretur, vix decimum attigerat annum. *Dionyſius Junior* eſt dictus, quia pater, antequam Rex fieret, Dionyſius dici conſueverat. Sororem, eandemque uxorem habuit Cleopatram, fœminam & venuſtam & vafram. Diu regno non præfuit, ſed Romanis turbis im-

 mixtus,

mixtus, post occisum Pompejum, quod Cæsarem insidiis petiisset, Alexandriæ obsessus, & in aquis suffocatus est. Vide plura in Romanis.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA

In PARTHIA sumsit *Orodes* in consortium regni *Pacorum* filium; Pompejanasque partes secutus, Judæam per eundem invasit.

Joseph. l. 14. c. 13. 14. 15. 16.

JUDÆA, sublato veneno, quem Româ Cæsar in Palestinam, ut Pompejanis partibus negocium facesseret, miserat, *Aristobulo*, percusso securi, jussu Pompeji, *Alexandro*, quod milites conquireret, ejus filio; *Antipatri Idumæi*, Cæsari in Ægypto auxiliarii, procurationi ita subjecta est, ut nec Antigoni Aristobuli filii preces audirentur, & solus Pontificatus penes Hyrcanum maneret.

Dio l. 42.

Dio l. 42.

In CAPPADOCIA secutus est Pompeji partes *Ariobarzanes II.* Eo victo, culpam deprecatus à Cæsare Armeniâ donatur. A Pharnace Pontico pulsus, ab eodem restitutus est.

Plutarch. in Cæsare.

In PONTO *Pharnaces III*, spe ex bello civili de regno paterno recuperando arreptâ, præter multas in Colchide urbes, Bithyniam etiam & Armeniam occupavit, Ariobarzanem Cappadocia spoliavit, & Domitium à Cæsare missum vicit. A Cæsare magna celeritate ad Zelam oppressus, (hinc illud: *veni, vidi, vici*) regno excidit. Cæsar ademptum, Mithridati Pergameno, cujus fidelitatem in Ægypto expertus fuerat, contulit.

AFRICANA

In NUMIDIA successit Hiempsali *Juba*, Cæsari & Scribonio Curioni, (Cæsaris, quod hic

æs ipſius alienũ diſſolviſſet, legato) quod Tribunus
plebis regnum in provinciam redigere voluiſſet,
infenſus, Pompejanas partes ſecutus Curionem
* ad Uticam victum * occidit : poſt Pharſalicam
3901 pugnam Scipioni Pompeji ſocero, ad quem M.
Cato ſummâ cum difficultate legiones adduxerat, ſe adjunxit: tandem à Cæſare ad Thapſum
3903 ope Sitii & Bogudi Regis victus, & Zama regiâ,
in qua cum omnibus ſuis cremari voluerat, excluſus, in villa ſuâ, M. Petrejo in congreſſu prius
occiſo, ſervo ſuo jugulum præbuit. Filium ipſius *Jubam juniorem* Cæſar in triumpho duxit,
mox militiam ſuam ſectantem Getulia remune-
3904 ratus eſt. Tum etiam Cato, perlecto Platonis de animæ immortalitate libello, ſumpta morte periit. Scipio ſe in nave confecit, & quæſitus, *Imperatorem ſe bene habere* reſpondit. Numidia in provinciam redacta, eique Sallustius Criſpus, homo avariſſimus, præfectus.

Dion. l. 43. Vellej. Pater. cul. l. 2. Appian. de bello Civili l. 2. Hirtius l. 5. de bello Africano.

SICAMBRIS idem præfuit, qui ſupra. *EVROPÆA*

De HISPANIA occurrunt, quæ contra Petrejum & Afranium legatos Pompeji geſta ſunt, de quibus in Romanis dicitur.

ROMANAM Rempublicam *Civile bellum*, ducibus Cæſare & Pompejo, exagitavit, (*Nulla magna civitas diu quieſcere poteſt ſi foris hoſtem non habet, domi invenit*) quo totius orbis ſtatus immutatus eſt. Cauſa fuit iſta. Juſſus eſt Senatusconſulto exercitum dimittere Cæſar. Voluit, ſi & Pompejus ſuum exauthoraret, & ſui in futuris comitiis haberetur ratio; Jubetur venire privatus. Decreta à Tribunis condita flagitat,

Vellejus l. 2. Flor. l. 4. c. 2. Plutarch. in Cæſare & Pompejo. Appian de bello Civili l. 2.

Dio l. 41 42. Salluſt. in Cæſare.

fidem appellat. Hoſtis judicatur. *Quadriennium* ſub iſto Rege hocce bellum duravit. *Primo anno* Cæſar, transmiſſo ab oſtento animatus Rubicone, extortis per Antonium Lucretio VII cohortibus, Corfinium cum tribus legionibus recepit. Pompejum, qui interim Româ cum primoribus profugerat, Brundusii fruſtra (evaſit per obſeſſi portus clauſtra) obſedit. Romam vacuam ingreſſus ex ærario effracto IV M. auri pondo, CXXXV argenti abſtulit. In Hiſpaniam tranſiturus, Maſſiliæ portas ſibi claudere auſæ, deditæ omnia præter libertatem abſtulit. Hiſpaniam poſt anceps cum Petrejo & Afranio bellum, tandem, iſtis ſubactis, Varrone cedente, ſui juris fecit: ſed cladem haud exiguam ſub Dolabella & Antonio, qui Adriatici maris fauces occupare debebant, paſſus eſt. *Altero anno* Pompejum in Epirum ſecutus Cæſar, impar hoſtibus de pacis conditionibus fruſtra egit. Milite Antonii auctus, in oppugnatione Dyrrachii M milites amiſit. Pompejum in campis Pharſalicis XVM cæſis, profligavit, & in Ægyptum rejecit. Pompejus imperio viliſſimi regis, gladio Septimii deſertoris ſub oculis ſuorum trucidatus eſt. Ejus claſſis ad Cæſarem tranſiit. Cicero imperium oblatum prudenter recuſavit: Cæſar omnibus deprecantibus ignovit, & Dictator abſens creatus eſt. *Tertio* in Ægyptum delatus, capiti Pompeji illachrymavit. Cleopatram, à fratre pulſam, venuſtate irretitus reduxit. Alexandriæ ideò à Ptolemæo obſeſſus, incendio navalium & Bibliothecæ, & natandi peritiâ evaſit, Regem occidit, & Cleopatram impudicam prius, mox reginam fecit. In hunc etiam annum

Cæſar l. 3. & 4. belli civilis.

acta contra Pharnacem, & sedata unico Quiritium vocabulo seditio occurrunt. *Quarto* res in Africa, de quibus diximus, gestæ, fasti correcti, annus ad cursum solis accommodatus, in Hispaniam, ubi Cn. Pompejus junior bellum concitabat, navigatum, censa civium CLM capita, cum proximis lustris ultra CCCLM fuissent.

1944

Apud SICVLOS, DANOS, BRITANNOS seu Anglos, & SCOTOS nil occurrit.

VARIA.

Claruere T. *Pomponius Atticus*, qui annales condidit, inque iis, notatis temporibus, annorum DCC memoriam colligavit: & quod difficillimum fuit, sic familiarum originem contexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines potuerint cognosci. *M. Terentius Varro*, vir πολυγραφώτατος, qui librorum suorum historum fœcunditati, non nomina tantum DCC illustrium, sed & imagines, non passus intercidere figuras, inseruit. *Procilius* grammaticus, qui tradidit apud Memphim in aurea columna literis Aegyptiis scriptum fuisse, tunc demum Aegyptum liberam fore, cum in eam Romani fasces venissent. *Tullius Tiro*, Ciceronis libertus, qui furtivas scribendi notas primus invenit, & librum de Jocis patroni scripsit, sed parum judicii in eligendis adhibuit. *Cornelius Nepos*, Ciceronis amicus, cujus vitæ adhuc exstant, & quo juvene violacea purpura vigebat, cujus libra denariis centum, seu aureis decem veniebat: nec multò post rubra Tarentina, cui successit dibapha Tyria, id est, bis tincta, veluti magnifico impendio, quæ in libras denariis mille,

Cornel. Nepos in Attico.

Plin. l. 35. Hist. Nat. cap. 2.

Trebel. Pollio.

Virgil. de inventor. rer. l. 2. c. 7.

Plin. H. N. l. 9. c. 39.

le, id eſt aureis centum emi non poterat. *C, Salluſtius Criſpus* Hiſtoricus, electiſſimus verborum penſator, qui in Fauſtæ L. Syllæ filiæ adulterio deprehenſus, à Milone virgis cæſus eſt, nec niſi pecuniâ datâ dimiſſus. Ex præda Numidica ita ditatus fuit, ut in Quirinali forum emeret, & hortos, qui & nunc *Salluſtiani* dicuntur. *P. Nigidius*, cujus commentationum obſcuritas ſubtilitasque Agellii ævo derelicta erat. *P. Terentius Varro* Atacinus, qui XXXV annum agens Græcas literas didicit, & libros Argonauticorum ſcripſit. *C. Aſinius Pollio* non minima pars Romani ſtyli, famæ Ciceronis inſenſiſſimus. *Soſigenes* denique Mathematicus, quem Cæſar, annos vitio Pontificum per intercalandi licentiam turbatos, ad ſolis curſum redigens, adjutorem ſibi adhibuit. Tum etiam *æra* & *Laodicenorum* † & *Antiochena* * cepit.

Dio l. 43. Agell. l. 17. cap. 18. Agell. l. 19. cap. 14. Hieronym. in Chron. Euſeb. Seneca ſuaſor. 6. Plin. l. 17. cap. 25.

De Sacris nil omnino occurrit.

Articulus II.

DE

CLEOPATRA.

Anni ſunt 16. ad annum 3920. incluſivè.

SUb *Cleopatra* nihil in Ægypto ante adventum Antonii accidit. Eo cum Cleopatra, in quam in Cilicia inciderat, delatus, ſocordiâ contabeſcebat, & neglecta poſt Fulviam uxorem Auguſti ſocrum, *nihil muliebre præter corpus habentem*, Octavia Auguſti ſorore, Cleopatram non pro uxore modò, ſed &, obtentâ de Armeniæ Rege victoriâ, pro regina regum habebat, & filios

lios ex ea susceptos Reges salutari, & Orientales
3918 provincias ipsis cum ratihabitione P. R. dari vo- *Vellej. l. 2.*
lebat. His & aliis offensus Augustus, & P. R. bel- *Dio lib. 49.*
lum Cleopatræ & Antonio indixit. Italia, Gal- *50. 51.*
lia, Hispania, Illyricum, Africa, Sardinia, Si- *Flor. l. 4.*
cilia pro *Augusto*: Asia, Thracia, Græcia, Ma- *cap. 51.*
cedonia, Ægyptus, Cyrenaica pro *Antonio* mili-
tabant. Successus iste fuit. *Primo anno* Antonius
3918 & milites Augusti ad defectionem frustra solli-
citavit, & in Italiam frustra trajicere voluit.
Altero Augustus transfugis auctus, expugnatis
3918 aliquot urbibus, inito ad Actium promontorium
certamine, Antonium cum Cleopatra vicit, &
castra cepit, victoriâ mentiente Cleopatra. *Tertio*
Antonius bellum restaurans, occupato prodi-
3920 tione Cleopatræ ab Augusto Pelusio, transeun-
te ad eundem Classe, tentata frustrà in Hispaniam
fugâ, seipsum trucidavit. Cleopatra regno de-
dito, ne in triumpho duceretur, verita, mortem si-
bi aspide illata conscivit. Sic Octavius Ægypti
Dominus factus, Dynastiæ Lagidarum, & Mo-
narchiæ Macedonicæ finem imposuit; Aegypto
Cornelium Gallum præfecit, senatoribus profi-
ciscendi in Aegyptum potestatem, nisi ipse per-
misisset, ademit, & Alexandrinos sine senatori *Dio l. 51.*
bus Remp. administrare jussit.

CONTEMPORANEA.

In PARTHIS præfuit adhuc cum Pacoro *ASIATICA*
filio *Orodes*, & *tria* intra hoc tempus *bella* ges- *Dio l. 48 49.*
sit. *Primo*, quod contra Romanos, à Labieno
[illegible] Romano, Antonii torporem & cætera obtenden-
te, persuasus, movit, eodem & Pacoro F. Duci-
bus Syriam omnem, Saxâ occiso, Tyro exceptâ,

subegit, ac Ciliciam & Asiæ urbes in continenti sitas, partim vi, partim sine bello occupavit. *Altero* Aristobulum contra Hyrcanum, ut in Judaicis dicetur, in Palæstina juvit. *Tertio* Ventidius Antonii Dux, ut amissa recuperarentur, missus, ad Taurum montem Labienum profligavit, & per Demetrium cepit, ad Amanum Pharnapatem percæcidit, & * Pacoro, per Channæum regulum decepto, eo anni die, quo Crassus fugatus fuerat, trucidato, Syriam recepit. Hic est ille *Ventidius*, qui in triumpho Pompeji Strabonis ductus primus postea temporis de Parthis inter Romanos triumphavit. Orodi successit *Phraates III*, parricida, in quem quidem Antonius, à Monæse transfuga inductus, movit, postquam Canidius Crassus Pharnabazum Iberorum & Zoberem Albanorum Reges subegisset, sed magnâ clade, spe pacis deceptus, in Media affectus est. Hanc jacturam ut Antonius aliquo modo resarciret, Artavasdem Armeniæ Regem specie colloquii evocatum, in vincula conjecit, & Armeniam sui juris fecit, successu isto ferox, bello, de quo in Ægyptiacis, occasionem præbuit.

Res JUDAICÆ post sublatum veneno Antipatrum, *ad Herodis cum Antigono bellum res ac confecto gestas: & expeditionem ejusdem in Arabes,* reduci possunt. *Belli cum Antigono* causa, quod hic tanquam Aristobuli F. regnum sibi asserere; Herodes verò & Phasaëlus fratres pro Tetrarchis ab Antonio * restitutis, nihil obstante primorum de Herode querela, haberentur. Res per aliquot annos disceptata est. *Primo* Parthi ab Antigono evocati, Hierosolyma ingressi, H... ca-

Joseph. l. 14. Ant. à cap. 16. ad 26. Idem l. 1. belli judaici à cap. 8. ad 13.

Hyrcano & Phasaëlo captis, Antigonum Regem fecere. *Altero* Herodes, intercedente Antonio,
3910 Rex Judææ factus, obtentis à Ventidio & Silone
3911 auxiliis, Hierosolyma frustra obsedit. *Tertio* idem Antigoni ex Galilæa præsidia ejecit, plura præstiturus, nisi Silo ab Antigono corruptus, moram rebus injecisset, *Quarto* Pappus Josephum fra-
3912 trem Herodis trucidavit. Galilæi factionem ejusdem in lacu Genesara demersere Herodes obtentis ab Antonio post expugnatam Samosatam aliquot cum Sosio legionibus, victoriam ingentem de Antigoni Ducibus reportavit. *Quinto*
3913 expugnata sunt ab Herode Hierosolyma. Cædes tanta commissa, ut rogitaret, an se solitudinis Regem facturi essent Romani: Antigonus aliquandiu crucifixus, jussu Antonii securi percussus est: & sic *domus Hasamonæa* finem accepit. *Res bello confecto gestæ* in sacris occurrunt, insidiis Cleopatræ Judæam ambientis exceptis, quas Herodes evitavit. *Expeditionem in Arabas*, auspiciis Antonii susceptam, cum auxilia illius ab eodem bello *Joseph. l. de bello Judai. c. 14. & 15.*
3918 Actiaco remitterentur, Cleopatra persuasit. In ea primò victor, mox Athenionis Cleopatræ Du-
3919 cis proditione victus, tandem animatis militi-
3920 bus unicâ victoriâ totam gentem subegit. Victo Antonio, impetravit ab Augusto regnum, ejusdemque in Ægyptum tendentis exercitum munificentia affecit. *Dio l. 47.*

In CAPPADOCIA jugulatus est à Cassii equitibus, quod castra conjuratorum post necem Cæsaris sequi detrectaret, *Ariobarzanes*, post quem successivè fuere *Ariarathes* & *Archelaus*. Ille fratrem tam vehementer dilexit, ut & con-

filiarios ad rapiendum regnum hortantes detegeret. Regnum adeptus Archelaum ex Comanis sacerdotibus adversarium habuit, &, decreto M. Antonii, regno & vitâ spoliatus est. *Archelaus* Glaphyræ matris, scorti Antonii, operâ, ab eodem inauguratus, bello Actiaco pro eodem pugnavit. A Cæsare absolutus, paulo post Armeniam minorem & Ciliciam donum accepit.

Dio. l. 49.

Dio l. 51.

In PONTO fuit *Darius*, à M. Antonio post Philippense prælium restitutus.

Appian. l. 5. de bell. civil.

AFRICANA Ex Africanis nil fere occurrit, præter expeditionem Bogudi Mauritaniæ Regis in Hispaniam, illamque ut temerariam, ita infelicem. Cum enim Tingitani ab eo defecissent, & ex sententia Augusti regno exclusissent; Octavius regnum ejus provinciam fecit. Hoc etiam de Numidia (*Tremisenum regnum* iam eo situ jacet) scire non oberit, in ejus interioribus & longè sitis à littore, spinas piscium, muricum, ostreorumque fragmenta, saxa attrita fluctibus, & non differentia marinis, infixas cautibus anchoras, & alia olim in ea loca pelagi indicia, inventa: & incolas alveos navium conversos pro tuguriis habuisse.

Dio l. 48.

Mela l. 1. de situ orbis.

Sallust. de bello Jugurth.

Dio l. 43 45.

EVROPÆA In GERMANIA nil de Sicambris habetur. BATAVIS putatur imperasse post Hessum *Catarphus*, cognomento *Dura*, gener Augusti, & Dorenstadii ad Rheni ripam conditor, venator tam exercitatus, ut cervum aliquando cursu assecutum, cornibusque apprehensum, ante suorum ora protraxerit. Sub eo primum natandi artem Batavi didicere: ipse tamen in aquis interiit.

Pontanus in Amstelodamo.

In

1905 In HISPANIA *quadruplex* occurrit *bellum. Unum*, Julii Cæsaris contra Sext. Pompejum, quod post annuam & variam fortunam, ipsis Liberalibus ad Mundam, unico prælio, in quo non tam de victoria, quàm de vitâ Cæsar dimicabat, fugæ speciem Labieno Pompejanis præbente,
1906 confectum est. *Alterum* contra eundem arma post mortem Cæsaris resumentem, eo Asinius Pollio à Pompejo victus est. Cum Pompejo Lepidus pactus est, ut bona paterna reciperet, & Hispania Dio l. 41.
1911 excederet. *Tertium* Domitii Calvini contra Hispanos rebelles, de quibus post sumptum à militibus, quod legatum suum deseruissent, tantum supplicium, ut inde *M. Crassi* nomen invenerit, devictis, ita triumphavit, ut in annum sequentem nova æra, quæ *Hispanica* dicitur, erigeretur. *Quartum* Bogudi Mauritaniæ Regis, de quo in Africanis.

Res ROMANORUM in *tres periodos* rectissimè dispescuntur: quarum *prima* ad Cæsaris mortem: *altera* ab hac ad Triumviratum; *tertia* ab isto ad victoriam Actiacam extenditur.
1905 Sub *prima foris* bellum Cæsaris cum Sexto Pompejo, de quo in Hispanicis; *domi*, Q. Fabii paucarum horarum consulatus, & diadematis Cæ-
1906 sari ab Antonio, quod tamen ille rejecit, oblatio, & tandem ejusdem à conjuratis, quorum Duces D. Brutus & Cassius, in Curia Pompeji trucidatio, occurrunt. Ad *secundam* pertinet *domi*, fuga percussorum Cæsaris in Capitolium, amnestia à Cicerone facta, & Senatus consulto approbata sanctio; simulata pacis per Anto-

Antonium approbatio, lamentabilis Antonii in funere Cæsaris concio; testamenti Jul. Cæsaris ad populum recitatio, in quo ille tricenos Sestertios viritim populo legavit, & D. Brutum proditorem suum in secundis hæredibus suis scripsit; Cn. Octavii Romam adventus, & post aditam hæreditatem, cum frustra interceptam Cæsaris ab Antonio pecuniam reposceret, vendito patrimonio, legati persolutio, eandemque fructus vulgi & legionum favor. *Foris* bellum Pollio cum Sexto Pompejo, de quo in Hispaniis, gessit. Dolabella C. Trebonium, interfectorum Cæsaris unum, Smyrnæ trucidavit: ipse hostis judicatus, à Cassio Leodiceæ obsessus, servo suo cervicem præbuit. D. Brutus Conf. Mutinam ingressus, ut Antonio Cisalpinam Galliam petenti, postquam legiones ad Octavium defecisse rescivisset, obsisteret, occasionem *bello Mutinensi* dedit. Obsessus ab eodem, ab Hirtio Pansa & Octavio, post cruentam victoriam, liberatus est. Cum verò Antonius cum Lepido, quòd ab illius post cladem ad Mutinam militibus in Gallia Transalpina receptus fuisset, hostis judicaretur, & in Augusti præjudicium multa à Senatu post victoriam, ut multa ante illam in honorem, fierent, exortus est in insula quadam propè Bononiam *Triumviratus*. Antonius Lepidus, & Octavius [illegible] imperium Romanum quasi hæreditatem quandam inter se divisere, & tabulam proscriptionis CXXX Senatoribus & Ciceroni fatalem condidere. *Tertia* periodus aliquot bella complectitur. *Philippense* nempe, *Antonianum* [illegible] *Pompejanum duplex*, *Gallicum*, [illegible] *Pannon-*

Vellej. l. 2.

Pannonium, *Parthicum*, *Armenium*, *Dalmaticum*, & *Antonianum II. Philippense*, M. Brutus
& Cassius contra triumviros pro libertate sum- *Flor. l. 4. c. 1.* *Dio l. 47.*
3908 sere, postquam D. Brutus, à Blanco derelictus, ab Antonio trucidatus fuisset. In eo Rhodii à Bruto direpti, Licii Pataris captis subacti, & Antonii legati ad Philippos obsessi sunt. Cum utroq; Antonius & Octavius dubio quidem marte conflixere, ita tamen, ut Cassius errore, Brutus desperatione caderet, & omnes Cæsareæ cædis au-
3909 thores occumberent. *Antonianum I.* Fulvia Antonii uxor, concitata militum, quibus agros Octavius dividere volebat, spe alia corruptorum seditione excitavit. In eo L. Antonius Cons. Marci frater Perusiæ obsessus, deditionem facere coactus est. M. Antonius Sipuntem & Brundusium obsedit, mortua belli face Fulviâ, pacem inter se inivere. *Pompejanum duplex* erat. *Primi* causa Sextus Pompejus, qui per Meniam & Menecratem libertos mare infestabat, & occupa-
* 3908 † tis Sicilia * & Sardinia † insulis, Romam fame *Flor. l. 4.*
premebat. Hoc, pace facta, urgente & repulsam *cap. 8.*
3910 indignè ferente populo, sopitum, Siciliâ, Sardiniâ, & Achaja, Pompejo in quinquennium re-
3912 lictis. *Alterum* Menæ ad Cæsarem fuga concivit. In eo Cæsar circa Veliam naves tempe- *Dio l. 48.*
state amisit, per Agrippam Democharem,
3914 Pompeji Ducem, ad Mylas vicit, ad Tauromenium cladem ab eodem passus est. Tandem exu- *Dio l. 49.*
tum navibus Pompejum Siciliâ expulit, eo anno, quo Lepidum ex Africa excitum, Siciliam audacter nimis reposcentem, legionibus & provinciis exutum, in custodiam Romam dimisisse

fiſſe dicitur. Pompejus in fuga ad Parthos ab
Dio l. 48. Antonio comprehenſus, jugulatus eſt. *Gallicum* in Gallos tumultuantes Agrippa ille Rhenum ponte transgreſſus confecit, qui ex lacu Lucrino portum fecit, aquam Marciam † inſtauravit, Tepulæ rivum intercepit, & aquæ ductus * Appiæ, Anienis, & Martiæ pene dilapſos reſtituit.
Dio. l. 49. *Illyricum* illatæ Romanis, durante cum Pompejo bello, à Salaſſis, Tauriſcis & Liburnis injuriæ dedere. In eo veteranos tumultuantes Cæſar exauthoravit, & Japydes ad deditionem adegit. *Pannonium* ſuſcepit, ut milites exercerentur, ne ocio diffluerent. In eo Siſciam urbem, (quæ nunc Belgradum) oppugnavit, Menam Pompeji libertum amiſit: tandem inſidiis exceptos, deditionem facere coegit. *Parthicum*, & *Armenium* in Perſicis & Ægyptiis vide. *Dalmaticum*
Dio l. 49. rebellioni incolarum debetur, in eo, prælio congreſſus Cæſar lapide in genu ſauciatus eſt. In Italiam digreſſus, *Statilium Taurum* ad reſiduas reliquit; redux incolas imperata facere coegit. *Antonianum II.* ſeu Actiacum in Aegyptiacis expoſuimus. Eo feliciter ab Auguſto finito, decretum Romæ eſt, ut ludi quinquennales in honorem Cæſaris haberentur: feriæ ejus natali die, ac eâ, quâ victoriæ nuncius allatus fuit, eſſent: a
Dio l. 51. die, quo Alexandria capta, reliquis annis numerandis initium ſumeretur: Auguſtus omnibus judiciis ſuffragium quaſi Minerva ferret, & ne quis ex familia Antoniorum Marci prænomen haberet. &c. vide plura in Dione.

De DANIA BRITANNIA ſeu Anglia, & SCOTIA nihil habeo, quod dicam.

Ex

Ex doctis fuere *Didymus*, Salsamentarii filius, qui ab indefesso scribendi studio χαλκέντερος dictus, & quem ab oblivione illorum, quæ scripsisset βιβλιολάθαν Demetrius Troezenius, nominat. Scripsit IVM librorum. *Sextus Clodius* Siculus, Latinæ & Græcæ eloquentiæ Professor, male oculatus & dicax. Par oculorum in amicitia M. Antonio Triumviri extitisse se ajebat, a quo etiam ingens congiarium accepit. Uxorem ejus Fulviam, cui altera bucca inflatior erat, acumen styli tentare dixit. *Conon* qui libellum XL narrationum è veterum scriptis collegit. Tum etiam Judæa ingenti terrræmotu concussa est, ita ut ruinis ædium ad XM hominum perierint. Ægypto servitutem multa prædixere. Nam sanguine in iis locis pluit, in quibus nulla unquam gutta ante deciderat, Draco immensæ magnitudinis repentè visus est, Cometæ & imagines mortuorum apparuere, & Apis lugubrem mugitum ac lachrymas edidit.

Sueto. in claris Rhetorib.

1974

Dio lib. 51.

SACRA.

Apud JVDÆOS incidit *duodecima Ecclesiæ periodus*, quæ se ad nativitatem CHRISTI extendit, & fuere apud eos Pontifices, *Hyrcanus*, de quo superius, Babylone evocatus, quem patris nomine Herodes dignatus est, donec fraude è medio tolleret: *Ananelus*, quem idem Babyloniâ accersiverat, & *Aristobulus*, Mariamnes uxoris Herodis frater, quem Ananelo ad Alexandræ Socrus preces remoto, substituit, sed mox, quod Judæis favorabilem comperisset, per speciem ludicræ natationis in piscinâ demergi curavit. Floruerunt apud eosdem *Schimeon Hillel* Babylonius,

Joseph. lib. 15. c. 3. 4. l. 1. de bello Judai. cap. 14.

lonius, ex tribu Benjamin, qui Judææ anno ætatis quadragesimo redditus, XL annis continuè legi operam dedit, totidem Israëlem rexit, & discipulos mille, ex his LXXX præcipuos habuit. *Schamai*, Hilleli ita oppositus, ut discipulos illius hujus interficerent. Contendebant de XVIII tanti momenti capitibus, ut ne ab Elia quidem aboleri posse crederentur. *Jonathan Ben Uziel*, discipulorum Hillelis præstantissimus, Simeonis Justi condiscipulus, qui Thargum Babylonicum condidit, tanti æstimii, ut inspiratum à Spiritu sancto Judæi crederent, & Orientales Ecclesiæ in maximo usu haberent. Multa de illo Judæi fabulantur. Denique *Rabbi Nehemias Ben Hacanah* author Epistolæ secretorum, in qua ... L duntaxat à Christi ortu annis distare dicebat. Hoc tempore videtur decisum esse *iter Sabbathi* bis mille pedum seu cubitorum, ut Origines explicat. In id postea ingentes irrepsere superstitiones. Non reputabatur pro onere, si calceamenta quis sine clavis haberet, vel aliquid supra utrumque humerum portaretur. Si Sandalia cum clavis, & supra unum humerum aliquid portaretur, onus judicabatur.

Drus.l.1.c.3. de trib. sect. Jud.

Duret.Hist. Linguar. cap. 8.

Genebrard. in Chronog.

Origen. περὶ ἀρχῶν.

POLY-

POLYHISTORIS
Pars Tertia.

Res ſub Monarchia Romana indivulſa ab Auguſto Cæſare ad Carolum Magnum exhibens.

RERUM
Sub
MONARCHIA ROMANA INDIVULSA.

LIBER I.

De

PRIMA ROMANI IMPERII INDIVISI PERIODO RES MUNDI AB AUGUSTO AD NERVAM COMPLECTENTE.

Anni ſunt 125 ab A. M. 3920 incluſivè ad A. M. 4047 Chriſti 98 excluſive.

CAPUT I.
DE
AUGUSTO CÆSARE.

Anni ſunt 44 ab anno 3920 ad annum Mundi 3964, Chriſti 14.



D vitam Auguſti univerſi orbis res referri poſſunt, ipſa in quatuor *decennia* optimè diſtinguitur, quorum ſingula per *Domeſtica* & *extranea* commodiſſimè deducemus. *Res domi* geſtas ſi ſpectes, *primo* primi decennii *anno* triplicem triumphum Auguſtus de [illegible] Ægypto precioſisſimum (& Cleopatra in lecto ad imitationem mortis ejus efficta portabatur) egit.

Dio l. 51.

De

De Principatu deponendo frustrà, Mœcenate id disſuadente, deliberavit. censura instituta ex ſenatu, qui ad mille ſenatores excreverat, movit, & ne Senator inſcijs Coſs. extra Italiam peregrina-
3942 retur, interdixit. *Alter* leniendis militibus & plebi datus eſt, ærarium publicum privata pecuniâ ſuſtentatum, & nomina debitorum expuncta
3943 ſunt. *Tertio* cum imperium compoſita oratione *Dio l. 53.*
in ſenatu deponere vellet, idem recipere cum Au- *Sueton. in*
guſti nomine coactus, provincias ita partitus eſt, *Octavio.*
ut pacatiores populo & proconſulibus relinqueret, reliquas ſibi reſervaret, ſpecie, ne rebellarent, revera, ut militibus omnibus ad ſe perductis, Se-
3944 natum armis nudaret. *Quarto* mandatum ædi-
libus, caverent, ne incendia exiſterent, dati & ex publico DC ſervi, quorum operâ, ſi quando opus
3945 eſſet, uterentur. *Quinto* Agrippa Romam mirè propriis ſumptibus exornavit, & Sudatorium La-
3946 conicum fecit. *Sexto* nihil ſingulare occurrit.
3947 *Septimo*, morbo induſtria Antonii Muſæ medici *Dio l. 53.*
liberatus Auguſtus, medicinæ Doctoribus uſum annuli aurei & alia privilegia attribuit, tribunitiam poteſtatem à populo ſibi oblatam accepit: Marcellum verò, quem ædilem creaverat, ami-
3948 ſit. *Octavo*, cum Romam inundatio, Italiam peſtis vaſtaret, Dictaturam quidem perpetuam ſibi oblatam rejecit. Sed binos Prætorios, quibus rei frumentariæ curam commiſit, in Senatu creavit. Fannii etiam Cœpionis, & Licini Murenæ con-
3949 ſilia evaſit. *Nono* ex Sicilia redux, Agrippam præfectum urbis creavit. *Decimus* in extraneis ordinandis inſumptus eſt. *Varia* aliquot intrà hoc tempus bella geſta ſunt: *Macedonicum* nempè

ſeu *Græcum*, *Britannicum*, *Hiſpanica* quatuor, *Germanicum*, *Arabicum* & *Boſphoranum*. *Macedonicum*, duce M. Craſſo, contra Baſtarnas eô ferè tempore cœpit, quô Statilius Taurus amphitheatrū ſuis ſumptibus in campo Martio abſolvit, & à populo ei conceſſum eſt, ut quotannis unum prætorem eligendi poteſtatem haberet. Caula Baſtarnæ, qui ſubactis Triballis & Dardanis, Dentheletarum Thracum, Romanis fœderatorum, regionem infeſtabant. In eo Baſtarnæ ita profligati, Rege *Deidone* amiſſo, ut pacis conditiones à victore reciperent. Myſi bis ſubacti, Merdi & Serdi, qui redeuntem à Myſis infeſtarant, vaſtati. Getæ ſub Dapyge & Zyraxe degentes coërciti, & Artacii in poteſtatem redacti. *Britannicum*, *Hiſpanica*, & *Germanicum* in ſuis Hiſtoriis perſequemur. *Arabicum*, quia primum, Aelii Largi ambitio peperit, ſed infelici exitu. Major enim pars exercitus, morbô tùm ignotô interiit. Arabes reliquos aggresſi, ſuâ regione pepulere. De *Bosphorano* ſuo loco agetur. Circa idem tempus Auguſtus rebus in Sicilia ordinatis, in * Græciam, ubi Lacedæmonios, quod Liviam exulantem humaniter excepiſſent, Citheris donavit. Athenienſibus verò, quòd Antonium adulati fuiſſent, Æginam & Erythream eripuit, & ne quem civem acceptâ pecuniâ facerent, edixit; primò tranſmiſit, & in Samo hybernavit: mox in Aſiam penetravit, inque eâ Bithyniam provinciam ordinavit, ibidemque Jamblichum Arabiæ, Archelaum Armeniæ minoris, Tigranem Armeniæ majoris Reges conſtituit. Redux in Samum, libertatem hoſpitii præmium incolis contulit, & Indorum legatos

Dio l. 51.

Dio l. 53.

Dio l. 54.

legatos à Pandione Rege missos audivit, ab iisdemque dona, inter quæ tigres tùm primùm Romanis visas, accepit. Ad *alterum decennium* pertinent, *urbē* si spectes, aquæ virginalis * in agro Lucullano collectæ in urbem per Agrippam deductio: Augusti reditus, ejusdemque in Magistrum morum & consulem perpetuum creatio: triginta * senatorum, qui de unoquoque judicarent, an dignus esset senatorio honore, electio: mulctæ † illis, qui tardius in Senatum veniebant, irrogatio: Augusti in Gallias cum Tiberio * abitus. Vedii Pollionis, qui murænas humanâ carne pascebat, † mors, & ædium ejus ob tantam sævitiam eversio: Augusti è Galliis reditus, & temporis dimissionis militum (prætorianis annus duodecimus, reliquis decimus sextus datus est) assignatio: de Senatusconsultis denique, ne fierent, nisi quadringenti senatores adessent, decretum. Inter extranea quatuor bella, *Hispanicum* nempe, *Germanicum*, *Pannonicum* & *Thracium* occurrunt. Priora duo sua sibi loca vendicant. *Pannonicum* * rebellio incolarum dedit. Missus contra eos Agrippa, adventu suo ita terruit, ut ab incæpto desisterent. Hoc in Campania mortuo, iterum perfidos Tiberius ope Scordiscorum ita vicit, ut arma adimeret, & juniores in alienas regiones transferret. *Thracicum* Vologesis Bessi in Chersonesum, & Sialitarum in Macedoniam irruptiones dedere. L. Piso ex Pamphylia evocatus, ambiguo primò cum ipsis Marte congressus est, mox victos in potestatem redegit. Intra hoc etiam tempus Camuni & Vennonetes à Silio * victi sunt: Liguribus servitus † imposita. Dacos

Dio l. 54.

Dio l. 54.

 deni-

deniq; , Iſtrum frigore concretum transgressos & Pannonias infeſtantes †, Tiberius ex Galliis rediens

Dio l. 55. compeſcuit. *Tertio decennio* Auguſtus legem de ambitu tulit, imperium iterum in decennium reſumſit. Calendarium, quod vitioſa Pontificum intercalatione depravatum erat, emendavit, & Sextilem menſem *Auguſtum* ex Senatusconſulto appellavit. Mœcenas & Q. Cæcilius mortui, *Plin. l. 33.* quorum ille Auguſtum nimis ſeverum carnificem, etiam ipſo ferente, nominare auſus eſt, primus balneum aquæ calidæ in urbe conſtruxit, & *Xiphilinus in Auguſto.* notas literarum ad celeriter ſcribendum invenit, easque per *Aquilam* libertum docuit: hic, quamvis multa civili bello amiſiſſet, tamen ſervorum IVM, juga boum IIIM, reliqui pecoris CCLVII millia, in numerato milliones IX reliquit. Tum etiam propter incendia urbs in quatuor regiones distributa, ex procuratoribus earum [illegible] ſervi aſſignati. Multitudo eorum, qui frumentum è publico accipiebant, ad CCM redacta, & in ſingulos CCXL denarii dati. Tiberius metu Au- *Plin. l. 7. c. 13.* guſti nepotum in Rhodum ſeceſſit. Criſpinus Hilarius cum liberis novem, Nepotibus viginti ſeptem, pronepotibus viginti novem, neptibus no- *Dio l. 56.* vem, in Capitolio immolavit. Breviarium orbis *Dio l. 55.* totius inſtitutum eſt, & Judæa deſcripta, gladiatorium munus & Naumachia ſpectacula edita. Julia filia Auguſti, quod nihil, quod facere aut *Macrob. l. 1. Saturnal.* pati turpiter poſſet, omitteret, (vide Macrobium) in Pandateriam inſulam relegata. Meſſala denique Corvinus, qui biennio ante & memoriam & ſenſum ferè amiſerat, ut vix pauca verba conjungeret, mortuus eſt. Inter *Externa*, duo occurrunt

niunt bella: *Germanicum*, de quo suo loco, &
3941 *Pannonicum*, quod Tiberius absolvit. & ovans
urbem ingressus est. In *quartum decennium*
3953 haud pauciora incidunt. Intra hoc enim, Augustus Tiberium privignum, post Lucii & Caji nepotum mortem, adoptavit. Cn. Cornelium Cinnam, insidias sibi struentem, & deprehensum,
3954 beneficio ex hoste amicum fecit. Militibus prætorianis, quinque drachmarum millia, reliquis tria millia exacta militiâ præmium constituit.
3955 Ærarium militare ut constitueretur, vigesimam hæreditatum & legatorum in illud referri jussit.
3957 Gladiatores & Canistas, quòd cum ingenti fame urbs conflictaretur, urbe ejecit. Agrippam ex filia nepotem ob improbos mores, in Planasiam insulam relegavit. Conjugatis præmia decrevit, *Dio l. 56.*
3958 & ut, si vir vel uxor filios non haberent, ex eo, quod alteri reliquissent, decima pars fisco militari adjudicaretur, statuit. Juliam ex Pandateria reducem, adulterii convictam in insulam Trimetum relegavit, & ne Astrologi absentibus arbitris
3960 alicujus mortem prædicerent, decrevit. *Externi* intra hoc tempus fuere hostes, *Armenii*, *Germani* & *Pannonii*. De *Germanis* suo loco dicetur.
3961 *Armenicum* bellum Cajus gessit, eisdemque *Ariobarzanem* Medum præfecit. Graviter in eo vul- *Vell. l. 2. c. 102.*
neratus, minus habilem Reip. animum gerere cœpit, & in remotissimo orbis angulo consenescere voluit. *Pannonicum*, quod præfectorum Romanorum avaritia excitavit, per aliquot annos, ducibus Batone Dysidiato & Batone Breuce,
* vario Marte gestum est. Tandem, revocato ex
3962 Germania Tiberio, misso * Germanico Drusi filio,

Mazæis devictis, Pannonia fame, morbo, & bello afflicta, Batone Breuce occiso, Bato alter pacem petiit, † & obtinuit, magno Romani populi damno, cum nihil ferè exinde prædæ reportatum sit. *Quinti decennii* tres duntaxat supersunt anni, quorum *primo* lex de exulum luxu cohibendo ab Augusto lata, & ne servos supra viginti haberent, ne plus quingentis millibus nummû possiderent, præceptum. Tiberius verò triumphum de Pannoniis egit, Batonem Ravennam transtulit, & populo prandium mille mensis dedit. *Altero* de pensione vigesimæ abolenda actum, quod bonorum senatoriorum descriptio impedivit. *Tertio* mortuus est Nolæ Augustus, postquam Agrippam ab exilio frustrâ revocare, intercedente Livia, tentasset, anno imperii XLIV. Sub finem vitæ amicos convocavit, quæque necessaria videbantur, eis exposuit, & tandem quasi mercedem exactæ vitæ ab iis petiit, ut plauderent. Centum ante Augusti mortem diebus lustrum conditum est a Tiberio, & Civium 4037000 censa sunt.

Dio l. 56.

Suetonius in Augusto.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA *Dio l. 54.*

PARTHIS adhuc præfuit *Phraates*, & Augusto in Asia hærenti, ac regna distribuenti, signa militaria a Crasso & Antonio capta, cum captivis, metuens ne bello peteretur restituit: verum cum postea se rebus Armeniæ immisceret, pacem quidem petiit, sed eam prius obtinere non potuit, quam tota Armenia cessisset. Amicus factus & parte prolis, Vonone nempe, firmandæ amicitiæ missa Cajo, perfida M. Lollii, quem moderatorem Caji Augustus voluerat, consilia detexit, quod cum hic resciviisset, manus sibi violentas intulit. In literis ab Augusto solo *Phraatis* nomine appel-

Dio l. 55.

la-

latus, *Regem Regum* se in responso nominavit.

In JVDÆA fuit adhuc *Herodes*, & res ab eo sub Augusto gestæ, in totidem *decennia* dispesci
3922 possunt. *Secundo primi decennii anno* Mariamnem de vita, si Herodes moreretur, periclitantem, ideo aversam, falsò tamen de veneno sibi offerendo delatam, interfecit. Mox ob ejusdem desiderium, cum inflammatione cervicis mente *Joseph. l. 15. Antiq. c. 11*
3923 motus est. *Quarto* Alexandram, matrem Mariamnes, morbi occasione usam, & munitiones quasdam postulantem, trucidavit, eidemque quosdas ex Antigoni familiâ adjecit. Theatrum, tropæa, ac ludos Hierosolymis in gratiam Cæsaris instituit, & ideò a Judæis insidiis petitus est.
3926 *Sexto* conjurationes metuens, Samariam sub nomine *Sebartes* instauravit, & fami, agris ex longa aëris intemperie sterilescentibus, frumento
3927 subvenit, ac novam regiam ædificavit. *Septimo*, Simonis Boëthi filiam in uxorem duxit. *Octavo* *Idem, l. 4, cap. 12.*
3928 Alexandro & Aristobulo filiis Romam missis, Cæsarem sibi ita obnoxium reddidit, ut regnum suum Trachonitidis & Batanææ accessione fir-
3929 maret. *Nono* Cæsarea ædificata, & ingenti portu *Joseph. l. 15. cap. 13.*
3930 exornata est. *Decimo* a Gadarenfibus, instinctu Zenodori Idumæi, qui Auranitidem, ditionis suæ partem, Arabibus elocaverat, coram Augusto ob tyrannidem accusatus, a Cæsare absolutus, & parte Syriæ inter Galilæam & Trachonitidem donatus est. Gadarenses, metuentes, ne Herodi
3931 dederentur, vim sibi intulere. Ad *secundum decennium* refer Templi Hierosolymitani magnificam structuram, quæ octennio absoluta est: Filiorum Herodis Româ domum reditum: He-
3934 rodis ad Agrippam iter, & porticus in Chio re- *Idem l. 4. cap. 14.* *Idem l. 16. c. 1. 2. usq. ad 9.*

 stau-

ſtaurationem: Antipatri primogeniti filii Romam ablegationem, ut filiorum Mariamnes ambitus coërceretur: horum denique coram Auguſto delationem, quam abſolutio excepit. Tum etiam Herodes Auguſtum trecentis talentis donavit: ab eodem viciſſim dimidium redituum e metallis Cypriis accepit. *Tertio decennio*, Cæſaream Herodes Druſo dicavit: Antipatrida, Cypron, Phaſaëlum, & alia multa condidit, ſepulchrum Davidis, pecuniæ avidus, ſubiit, ſed nullam reperit. Diſſidium in domo ſua, bello civili ſimile, inter Antipatrum, filios Mariamnes, & horum uxores expertus eſt. Trachonitas, ſterili agriculturæ addictos, & ideo, volante interim de morte Herodis rumore, rebelles, perdomuit. Principes latronum a Syllæo in Arabia Ræpte receptos, nec deditos, ex ſententia Saturnini & Volumnii, Syriæ præſidum, captâ Ræptâ, interfecit, ſed à Syllæo ad Cæſarem delatus, magnum in diſcrimen ſubiit, a quo tandem per Nicolaum Damaſcenum Hiſtoricum liberatus eſt. Huc ſpectat Herodis filiorum, ab Eurycle delatorum, in conſilio Berytenſi condemnatio & ſupplicium: Phariſæorum in deponendo fidelitatis erga Herodem juramento tergiverſatio: Antipatri majoris natu filii cum Pherora patruo contra Herodem conſpiratio: Pheroræ mors, & inſidiarum manifeſtatio: Herodis morbus, & antequam obiret, Antipatri filii trucidatio, quam lamenta principum, ſub pœna capitis Hierichuntem evocatorum, ſubſecuta eſt, ut ſubditi etiam nolentes lugerent. Poſt mortem ipſius, regnum in *Tetrarchias* diviſum eſt. Herodes *Antipas* & *Phi-*

Joſeph. l. 16. cap. 11. 12.

Idem l. d. c. 13. 14, 15, 16.

Joſeph. l. 17. c. 1, 2, 3. uſq. ad 10.

Joſeph. l. 17. a c. 11. ad finem.

Philippus singulas accepere: *Archelaus* binas. Exorta quidem mox contra istum seditio, Antipas etiam regnum affectavit, quia & Pseudalexander quidam extitit. Judæi quoque contra Sabium & Varum, Syriæ præsides, tumultum excitavere: sed omnia mala suis remediis mox cessere. Tandem Archelaus iterum accusatus, Viennam in Galliam relegatus est, & Judæa provincia Syriæ attributa. Post illa Antipas & Philippus fratres Cæsaream Philippi & Bethsaidem condidere. *Idem l. 18. c. 1.*

In CAPPADOCIA fuit adhuc *Archelaus* & intra hoc tempus cum Herode Judæorum Rege affinitatem junxit, generum per Glaphyram Alexandrum, Herodi patri insidiarum suspectum, reconciliavit, & eo à patre sublato, Nepotum diligentem curam gessit.

In PONTO fuit fortè *Mithridates*, Darii filius, fama obscurus. Soror ipsius *Dynamis*, à patre Julio Cæsari oblata, Asandro Bosphori præposito nupsit, qui *Ethnarchæ Bosphorani* titulo ab Augusto ornatus, eodem mox in Scribonium, qui se Mithridatis nepotem perhibebat, translato, adeò id ægre tulit, ut abstinentiâ cibi vitam sibi abrumperet. Scribonio, fraude cognita, ab incolis trucidato, *Polemon* Ponti, quæ est ad Cappadociam, Rex, ab Agrippa missus, subactis Bosphoranis, regnum cum Dynami, Augusto probante, accepit. *Dion. l. 54.*

In AFRICA paucissima occurrunt. Augustus Aegyptiis tributum ducenties centena millia modium frumenti imposuit. Cornelius Gallus, *AFRICANA* *Aurel. Victor.*

Gallus, Aegypto præpositus, Thebas diripuit, & pyramidibus, quas refecerat, nomen suum inscripsit: eo nomine delatus, quæsita morte supplicium antevertit.

ApudÆTHIOPAS *Candace* regina expeditionem in Ægyptum suscepit, & omnia ad Elephantinam urbem obvia depopulata est. Persecutus eam C. Petronius, in ipsam Æthiopiam penetravit, regiam Tanapen occupavit, ac propter æstum & arenam recedere coactus, Candacen ad pacis conditiones adegit.

Dio l. 54.

EVROPÆA

Magn. l. 4. Hist. Suecon. cap. 28.

Idem l. 5. c. 1. 2.

Ex EUROPÆIS hic iterum occurrit SVECIA, in qua tum post Alaricum regnabat *Ericus* f. Norvegiæ Regis frater, cognomento *Disertus*, cui successit in regno Gothorum *Godrichus* F, Suecorum verò *Haldanus*. *Ericus*, antequam regnum iniit, multa cum fratre Rellero, Rege Norvegiæ, contra Frothonem Danum egit, eo obtento, bellum illud pro eodem contra Norvegos suscepit, quod prælio (in quo universus ferè Erici exercitus cecidit; Norvegici verò Regni bona pars evacuata) victoriâ in Ericum delatâ, finitum est. *Haldanus* secundo genitus expeditionem in Rugianorum & Pomeranorum loca sumpsisse, illorum incolas devicisse, mox exercitu in tres partes diviso, *Svizerorum* gentem in Germaniâ, *Pictonum* in Scotia fundasse dicitur.

Dio l. 53.

Contra GERMANOS sub quatuor Ducibus, M. nempe Vinicio, Lollio, Druso & Tiberio actum est. M. Vinicium Germani ipsi invasere, quòd Romanos regionem commercii causa ingressos

greſſos obtruncaſſent, exc[i]vere. Ultus eſt injuriam, & triumphalem in Alpibus arcum promeruit. Sub Lollio à Sicambris, Uſipetis, & Tencteris turbatum. Poſtquam quoſdam Romano-
3934 rum in crucem egiſſent, Gallias Rheno ſuperato infeſtaſſent, Lollium ipſum vicere. Famâ advenientis Auguſti regreſſi, pacem, datis obſidibus, accepere. *Druſus* aliquoties in Germanos Dio l. 54.
[illegible] movit. *Primo* motu Rhætos, ex Tridentinis Dio. ibid.
Alpibus Italiam infeſtantes levi prælio fudit: Galliam dein urgentes, cum Tiberio diſſipatos, multis ſimul locis aggreſſus, ſubjugavit, & coloniam, quæ *Auguſta Vindelicorum* appellata eſt, eò deduxit. *Altero* in Uſipetarum & Sicambro-
[illegible] rum regionem transgreſſus, eam vaſtavit; Friſios, ſecundo Rheno in Oceanum devectus, ſubegit, & in Chaucorum fines progreſſus eſt. *Tertio* Rhenum transgreſſus, Uſipetas ſubjugavit, in Sicambros irrupit, & in Cheruſcorum regionem ad Viſurgim proceſſit. In loco anguſto cum toto exercitu concluſus, ſola hoſtium temeritate ereptus, & ad Lupiæ ac Eliſonis confluentes, ca-
[illegible] ſtellum exſtruxit. *Quarto* Cattos ſubegit, & poſtquam difficilibus præliis ad Suevos perveniſſet, Albim quoque ſuperare, ſed fruſtra, conatus eſt. In regreſſu, equo collapſus crus fregit, &
[illegible] ex fractura occubuit. *Tiberio* etiam aliquot expeditiones debentur. *Primâ* omnia inter Albim Dio l. 55.
& Rhenum in deditionem accepit, & nonagin-
[illegible] ta millibus ſedes ad Rhenum aſſignavit. *Alterâ* Velleius. l. 2.
ſubacti Caninefates, Bructeri, Attuari, Cheruſci, & Viſurgis mox Romanorum clade nobilis, tranſitus. Sentius Saturninus, in iis quæ minoris

erant

Vellej. ibid. erant diſcriminis, præfectus. *Tertiâ* Cauchorum natio recepta, ante Imperatoris procubuit tribunal, fracti Longobardi, & ad quadringenteſimum à Rheno ad Albim miliarium perductus exercitus. *Quartâ* Maroboduus, qui Marcomannos ſedibus ſuis exciverat, peti debebat, niſi interim inſolens longæ pacis bonis Pannonia deſciviſſet. Vellej. ibid. (*Rumpit, interdum moratur, propoſita hominum fortuna.*) *Quintâ* in Harminium Principem Dio l. 56. cæſi nimis ſecuri Vari (*nemo celerius opprimitur, quàm qui nil timet, & frequentiſſimum initium calamitatis ſecuritas*) trucidatarum legionum trium, totidemque alarum, & ſex cohortium, authorem, itum. Eâ Gallias confirmavit, exercitus diſpoſuit, præſidia munivit, & ultra Rhenum transgreſſus, Arminium terruit.

Apud SICAMBROS *Anthario*, in prælio contra Gallos occiſo, ſucceſſit * *Francus*, & post eum † *Clogio*. Francus parentis necem ulturus, Gothos mox, Saxoniam è Scandia ingreſſus, Saxonibus & Doringis adjutus, ita compeſcuit, ut ab eô tota Sicambrorum gens *Francorum* ſortiretur nomen. De *Clogione* nil occurrit. Apud BATAVOS fingitur fuiſſe *Carolus Silvius* (*Waldanus*, qui, quod cum Tiberio & Druſo avunculis Noricos & Suevos oppugnaſſet, Brabantiam ad usque Scaldim, Auguſti juſſu obtinuit. Putatur à Tacito *Cariovalda* vocari. Eum ſubſecutos nugantur *Alphenum*, qui cùm quendam inter divos dicacem condemnaſſet, ab ipſius neceſſariis in Comitiis confoſſus eſt: *Alfenum*, cognomento *Bellinum*, qui Caligulæ invidus hoſtis periit, & *Kynno Bellinum* filium calumniæ notatum

vercæ delatum Batavia repulit : *Brennum*, qui Germanis, Neroni rebellantibus, socia arma junxit, *Julium Paulum* & Claudium Civilem ex sorore sibi nepotes adversus Romanos misit, & cœtera, quæ tanquam fabulosa omisimus; Batavorū historia sub Carolo Calvo Imperatore redibit. In FRISIA quid actum sit, ex superioribus *Emmius l.3.* patuit. Ipsorum Historici ponunt in hæc tempo- *Hist. Fris.*
3709 ra *Diotarum*, belli quidem gnarum, pacis tamen studiosum.

In HISPANIA *terna* ab Augusto in Cantabros & Astures propter rebellionem *expeditio*
3911 *facta*. *Primæ* causa libertatis cupido. Augu- *Dio l.53.* stus ab hoste nec se dedere volente nec congredi auso infestatus, & in morbum lapsus, rem C. Antistio commisit. Antistius se contemnentes vicit, & propter milites emeritos, Augusta Emerita in Lusitania condita est. *Altera* ab eodem
3916 fonte exorta. Frumentum exercitui donare pollicitici. Cum ad adsportandum venissent milites, interfecti sunt. L. ergo Aemilius oppida incendit, agros vastavit, & rebelles compescuit. *Dio l. 54.*
3918 *Tertiam* crudelitas Carisii, & L. Furnii contemptus dedit, sed pari cum prioribus exitu. Cantabri cum de libertate desperassent, munitionibus incensis seipsos interfecerunt. Astures prælio victi, armis positis perdomiti sunt.

ITALICA in vita Augusti videantur.

In DANIA successit Fridlevo *Frotho III.* *Pontan. l. 1.* & multa tàm *bello* quàm *pace* gessit. *Bello*; Slavos *Hist. Dan.* enim Daniæ subjecit. Gothero Norvegiæ Rege *64.* victo, Rollerum ipsis imposuit. Affinem suum, Hunnorum Regem, Daniam infestantem, aliquot

quot expeditionibus cum Regibus ducentis & viginti attrivit. Regem Biarmelandiæ & Finnos per Arngrimum sub jugum traduxit. In Hiberniam denique & Britanniam arma transtulit. *Pace*; sanxit enim, ut belli tempore primipili prædæ partitione factâ, majore cætero milite portionem caperet, ducibus captivum aurum cederet, gregarius miles argento donaretur, arma ad pugiles redundarent, captiva navigia popularibus traderentur. Constituit, ne quis rem familiarem servis mandaret, duplum ex fisco regio amissorum precium recepturus. Fœminis arbitraria nubendi potestas concessa, in eum, qui furi ignovisset, furti pœna recidebat.

In ANGLIA seu BRITANNIA nihil occurrit, præter expeditionem Augusti, quam Britanni, missis obviam legatis, à se removere...

Apud SCOTOS successit * Edoc Evenus III. quem excepit † *Metellanus*. Evenus centum è nobilitate concubinis non contentus, legem, ut cuivis pro opibus uxores

Buchan. l. 1. Histor. alere liceret, Rex ante nuptias sponsarum nobilium, nobiles plebejarum pudicitiam delibarent, tulit. Inde ad luxuriam & avaritiam conversus, cum furibus, furandi cum iis inito commercio, omnia permisisset, captus & ad perpetuos carceres damnatus, in iisdem strangulatus est. *Metellano* imperante, pax domi & foris fuit, sed Eveni spurcissimæ leges abrogari non poterant.

VARIA. Plin. l. 19. cap. 8. Ex DOCTIS floruere sub Augusto *Antonius Musa*, qui Augustum lactuca in ægritudine conservavit, inde à populo statuam juxta signum Æsc-

Æsculapii, à Cæsare jus annulorum pro se & omnibus Medicis obtinuit, primus à balineis frigidâ multâ corpora adstringi instituit, & cum Marcellum aquæ frigidæ lotione curare vellet, & ita occidisse crederetur, eodem morbus genere a Liviâ peremptus est. *Euphorbus Musæ* frater, qui invento Euphorbio claruit, & à Juba Rege lex millia aureorum, ducentos & quinquaginta annua habuit. *M. Artorius* Medicus, qui somnio monitus, quâ nocte, quam dies insecutus est, quo in campis Philippicis Romani excercitus concurrêre, habuit Augustum, ne propter adversam valetudinem prælio non interesset, monitum, Bruti manibus substraxit. *Cornelius Celsus*, qui medendi præcepta tanta sermonis puritate scripsit, ut merito *Latinus Hippocrates* appelletur. Sequitur in multis Asclepiadem methodicum. *Æmilius Macer*, qui de herbarum virtutibus carmine elegiaco, ὀρνιθογονία & Nicandri exemplo de Theriaca scripsit. *Xenophon Cous*, cujus intercessione Coi tributorum immunitatem obtinuerunt. *Eudemus*, amicus Liviæ sororis Germanici, quâ cum adulterium commisisse memoratur. *Vectius Valens*, Medicus, qui adulterio Messalinæ Claudii uxoris fertur nobilitatus. *C. Asinius Pollio*, qui præcius Latinorum, gesta Græcorum latinè scripsit, & infestissimus famæ Ciceronis permansit. *Asinius Quadratus*, vir Italus, qui de rebus Germanicis accurate tractavit. *M. Vipsanius*, qui, quia in pedes processit, nascens *Agrippa* dictus est. Libros de vita sua scripsit, meliùs, ut in Augusto diximus, egregia gessit, & in tormentis adulteriorum conjugis, socerique Augusti prægravi

Sueton. in Augusto. Plin. l. 25. c. 7.

Plin. l. 25. c. 1

Dion l. 47. Valer. Max. l. 1. c. 7.

Tacit. Annal. l. 12.

Suidas. Seneca Suasoria sext. Agathias l. 1. Historiæ. Gellius l. 16. c. 16. Plin. l. 7. c. 8.

ſervitio fuiſſe augurium præpoſtere natalis æſti-
matur. *M. Valerius Meſſala* qui primus Augu-
Sueton. in Auguſto. ſtum *patrem patriæ* ſalutavit, primus urbis præ-
fectus fuit ſed paucis eam dignitatem diebus exer-
Seneca Controverſ. 12. cuit & ejuravit. Exactiſſimus in omnes ſtudio-
rum partes erat, Latini utique ſermonis diligen-
tiſſimus, biennio ante mortem, anno nempe æta-
tis LXX, omnium planè, etiam nominis proprii,
Plin. l. 7. c. 24. fuit oblitus. *Aruntius*, vir raræ frugalitatis, qui
Hiſtorias belli Punici ſcripſit, fuit Salluſtianus &
Seneca Ep. 114. in illud genus nitens. *Nicolaus Damaſcenus* hi-
Athen. l. 14. ſtoricus, in tantis apud Auguſtum deliciis, ut [illegible]
ximas phœnicobalanos *Nicolaos* vocaret. Scripſit
libros Hiſtoriarum centum & quadraginta qua-
tuor: *Titus Livius* hiſtoricus, eloquentiæ ac fi-
dei præclarus. Cn. Pompejum tantis laudibus ex-
Tacit. Annal. l. 4. tulit, ut eum *Pompejanum* Auguſtus appellaret;
neque id amicitiæ eorum offecit. Ad eum ex ul-
Hieronymus ad Paulin. timis Hiſpaniæ Galliarumque finibus quidam ve-
nere nobiles: ſic quos ad contemplationem ſui
Roma non traxerat, unius nominis fama perdu-
xit. *Trogus Pompejus*, cujus pater ſub Julio Cæſare
epiſtolarum, legationum & annuli curam habuit,
Scripſit Hiſtoriarum libros XLIV, quos Juſtinus
Voſſius de Hiſtor. Latin. l. 1 c. 19. in epitomen redegit. *L. Feneſtella* hiſtoriarum
& carminum ſcriptor, ſub cujus nomine liber de
Magiſtratibus perperam hodie circumfertur.
Sueton de illuſtrib. Grammat. *C. Julius Hyginus*, natione Hiſpanus, Auguſti li-
bertus, qui ſtudioſè & avide Cornelium Alexan-
drum, Grammaticum Græcum propter antiqui-
tatis peritiam *Polyhiſtorem* à multis ab aliis *Hi-*
ſtoriam vocatum, imitatus eſt. Ovidii Poetæ
familiariſſimus fuit, & pauper deceſſit. *Julius*
[illegible]

Marathus, Augusti libertus, qui staturam ejus quinque pedum & dodrantis fuisse tradidit, sed quæ commoditate & æqualitate membrorum occuleretur, ut non nisi ex comparatione adstantis alicujus procerioris intelligi posset. *Verrius Flaccus* Grammaticus, qui Cajũ & Luciũ Augusti nepotes, Romæ in Palatio docuit, & statuam Præneste in inferiore fori parte contra hemicyclũ, in quo fastos à se ordinatos, & marmoreo parieti incisos publicabat, obtinuit. *Masurius Sabinus*, vir equestris ordinis, qui & interpres legum fuit nulli secundus, & musicis semper vacavit. *Cornelius Severus*, versificator, quàm Poeta melior, qui Siculum bellum scripsit, & cujus puerilia opera & maximam indolem ostendunt, & mirabilem præcipuè in ætate illa recti generis voluntatem. *T. Cassius Severus* orator, qui scriptis suis procacibus illustres viros & fœminas proscidit, eaque re Augusto, ut de libellis famosis cognitionem susciperet, occasionem dedit. In summa inopia mortuus est, vix panno verenda contectus. *M. Porcius Latro* qui tanta memoria pollebat, ut omnes declamationes suas, quascunque dixerat, teneret, & omnium ducum acta cursu redderet. Cum se ad scribendum concitaverat, jungebantur dies noctibus: & sine intervallo gravius sibi instabat: nec desinebat, nisi defecerat. Rursus cum se dimiserat, in omnes lusus & in omnes jocos se resolvebat. Tædio febris quartanæ seipsum interfecit. *Parthenius* qui libellum περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων ex scriptoribus bene antiquis & deperditis conscripsit, eundemque Cornelio Gallo primo Ægypti præfecto dicavit. *Chæremon ex Ægypto*, qui philosophiæ & astronomiæ peritiam pro-

Sueton. in Octaviano.

Sueton. de illustr. Grammat.

Athen. l. 14. Dipnosoph.

Fabius l. 10.

Tacit. l. Annal.

Euseb. Chronic.

Seneca procem. l. 1. Controv.

fessus est: sed ob inscitiam & arrogantiam ludibrio fuit. Prodidit, Phœnicem septem annorum millia vivere. *Diodorus Siculus*, qui bibliothecam Historicam φράσει σαφεῖ τε καὶ ἀκμῇ conscripsit, in eaque concinnandâ triginta annos insumpsit. *Dionysius Halicarnassæus*, antiquitatum Romanarum accuratus scriptor. *Dionysius Atticus*, Apollodori Pergameni (à quo secta Apollodorea, Theodoreæ opposita) discipulus, Sophista bonus, & historicus, & orationum scriptor. *Dionysius Periegetes*, quem ad commentanda omnia in orientem præmisit Divus Augustus, iturum in Armeniam ad Parthicas Arabicasque res majori filio. Patria ei fuit Alexandria, oppidum Susianæ ad sinum Arabicum inter Tigrim & Eulæum fluvios. *Nestor Tarsensis*, qui Theatrica hypomnemata scripsit, & præceptor Marcelli ejus fuit, qui à Virgilio celebratur, & C. Marcelli ex Octavia Augusti sorore filius erat. *A. Cremutius Cordus*, qui historiam bellorum civilium & res Augusti condidit, inque eis Brutum & Cassium *ultimos Romanorum* dixit. Occultata illa primò, postea à Marcia Cremutii filia edita est. *Titus Labienus*, cui animus per vitia ingens, & ad similitudinem ingenii sui violentus, color orationis antiquæ, vigor novæ, libertas tanta, ut libertatis nomen excederet, ut, quia passim ordines hominesque laniabat, *Rabienus* vocaretur. Cum libri ejus ex SC. urerentur, in monumenta se majorum suorum ferri jussit, atque ita includi: veritus scilicet, ne ignis, qui nomini suo subjectus erat, corpori negaretur. *Ovidius, Horatius, Virgilius, Athenodorus, Thrasyllus Mathematicus, Acherius rhetor.* Inter

huc

Strabo l. 3.

Plin. l. 6. Hist. Nat. c. 27.

Sueton. in Tiberio.

Seneca præf. in l. 5. Controv.

3997 Hoc quoq; tempus Tiberis adeò inundavit, ut urbs triduo, mox septiduo navigabilis esset. Cetus marinus ex Oceano, sexaginta pedes longus, latus viginti*, prosiluit. Dio.

SACRA.

Apud JVDÆOS redit post Aristobulum Pontificatus ad Ananelum, quem successivè excepere Jesus Phabetis filius, qui mox in gratiam Simonis pontificatu motus est: Simon Boëthus, cui, quia socer, Pontificatus collatus est, ademptus, cum filia venefici suspecta rejiceretur: Mathias Theophili, genere Hierosolymitani, filius, qui mox de consilio dejectæ aquilæ aureæ supra majorem templi portam suspectus pontificatum amisit: & Jozarus, de quo nil singulare occurrit. Ibidem Judas Gaulanites, mota contra Romanos seditione, novam sectam eorum, qui neminem Dominum suum, quàm Deum agnoscerent, instituit. Samaritani templum clanculum ingressi, in ea olla humana sparserunt. Libri Prophetarum, curante Herode ab Essenis in Græcum sunt conversi, templum Hierosolymitanum ab eodem magnifice restauratum est. Et Thanaim, qui temporibus Esdræ exorti sunt, & quorum ultimi fuere Hillel & Schamai, Amoraim, sic dicti quòd sapientes sententias proferrent, successere. Generationes ipsorum septem numerantur, & ad quingentesimum post Christum annum durarunt. Interim natus est Hebronæ Zachariæ ob incredulitatem muto, & Elisabethæ effœtæ Johannes: sex verò post eum mensibus, Bethlehemi ex Maria virgine promissus ille Joseph. Lib. Antiq. cap. 13. Joseph. l. 17. Antiq. cap. 6. 8. Joseph. l. 18 Antiq. c. 1. Joseph. l. 18. Petitus Variar. lect. l. 4. c 9.

mundi Salvator, *Schilo*, & unctus Domini, CHRISTUS JESUS. Eo nato, Magi ab oriente cum muneribus, nova stella duce, advenere. Herodes verò à Magis se deceptum ratus, & regno suo metuens, infanticidium, fugâ in Ægyptum puerulo Jesu elapso, commisit. Tum & Oracula conticuere, statua in templo pacis erecta, quæ tam diu statura dicebatur, donec virgo pareret, concidit. Quantum ad ETHNICISMUM, Augustus aram primogenito Dei in Capitolio locavit: templum Quirini septuaginta sex columnis, unde omen vitæ tractum, exornavit. Herodes ad Panium in Augusti honorem templum erexit, & cum Judæi eo offenderentur, tertiam tributorum partem remisit. Agrippa *Pantheon* templum, jam Mariæ rotundæ, ædificavit. alia Romæ urbi delubra erecta sunt.

CAPUT II.
DE
TIBERIO.

Anni sunt 23. ab A. C. 14 ad 37.

TIberii imperium, quod per uxorium ambitum & senilem adoptionem obtinuit, Agrippæ, Augusti nepotis, cæde firmare voluit, *tribus classibus* includi potest. Earum *prima* to ad Tiberii secundum in Campaniam secessum continet: *altera* illa, quæ ad subversionem Sejani accidere, exequitur: *tertia* morte Tiberii concluditur. Utrobique, quæ vel *foris* vel *domi* gesta sunt, attendemus. Sub *prima* classe, si externa spectes, *seditio Pannonica, bellum Germanicum*, &

& *Numidicum turbæ Thracica* & *Gallica* occurrunt. *Seditio* à militie, [illegible] in singulos dies denarium, & post sex[illegible] annum dimissionem, ne veterani sub vexillo haberentur, petit, mota, in [illegible] & Druso frustra mitigata, languescente luna, dum sua facinora avertisset Deos lamentantur (*mobiles sunt ad superstitionem perculsæ semel mentes*) sopita est. *Bellum Germanicum* & *Numidicum* nec non *turbas Thracicas*, locis suis exponemus. In *Gallia*, duce Julio Floro inter Treveros, Julio Sacroviro apud Aeduos ob magnitudinem æris alieni tumultuatum est. Primi motus Anclecaverum & [illegible] ab Aviola, dissimulantibus defectionem primoribus, compressi sunt. Mox Julius Florus disjecta clientum ab Julio Inda manu, sua manu cecidit. Sacrovir commisso cum Silio ad Augustodunum prælio, victus vitam ferro expulit. *Domi* & in Italia multa obtigere. Tiberius scommate cujusdam motus, legatum ab Augusto populo Romano persolvit. Majestatis leges repetitæ, & acerbe in Falanium, quod inter cultores Augusti Cassium quendam mimum adscivisset, in Rubrium, quod perjurio Augusti nomen violasset, in Granium Marcellum, quod statuam Marcelli altius, quam Augusti collocasset, exercitæ sunt. Latum, occasionem dante theatri licentiâ, ne domos Pantomimorum senator introiret, ne egredientes in publicum equites Romani cingerent, ut spectantium immodestiam exsilio mulctandi potestas prætoribus esset. Actum frustra de subducendis Tiberi aquis, intercedentibus colonis. Mathematici & Magi Senatusconsulto Italia pulsi sunt. Clemens, Agrip-

Tacit. l. 1. Annal. à c. 16. ad 31.

Tacit. l. 3. Annal.

Dio l. 57.

Tacit. l. 1. c. 73. 74.

Idem c. 77.

c. 79.

c. 32.

Agrippæ servus, Agrippam se mentitus, res Romanas turbavit, sed dolo Sallustii captus, occisus est. Libidinis fœminarum coërcendæ ergò
c. 39. cautum, ne quæstum corpore faceret, cui avus
c. 85. aut pater, aut maritus Eques Romanus fuisset.
Joseph. l. 18. cap. 4. Cum fœmina primaria Romæ in sacris Isidis stuprata per fraudem fuisset, sacrifici cum inventrice scelerum in crucem Senatusconsulto acti sunt. Germanici, qui in Syria obiit, cineres
Tacitus l. 3. Agrippina Romam detulit, & Piso veneficii ineum commissi â pluribus accusatus, quæsitâ morte periit. Moderata Papia Poppæa, quam Augustus senior post Julias rogationes incitandis cælibum pœnis, & augendo ærario sanxerat: nec ideo conjugia & educationes liberûm frequentabantur, prævalidâ orbitate. Cum porticus maxima Romæ in alterum latus inclinasset, & ab architecto, miro machinarũ impulsu, in pristinum locum restituta fuisset, Tiberius invidiâ
Dio l. 57. motus, pecunia donatũ urbe ejecit, cumque rursus &
Tacit. l. 3. Annal. supplex factus vitreũ poculũ fractum subito refecisset, ejusdẽ jussu interfectus est. Agitatũ de luxu coërcẽdo, sed quia coërcitio plus damni in Remp. ferre, & indecorũ attrectare, quod non obtineretur, videbatur, omissa est. Asylorum jus, quo licentia & impunitas servorum & flagitiosorum hominum vulgabatur, compressum est. Tiberius Sejano statuam in theatro posuit, quam &
Dio. l. 57. Tacit. l. 4. Annal. multi coluerunt. Sejanus ad imperium adspirans, Druso per uxorem Liviam stupro cognitam insidiatus eundem veneno per Lygdum spadonem sustulit. Cum mortem Drusi inultam interfectoribus ac sine mœrore publico esse videret, ferox scelerum, Germanici liberos, quorum

non dubia, successio, callidis criminationibus circumvenire voluit, quibus cum nocere non posset, C. Silium repetundarum accusatum, Germanici amicum, subvertit. Liviæ nuptias am-
25 bivit, & repulsam à Tiberio passus, ut plus potestatis sibi apud eum acquireret, secessum in Campaniam ei persuasit. Id antequam fieret, servile bellum, incentore T. Curtisio, qui apud Tacit. l. 4 annal.
24 Brundusium ad libertatem vocabat agrestis per longinquos saltus & ferocia servitia, à Curtio Lupo Quæstore in herba oppressum est. Q. Serenius à filio majestatis falsò accusatus, à Tiberio ipsi infesto in Amorgum relegatus est. Delatoribus, generi hominum publico exitio reperto, præmia destinata. Cremutius Cordus novo crimine postulatus, quod C. Cassium ultimum Romanorum dixisset, vitâ abiit, libri manserunt. Ita *socordiam eorum irridere libeat, qui præsenti potentiâ credunt extingi posse etiam sequentis ævi memoriam. Altera* Tiberii gestorum *periodus* ab ejusdem Româ in Campaniam primò, mox in Capreas insulam secessu sumitur. *Illius prætextus*, templi Jovis apud Capuam dicatio, reverâ, ut sævitiam ac libidinem, cum factis promeret, locis occultaret. Occurrunt hic, si *Extranea* observes, *bellum Frisiacum*, de quo suo loco; si *domestica* & Italica, varia, pleraque cruenta. Periculum nempe Tiberius in spelunca subiit, in qua fidem suam cum testaretur Sejanus, major ex eo, & quamvis exitiosa suaderet, cum fide audiebatur. Amphitheatrum Fidenis quinquaginta millium strage corruit. Ignis violentia urbem ultra solitum adfecit, deusto monte

Ff 5 Cælio.

Cælio. Sejanus Titium Sabinum ob amicitiam *Plin. l. 8. cap. 40.* Germanici, per Latiarem ſeductum ſubvertit. Interfecti heri cadaveri canis miram fidelitatem *Dio l. 58.* exhibuit. Julia, neptis Auguſti, quæ ex Ovidii artibus amandi meretricias artes didiciſſe ferebatur, in Inſula Trimero obiit, illamque in urbe Livia Tiberii mater excepit. Teſtamentum *Sueton. in Tiberio.* Tiberius pro irrito habuit: Senatus autem arcum ei decrevit, & ut eam matronæ annum lugerent, *Xiphilin. in Tiberio.* cenſuit. Aſinius Gallus, quod liberiores in Senatu ſententias protuliſſet, humaniter primum à Tiberio exceptus, ejusdem juſſu ab epulis in vincula conjectus eſt. *Dio l. 58.* Tandem à Sejano quem eò dignationis provexerat, ut pari poteſtate ſecum eſſet, ſibi metuens, eundem cum liberis interfici, & in Gemonias ſcalas projici curavit. Ad *tertiam claſſem* bellum *Parthicum*, de quo ſuo loco, pertinet, nec non Pſeudo-Druſi fallacia à *Tacit. Annal. 6.* Poppæo Sabino detectæ: Amicorum Sejani pœnæ, quas Marcus Terentius conſtantia orationis effugit; Tiberii libidines, quibus ita exarſerat, ut pubem ingenuam ſtupris pollueret, & tunc primùm ſellariorum & ſpintriarum vocabula invenirentur. Ob gravitatem annonæ ſeditio quæ Senatusconſulto compreſſa eſt. Mors Druſi, filii Germanici, qui cum ſe mandendo è cubili tomento, in nonum diem ſuſtentaſſet, interiit; Agrippinæ, quæ virilibus curis vitia feminarum exuerat. Scauri, ob verſus Tragœdiæ qui in Tiberium flecti poterant; Vibuleni Agrippæ, qui in ipsâ curia deprompto è ſinu veneno mortem hauſit, Fulcinii Trionis, qui multa libertate in Tiberium & ejus libertos moriens invectus eſt. Ar-

Arruntii, qui venas, postquam futuram Caligulæ sævitiam prædixisset, resolvit, Sexti Papinii, qui repentinum & informem exitum delegit, jacto in præceps corpore, & Aventini cum parte circi deflagratio, ad gloriam à Tiberio versa. Tandem & ipse veterator in morbum incidit, cumque interclusâ animâ mortalitatem explevisse crederetur, mox tamen ad se rediret, Macro intrepidus, opprimi senem injectu multæ vestis jussit. Morte ejus ita lætatus est populus, ut pars Tiberium in Tiberim clamitarent: pars Terram matrem Deosque Manes orarent ne mortuo sedem ullam, nisi inter impios, darent. Tacit. Annal. l. 6.

37

CONTEMPORANEA.

Apud PARTHOS imperavere successivè *Vonones*, *Artabanus*, *Phraates* & *Tiridates*. *Vonones* Phrahatis liberorum vetustissimus, Rex à Romanis, petentibus Parthis missus est: sed cum diversus à majorum institutis esset, & subiisset pudor, petitum alio ex orbe Regem, hostium artibus infectum, excitus à Dahis *Artabanus* est. Hic Vononem victum in Armeniam ejecit. Inde à Cretico Silano, Syriæ præfecto, evocatus, Pompejopoli in Ciliciæ jussu Germanici amotus, cum fuga evadere in Armenias conatus esset, a Remmio Evocato quasi per iram interfectus est. *Artabanus*, fœdere cum Germanico facto, ejus metu fidus Romanis fuit: mox secundis elatus sævitiam in populares sumsit, Armeniæ Arsacem filium imposuit, simulque veteres Persarum ac Macedonum terminos se invasurum minitabatur. Romani itaque

16 Tacit. Annal. 2.

itaque Parthis, per secretos nuncios petentibus, *Phrahatem* Regem misere, cumque is apud Syriam, patriis moribus impar, morbo absumptus est, *Tiridates* sanguinis ejusdem substitutus est. Hic per Mithridatem Iberum, Pharasmanis fratris societate subnixum, Arsacen Armeniâ exuit, & Orodem Artabani filium, quem hic ultorem paraverat, profligavit, per Vitellium, metum Romani belli in Mesopotamia facientem, ita Artabanum terruit, ut is in Scythiam fugam maturaret, Tiridates regno potiretur. Successus, æmulatio procerum, & quod interiora cæterasque nationes non petivisset, evertit. Hinc mutati animi. Artabanus in regnum revocatus. Tiridates in Syriam reversus, pudore proditionis omnes exuit. Tiberius cum Artabano in medio Euphratis fœdus fecit, & filium Darium obsidem accepit.

Tacit. l. 6. Annal.

In JVDÆA Pilatus Hierosolymas signa militaria cum imaginibus depicta intulit, sed constantia Judæorum victus, qui mortem se potius subituros dicebant, eadem Cæsaream deportavit. Idem thesaurum templi ad deducendas per ducenta pedum stadia in urbem aquas sumsit, & populum se opponentem fustibus repulit. Samaritani ab impostore quodam persuasi, in montem Garizim confluxere, ut sacra vasa refossa, quæ illic Moses defodisset, viderent, à Pilato in fugam compulsi sunt. *Philippus*, Herodis Antipæ frater, obiit, ditio provinciæ Syriæ adjuncta. Vir erat quietis amantissimus. Iter facientem sella, in qua jus reddere solebat, insequebatur, si quis ex occursu opem invocaret, sellâ positâ, caussam cognoscebat. Antipas Philippi, Herodiadem fratris uxorem, repudiatâ Arabum Regis filiâ, in uxorem di-

Joseph. Antiq. l. 18. c. 6.
Joseph. Antiq. l. 18. c. 4.
Idem c. 5.
Idem c. 6.
Idem c. 7.

24 duxit. Hinc ortum inter eum & Aretam bellum, in quo Herodis exercitus internecione deletus, 31 Vitellii verò in auxilium tendentis expeditio, morte Tiberii interrupta est.

CAPPADOCIBUS adhuc præfuit *Archelaus*, & binos intra hoc tempus hostes expertus est. *Tiberium* nempe, qui eum, quod ipse Rhodi nullo officio coluisset, morti tradere voluit: & *Clitarum* nationem, quæ, quod Romanum in modum deferre census adigeretur, in Tauri montis juga secesserat, & a Vitellio subacta est. Mortuo eo regnum in provinciam redactum est, ut centesima rerum venalium vectigal ejus fructibus levaretur. De eo imposterum separatim tacebimus. Tacit. Annal. l. 6.

In PONTO *Polemon*, dum per insidias & amicitiæ simulationem Aspungitanos opprimere conatur, prælio vincitur & in fuga trucidatur. Successit ipsi *Polemon II.*

In ÆGYPTO nil ferè actum. Germanicus eam cognoscendæ antiquitatis ingressus, pretia 19 frugum, apertis horreis, levavit, ac Thebarum magna vestigia, Memnonis saxeam effigiem, ubi radiis solis icta est, vocalem sonum reddentem, &c. frendente interim Tiberio, contemplatus est. Ibidem Phœnix avis conspecta dicitur. AFRICANA Tacit. l. 2. Tacit. l. 6

In NUMIDIA contra *Tacfarinatem* desertorem a Romanis sub *quatuor Ducibus* bellatum est. *Furius Camillus*, auxiliis Mezippæ subnixum, spe victoriæ induxit, ut vinceretur. *Decrius* cum cohorte Romana circumsessus, ignavia militis interiit. *Apronius*, exercitu e vetere memoria in militem severitate, eundem ad Thalam fudit, bellumque pertinacem in deserta pepulit. *Junius Blæsus* sedem sibi postulanti & per globos incursanti, Tacit. l. 2 Tacit. l. 3

cel-

certa & intensa cuncta fecit, & fratrem ejus ... Tacit. l. 4. *Dolabella* subsidiis Maurorum auctum ad ... castellum, loco situm, quia vastis saltibus ... debatur, cito agmine oppressit.

EVROPÆA Magn. l. 5. cap. 4. 5. SVECIS imperavit *Haldanus*, qui à Norvegiis bello petitus, Rutenorum principem in auxilium vocavit, ejusdemque operâ illos oppressit.

Tacit. l. 1. Annal. In GERMANIA quædam *sub Germanico*, quædam *sub Druso* gesta sunt. *Germanici* primò seditio militum, audito fine Augusti, exercitum quam fictis literis, quasi à Tiberio legata mitterentur, dimissâ ad Treveros cum filio uxore & festinatâ missione extinxit. Hinc in Marsos ... & temulenti oppressi sunt, par Tubantes, & Usipetes fortuna mansit. Cæsi, dissidentibus in Armenium & Segestem Germanis, & Cattis accensum Mattium est. Fusi per Stertinium Bructeri, quantumque Amisiam & Lupiam amnes inter jacet, vastatum. Intulit & Arminius Cæcinæ in longis pontibus cladem, sed quæ sequenti die Tacit. l. 2. fortuna compensata est. Tandem & Arminius acie victus, sed victoriam ingens in Oceano damnum corrupit, quod tamen expeditio in Cattos & Marsos levavit. Sub *Druso* Arminius & Maroboduus arma in se vertere, iste in Marcomannos rejectus est. Catualda Maroboduum ad Cæsarem transfugere coëgit. Ipse Hermunduris ... bus pulsus eundem casum expertus est. Arminius regnum adfectans, & ideo armis petitus, cum varia fortunâ certaret, dolo propinquorum ... dit. Ibidem condita est Ratisbona. SICAMBRIS fuit post Cl... nem *Herimerus*, cui ... pto *Marcomirus* frater successit.

28 FRISII pacem, quod Romani urorum pelles pro boum exigerent, exuere, & L. Apronius parum prosper cum ipsis pugnavit.

In HISPANIA Piso prætor ab Hispano quodam ex insidiis trucidatus est: is captus tam constanter tormenta tulit, ut neminem conscium proderet. *Tacit. l. 4.*

In DANIA mortui Frothonis cadaver sale conditum, & per compita circumgestatum est. Excepit eum *Hiarnus Scald* dictus, quod versibus famam Frothonis celebrasset: sed cum *Fridlevus* Frothonis filius, falsò obiisse memoratus, rediisset, duello ab eodem sublatus est. *Pontan. l. 1. Hist. Danic.*

In ANGLIA nihil occurrit.

In SCOTIA successit Metellano *Caratacus*, qui Æbudas à morte proximi Regis tumultuantes non sine labore compescuit.

In THRACIA *Rhescuporis* & *Cotys* fratres periere. Cotyn Rescuporis, sorte sibi ab Augusto assignata non contentus, fictâ modestia in colloquium pellectum, inter sacra mensæ catenis oneravit, & interfecit. Rescuporis præsidia Romana aggressus, à Tiberio damnatus, Alexandriæ interfectus est.

Ex *viris claris* contemporanei Tiberio fuere *Strabo* Amasiensis, Aristodemi Aristarchi filii, & Tyrannionis auditor, qui Italia, Ægypto & Æthiopia perlustratis, Geographiam conscripsit, & Stoicorum dogma secutus est. *Casaub. in Comment. ad Strabon.* *Theodorus Gadareus*, Tiberii præceptor, qui eum πηλὸν αἵματι πεφυραμένον in objurgando appellabat. *Seleucus Grammaticus*, quem Tiberius cum comperisset à ministris suis perquirere, quos quoque tempore tracta- *Sueton. in Tiberio.* *Sueton. ibid.*

tractaret auctores, atque ita præparatum ... primùm à contubernio removit, deinde etiam ad mortem compulit. *M. Pomponius* ... sermonis latini exactor molestissimus, qui in advocatione quadam solœcismum ab adversario factum usque adeò arguere perseveravit, quoad Cassius interpellatis judicibus dilationem petiit, ut litigator suus alium Grammaticum adhiberet, quando non putat is cum adversario de jure ... sed de solœcismo controversiam futuram. *Pomponius Mela*, qui nobis Geographiam reliquit. *C. Coccejus Nerva*, continuus principis, ... divini humanique juris sciens, qui quanto ... mala Reipub. viseret, ira & metu, dum ... dum intentatus, honestum finem voluit. ...*dius*, non *Modestus*, qui legisse se affirmabat ... morem esse Dacorum, ut eum ad bella proficiscerentur, non prius rem capesserent, quam ... certum modum haurientes ore in modum ... vini jurarent, non se ad patriæ sedes regressuros, nisi hostibus cæsis; sed *Bassus*, qui de bello Germanico scripsit, & universæ Armeniæ magnitudinem quinquagies centena millia prodidit. *Velleius Paterculus*, qui in sui ævi rebus nimis Augustæ domui & Sejano adulatur, & à Messalina ... ctus est, quod caput cum ea collimare ... *Valerius Maximus*, dictorum factorumque memorabilium scriptor, qui styli sequioris, & sententias nimium affectans. *Brutidius Niger* ... honestis copiosus, & si rectum iter perrexisset, ad clarissima quæque iturus, nisi festinatione ... metipse spes antetire parasset. *Cornelius* ..., qui Scaurum Mamercum, in quo ...

Sueton. de clar. Grammat.

Tacit. l. 6. Annal.

Phylargyr. ad l. 2. Georgic.

Plin. H.N. l. 6. c. 9.

Tacit. l. 3. Annal.

M. Seneca Suasor. 2.

familia exſtincta eſt, majeſtatis reum fecit, homo quam improbi animi, tam infelicis ingenii. *Alabarus Damaſcenus*, Aſtrologus qui telam nivei coloris in Johannis Baptiſtæ decollati cruore tinctam, quæ oracula reddiderit, guttas ſanguineas & recentes exſudando, quoties aliquid portenderetur, aſſervabat, ſi Muſulmannis credimus. Intra hoc etiam tempus, pars murorum urbis Romanæ terræ motu everſa eſt. Continuis auctus Tiberis imbribus, plana urbis ſtagnavit, relabentum ædificiorum & hominum ſtrages ſecuta eſt. Nocturno motu terræ duodecim Aſiæ urbes collapſæ neque ſolitum in tali caſu effugium ſubveniebat in aperta prorumpendi, quia diductis terris hauriebantur. *Herm. Delmeta de Religione Mahometan.* *Tacit. l. 1. Annal.* *Tacit. l. 2. Annal.*

Sacra.

Apud JUDÆOS fuere Pontifices ſucceſſivè *Eleazarus*, *Jeſus* Siæ filius, quos Archelaus conſtituit; *Ananus* Sethi, quem Quirinius ſubrogavit, *Iſmael*, *Eleazarus* Anani filius, *Simon* Camithi, & *Joſephus Cajaphas*, quos Valerius Gratus Judææ præſes ordinavit; *Jonathan* denique Ananæ filius, quem Vitellius ſubſtituit. Hic eſt ille Vitellius, qui ſtolam Pontificiam, cujus cuſtodiam Herodes, poſtquam turrim Anconitanam exædificaſſet, ſibi arrogarat, ſacerdotibus cuſtodiendam tradidit. Tum etiam Judæi Româ & Italiâ, quod pecuniam à proſelytis datam, Hieroſolymam mittendam, in ſuos uſus vertiſſent, pulſi ſunt. Synedriales à Hieroſolymis in Jabne urbem, ducentis quadraginta ſtadiis inde diſtan- *Joſeph. l. 18.* *Joſeph. l. 18. c. 4.*

tem, migravere. Samuel orationem hæreticorum ordinavit. Templi portæ sua sponte sunt apertæ, quas Raban Johannes increpavit: & R. Zadok, qui totis XL annis tabe laboravit, cruciari cœpit. Interim occisus est ab Herode Johannes Baptista. Christus munus suum Propheticum aggressus, quadriennio illud (vide Evangelistarum scripta) absolvit, quinto à Juda proditus, à Pilato & summis Pontificibus condemnatus, crucifixus & mortuus est. Postquam à mortuis resurrexisset, Apostolis Evangelium toti mundo prædicandum commisit, & cœlum ingressus, Spiritu Sancto die Pentecostes demisso, eos animavit. Sic intergerinus paries disruptus est, Ecclesia V. Testamenti finem accepit, *Ecclesiæ N. T. prima periodus*, quæ ad Constantinum M. duravit, exorta est, ejusdemque initia piorum persecutione, Stephani cæde, & Pauli persecutoris * conversione notabilitata sunt: frendentibus interim, & gentes à susceptione Passionis Dominicæ, missis in Æthiopiam & occidentalem plagam literis, abducentibus Judæis.

Hieronymus in Esaiam ex Eusebio.

CAPUT III.
DE
CALIGULA.

Anni sunt 3. ab anno 37. ad annum 41.

CAjus Caligula à castrensi calceamento dictus, Germanici ex Agrippina Augusti neptis filius erat. Sub Tiberio ita se gessit, ut eo nec servum meliorem ullum, nec deteriorem dominum fuisse diceret. In *principio imperii* ita, ut dominum ... cœli-

Tacit. l. 6. Annal. Sueton. in Caligula.

restitueret, delatos criminationes rejiceret, magistratibus jurisdictionem sine appellatione relinqueret, incendiorum damna suppleret, & cujusdam libertinæ in herum fidelitatem octoginta H. S remuneraretur. In progressu eum se exhibuit, ut monstrum, non Princeps, fuisse videatur. *(Hunc edidit natura, ut ostenderet, quid summa*
37 *vitia in summa fortuna possunt.)* Sanè primo statim anno Histriones & Pantomimos restituit, & ex eorum consilio multa egit. Silanum senatus principem mori coegit, & omnes sorores suas vi-
39 tiavit. Tum senatum in suum & sororum nomen jurare voluit, multos, præcisâ iis prius linguâ, belluis objecit. Ut duos aquæductus perficeret, multos divitiis claros occidit, & illorum bona in fiscum redegit. Nepotinis sumptibus vicies ac septies millies sestertium, hoc est ultra centum millionos non toto anno vertente absumsit. Gallis Græcisque aliquot uno tempore occisis, Gallogræciam se subegisse gloriatus est. Ita unumquemque ferire jussit, ut mori se sentiret. In palatio matronas nobiles publicæ libidini subjecit. Cum spectaculis minus frequens populus adesset,
40 ut cervicem unam haberet, optavit. Cæterùm ut omninò quicquam memorabile fecisse videretur, Bajanum sinum trium millium & sexcentorum ferè passuum ponte conjunxit, in Gallias transivit, & dato pugnæ signo, conchas legere milites imperavit. Redux pro Deo se adorari voluit. Cum Luna se congredi finxit, & quos volebat, occidit. Cassius itaque Chærea & Sabinus Tribuni, Alexandriam, occisis selectissimis, meditantem, cum uxore Cæsonia, interfecere. Regnavit triennio & decem mensibus. Dio l. 59.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA Apud PARTHOS nihil occurrit. Nec in JVDÆA quicquam, præter Agrippæ, a Tiberio *Joseph. l. 18. c. 8. & 9.* in carcerem conjecti, per Caligulam liberatio, & collatum eidem Tetrarchæ, cum dono catenæ aureæ, ejus quo ferrea fuit ponderis, fastigium, Herodiadis sororis & Antipæ invidiam, ejusdemque in Gallia, quod cum Artabano Parthorum amicitiam colere, & instructissimum pro LXX... militum armamentarium habere diceretur, exilium, cui se Herodias adjunxit.

Dio l. 59. In PONTO fuit *Polemon II*, & confirmatus est à Caligula in regno.

In SYRIA collocarunt sedes ad aquam, *Gassan* dictam, Arabes ex Ardensium familia *Yaman* propter diluvium migrare coacti, pulsisque Arabibus *Aldijamiis* dictis, Salchensibus, regibusque eorum occisis, regnum ducta *Jafna* erexerunt, quod per DC annos in XXXVII successoribus duravit. Ex quibus *Jafna* F. Amri Arabes Codaenses & in Damasceno Græcos sibi subjecit. Aretas fortè, *Hamrus* multa in Syria monasteria erexit. *Alhareth* F. Jabalæ in urbe Balka mirabiles aquæ ductus construxit. *Jafna Alasgar* Hiram incendit. De reliquis, ad *Jabalem* Aljami F. qui sub Omare Calipha Mohammedi nomen dedit, at Constantinopolim cum venisset, Christianum se professus est, nihil occurrit.

AFRICANA De AFRICA quoque nihil habeo, quod dicam, præter Ptolæmei mortem, quam ipsi Caligula, quod Romam evocatus cœnanti sibi im- *Sueton. in Caligula.*

par-

purpurea veste comparuisset & omnium oculos *Athen.l.6.*
in se convertisset, per percussorem intulit. Scripsit commentaria de rebus Libycis.

Sed nec in EUROPÆIS quicquam occurrit, præterquam in DANIA, cui præfuit *Fridlevus II.* qui Amundum Norvegiæ Regem, filiæ nuptias negantem, superavit, & Forgertham in matrimonium accepit. Subsecuti sunt eum ad Theodosii junioris tempora *Frotho IV*, cognomento *Beneficus*, qui Suertingum & Hannevum Saxones rebelles acie superavit, & unicuique ex ipsorum subditis pendendi pro capite nummi mulctam imposuit. *Ingellus*, qui primò væcors, mox Stercotheri monitu alacris, cædem patris Frothonis, obtruncatis inter mensæ sacra Suerthingi filiis, abundè ultus est. *Olavus*, qui moriturus filios æquali potestate agere voluit, ita ut alter terris, alter mari annua vicissitudine præesset. *Frotho V*, qui fratrem Haraldum invidiâ motus interfecit, ipse in specu fumo strangulatus est. *Haldanus II.* qui regno fratri Haraldo relicto, egregias res in Succia, mari, & Norvegia gessit. *Ungninus*, *Sivaldus I*, de quibus nihil singulare occurrit. *Sigarus*, cujus filius Alphus Alvildam, Gothorum Regis filiam piraticam exercentem, in potestatem redactam sibi conjugio junxit, quique à Haquino, Hageberti ob stuprum Sigani filiæ illatum laqueo necati fratre, occisus est. *Sivaldus II*, qui in prælio, quo Haquinum parricidam petiit, occubuit. Regni gubernacula, quia sola Juritha regiæ stirpis supererat, proceribus demandata sunt. *Haldanus III*, qui Juritham in uxorem

EUROPÆA
Pontanus in Histor. Danica.

 duxit,

duxit, & in prælio adversus Sialandos occubuit. *Haraldus II*, cognomento *Haldtan*, quod alterum dentium ordinem depressiorem haberet, qui Daniam à quinque viris distractam in pristinum statum redegit, expeditionem contra Ringonem nepotem, quem Sueciæ præfecerat, tanto apparatu suscepit, ut totum illud fretum, quod est intra Selandiam & Scaniam, Oresunde dictum, navibus tanquam ponte tegeret; inque ea occubuit. *Olo*, cognomento *Vegetus*, qui ea obtutus acie fuit, ut fortissimum quemque terreret, & septuaginta piratas navalibus prælijs sustulit. *Ormundus*, qui Ringonem, filiam sibi negantem, occidit; Rusilam Norvegum Daniæ incubantem in interiora Norvegiæ rejecit, & septem Slavorum regulos uno certamine interfecit. Eo regnante sublatus est *Stercotherus*, cujus dens duodecim pollicum magnitudine ostenditur.

*SACRA.

Quantum ad Ecclesiam N. T. pertinent, huc, quæ de Petro & Paulo in Actis Apostolorum à capite nono ad decimum quartum dicuntur. *Christianorum* nomen Antiochiæ exortum est. Matthæus omnium Evangelistarum primus Evangelium Hebraice scripsit, quod in Græcum sermonem à Luca, vel alio aliquo sancto viro conversum est. Apud JVDÆOS removit Jonathanem Pontificatu, eidemque *Theophilum* fratrem substituit Vitellius. Flaccus Avilus Synagogas eorundem imaginibus & statuis replevit, nec has injurias Philonis ad Cæsarem legatio

Euseb. Hist. l. 5. c. 10.

Joseph. l. 18. c. 7. 9. 10. 11.

(nihil enim responsi, adverſante sibi Appione, accepit) inhibere potuit Caligula statuam ſuam in templo Hieroſolymitano etiam per vim collocari à Petronio voluit, cum ſeditionis metu, & deprecatione Judæorum cunctaretur, mortem ipſi indixit. ROMÆ Caligula templum ſibi ædificavit, tum ſe Dialem appellans, Cæſoniam uxorem, Claudium aliosque ſacerdotes fecit: ipſe etiam ſibi ſacerdos fuit, & equum ſuum Incitatum collegam ſibi adſcivit. Offerebantur aves delicatæ & magni pretii.

Caput IV.
DE
TIB. CLAUDIO DRUSO.

Anni ſunt 13. ab anno 41. ad 54.

OCciſo Caligula, Senatus, occupato cum cohortibus Romanis foro & Capitolio, communem libertatem aſſerere volebat: ſed Gratus, militum è cohortibus palatium inſidentibus unus, Claudium trepidantem protraxit, eidemq; imperium aſſeruit. Quæ ſub illo accidere, ad tempora, quæ *cenſum anteceſſere*, & quæ *illum ſubſecuta ſunt*, alligari poſſunt: & in illa, quæ *vel Romæ* & in Italia, vel *extra* eam acta ſunt, diſpeſcuntur. *Ante cenſum*, ſi *domeſtica* ſpectes, ſupplicium de Chærea & Lupo Caligulæ interfectoribus ſumtum; quibus ſpontè Sabinus acceſſit. Acta Caji reſciſſa ſunt, authoritas Magiſtratuum ſtabilita, de mancipiis tædio medendi expoſitis ſtatutum, ut liberi declararentur. Equeſtris militia ordinata, fines Romano imperio dati, Dio l. 60. Tacit. l. 11. Annal.

 dati,

dati. Fami grassanti sollicite provisum est, & ideo Ostiensis portus constructus, ac Fucinus lacus in Tiberim immissus est. Silanus & Vinianus accusante Messalinâ, cujus congressum recusavere, interfecti: ideò ad Camillum Scribonianum imperium delatum, conjuratione facta, quæ tamen statim oppressa est. Tum etiam statuis modus præscriptus & Saturnalibus quintus dies additus est. Asinius Pollio frustrà Claudio insidias
Tacit. l. 11. struxit. Cum, crescentibus delatoribus, lex Cincia, qua cavetur antiquitus, ne quis ob causam orandam pecuniam acciperet, peteretur, usque ad dena sestertia modus positus est. Valerius denique Asiaticus, confícto Poppææ adulterio, Suilii & Messalinæ artibus occubuit. Inter externa occurrit *bellum Britannicum* & *Germanicum*, de quibus suo loco. Civitas Gallis Comatis ob jus fraternitatis data: Insula, quæ in Aegeo mari inter Theram & Therameneim, triginta stadiorum unicâ nocte emersit: Ipse etiam census, in quo 6844000. Romanorum Civium numerata sunt. Ad *tempora censum sequentia*
a. cap. 1. ad 8.

C. 25. 26. 27. 28. 29. pertinent *Nuptiæ*, quas Messalina cum Silio, Romanorum pulcherrimo, in absentia Claudii celebravit. Earundem per pellices instinctu Narcissi ad Claudium delatio, & supplicium, quod à Messalina & adulteris sumptum est: *Leges*, quibus & theatralis licentia, & sævitia fœneratorum coërcita est: Novarum literarum formæ post obliteratæ, quas Claudius addidit & vulgavit; Haruspicum collegium, cujus disciplina per desidiam exolescens, firmata: Matrimonium Claudii cum Agrippina fratris filia, Brem-

Tacit. l. 12. Annal.

47 tusconsulto comprobatum: Neronis Agrippinæ *Tacit. l. 12. Annal.*
50 filii à Claudio instinctu Pallantis adoptio, ejusdemque virilis toga: Veniæ exsilii, simul & Præturæ pro Seneca per Agrippinam impetratio: Pomœriorum urbis à Cæsare more prisco
† 50 prolatio: Aquæductuum †. Consummatio, in quos quingenties quinquagies sestertium erogata *Tacit. l. 12.*
* sunt: *Fames*, quæ * populum in tantum furorem egit, ut Claudium in medio foro fragminibus panis turpissimè infestaret: Decretum de Mathematicis Italiâ pellendis, & pœna fœminarum, quæ servis conjungerentur: Naumachia, † quam in Fucino lacu Claudius exhibuit. Inter externa sunt quædam *Germanica*, *Britannica*, & *Parthica*, de quibus in suis historiis. Tum etiam Colonia in Ubios veteranorum militum ab Agrippina ducta est: Nero Iliensibus & Rhodiis libertatem impetravit: Byzantinis tributa in quinquennium remissa sunt: Cois, ut omni tributo vacui, in posterum sacram & tantum Dei ministram insulam colerent, datum. Hæc omnia mors Claudii insecuta est, quam prodigia prædixere, Agrippina per *Locustam*, infuso delectabili boletorum cibo veneno, approperavit. *Annal. c. 43.*

51 *c. 52. 53.*

† 52 *C. 56.*

Tacit. l. 12. Annal.

Contemporanea.

Apud PARTHOS vehementer intra hoc tempus tumultuatum est, & fuerunt ibi Reges *Gotarzes*, *Bardanes*, *Meherdates*, *Vonones* & *Vologeses*. *Gotarzes* fratri Artabano præparata nece regnum rapuit. *Bardanes* à Parthis accitus ignarum proturbavit quidem, sed obsidione Seleuciæ *ASIATICA*

47

implicatus, victo ſpatium reſpirandi, & Mithridati Armeniam occupandi dedit, nec quicquam ictum, conceſſo Bardani regno, fœdus profuit. Nam Gotarzes à nobilitate revocatus, ad Erindem amnem victus eſt. Bardanes, amoris inter populares aſpernans, in venatione occubuit. Itum dein in *Meherdatem*: ſed & is, nudato Ezatis Adiabenorum & Abbari Edeſſenorum Regis auxiliis C. Caſſio, in manus Gotarzis devenit. *Vonones*, Gotarze extincto, brevi & inglorio vitæ functus eſt imperio. *Vologeſes* cum Armeniam à Rhadamiſto Pharaſmanis Iberiæ Regis filio occupari videret, Tiridatem quidem fratrem in illam, ſpontè jugum accipientem, deduxit: ſed quum parum proviſi commeatus habebat, omittere præſentia coactus eſt. *Rhadamiſtus*, redux ab Armeniis, obſeſſus vix equorum pernicitate elapſus eſt.

Joſeph. l. 19. c. 4. 5. In JUDÆA Agrippa Rex Hieroſolymitana & Samaritana provinciis, nec non principatu Lyſaniæ auctus eſt. Idem Aſiaticis Judæis ubique vivendi jus obtinuit. Catenam à Caligula donatam in templo dedicavit, & cum Cæſareæ ludos exhiberet, reſoluto in vermes corpore interiit.

Joſeph. l. 20. c. 3 Succeſſit ipſi filius *Agrippa*, qui omnia patris præter Judæam retinuit, & Chalcide poſt * mortem

Joſeph. l. 20. c. 5. Herodis patrui auctus eſt. Cui paulò poſt tetrarchia

Joſeph. l. 20. c. 2. chia Philippi & Batanæa, cum Trachonitide & Abyla, acceſſere. Ibidem interim Theudas præſtigiator Judæos per Jordanem ſicco pede traducere, cum ſummo ipſorum damno, voluit. Mi-

Joſeph. l. 20. c. 4. lites Cumani, cum in porticibus templi ſtationem obirent, nudatis à quodam genitalibus, tumul-

tum,

tum, in quo XXM obtrita sunt, excitavere. Inter Judæos & Samaritanos æmulatione præsidum, Felicis & Cumani, seditio exorta, quâ co-
52 gnitâ, Judæi absoluti, Cumanus in exilium pulsus est.

In PONTO adhuc fuit *Polemon II.*

De AFRICA nihil plane obvenit. *AFRICANA*

In SVECIA nihil occurrit. *EVROPÆA*

In GERMANIA de *Cheruscis*, *Chaucis*, *Frisiis*, *Cattis*, & *Suevis* nonnulla dicenda sunt. *Che-*
46 *ruscis* petentibus Rex Italus datus est, quem cum primò læti, utpote nullis discordiis imbutum, excepissent, mox Romæ natum execrarent, bellum exortum, & variâ fortunâ gestum est. *Chauci*, Duce Ganasco Caninefate, Germaniam inferio- *Tacit. l. 11. c. 16. 17.*
47 rem incursavere. Corbulo provinciam ingressus, exturbavit, & milites veterem ad morem reduxit, Ganascum cæcidit, & ingentem fossam trium & viginti millium longitudine inter Mosam & Rhenum, qua incerta Oceani vetarentur, duxit. *Frisii*, datis obsidibus, apud agros descriptos consedere, quibus etiam, ne fidem exuerent, præsidium immunitum est. *Cattos* latrocinia agitantes Pomponius ita compescuit, ut obsides darent. *Suevi* Vannium Regem, à Druso impositum, pepulere: regnum Vangio ac Sido inter se partiti. Vannius acceptis agris in Pannonia locatus est. *Tacit. l. 12. An. c. 28. 29.*

Apud SICAMBROS successit Marcomiro
52 *Antenor*. De FRISIIS supra dictum est. Recentiores ipsorum Historici *Dibbaldū* quendam collocant, castra Claudii secutum. Ab eo ad Ubbonem, qui in Philippi tempora incidit, ponunt *Tabonem*, qui Domitiano contra Cattos auxilio fuit. *Ubbo Emmius l. 3. Hist. Fris.*

fuit. *Asconem*, sub cujus principatu & ignis se denuo è voragine effudit, quem Stavum idolum, *portentum esse olim secuturi diluvii* mentitum est. & e puteo quodam magna vis aquarum fallaturum per planiciem prorupit. eique malo averruncando infantium sanguine idolo parentatum est *Adelboldum*, qui per fratrem Bojacalum Vandalos & Gothos ad Amasum vicit. *Titum* denique *Bojecalum*, cujus tempore tertio è terra ignes eruperunt, & ex Stavi Oraculo Dæmones placati sunt.

De HISPANIA tacemus.

Dio l. 60. Cum BRITANNIS sub tribus Ducibus, *Aulo* nempe *Plautio*, *P. Ostorio* & *A. Didio* certatum est. *Plautius*, trajecto exercitu, Caratacum & Togodumnum Cynobellini filios vicit, & partem Bodunnorum in fidem accepit. Per Vespasianum & C. Sidium Getam trans Tamesin expulit, & Claudio accersito, ut finem bello imponeret, Camalodunum regiam cepit. *P. Ostorius* Icenos arma tradere nolentes, suis claustris impeditos turbavit; Cangos vastavit; Brigantes compescuit; Silures deductâ Camalodunum Coloniâ pressit, & Caractacum victum in deditionem accepit, Romamque misit. *A. Didius* Caractaci miseratione acriores, & sæpè minus intenta apud Romanos, quasi debellatum foret, militiâ, vastatores contudit, & Cartismanduum reginam defendit.

Tacit. l. 12. Annal.

Buchan. in Hist. Scotica. In SCOTIA excepit Caractacum *Corbredus*, qui insulanos novos motus cientes attrivit, & latrones in plebem grassantes extinxit.

Apud THRACES nihil occurrit præterquam quòd Rhæmetalces, Coryi liberorum tutelâ

tuſtiſſimus totam ditionem acceperit. Hiſtoriæ ipſorum finem hic imponemus.

Ex CLARIS viris fuere *APPION* Alexandrinus, *περιεργοτατος γραμματικῶν*, *Cymbalum mundi* à Tiberio dictus, cum tympanum publicæ famæ potius videri poſſet, qui Judæos alium caput in templo Hieroſolymitano colere, quotannis hominem Græcum ſaginatum ſacrificare, & ex ejus viſceribus deguſtare, fabulatus eſt & putrefactis genitalibus exſpiravit. *PHILON Judæus* Platonis tantus imitator, ut aut PLATO *φιλωνίζειν*, aut Philo *πλατωνίζειν* crederetur. Putatur cum Petro Apoſtolo amicitiam contraxiſſe. *Domitius Afer*, Nemauſenſis Rhetor, qui NERONE regnante, cum cibum avidius deglutiret, ſuffocatus eſt. *Remmius Palæmon Vicentinus*, primò textrinum, mox ſcholam ſecutus, qui tantæ fuit arrogantiæ, ut M. Varronem *porcum* appellaret, *ſecum & natas & morituras literas* jactaret: luxuriæ adeò indulſit ut ſæpius in die lavaretur. *Q. Curtius Rufus*, Hiſtoriæ Alexandri ſcriptor: Cujus natalium dedecus Tiberius hiſce verbis velavit: *Curtius Rufus videtur mihi ex ſe natus*: quique longam ſenectam, adverſus ſuperiores triſti adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis, conſulare imperium, triumphi inſignia, & poſtremò Africam obtinuit. Tum etiam viſus eſt apud Ægyptum *Phœnix*, & Aciolus Aviola, Conſul, cum mortuus exportaretur, in rogo revixiſſe, & quia ſuccurri non poterat, prævalente flamma, vivus crematus proditur.

Joſeph. contra Appionem.

Hieron. de ſcript. Eccleſ.

Sueton. in clar. Gram.

Tacit. l. 11. Annal.

Plin. l. 6 c. 5.

SACRA.

Quæ ad ECCLESIAM N.T. pertinent, in Actis

Actis Apostolorum à capite decimo quarto ad vigesimum descripta sunt. Athenis fidem Christianam *Dionysius Areopagita*, cui libri de Hierarchia falsò adscribuntur, suscepit. Apostoli gentibus Evangelium annunciavere, ita ut *Andrea* Scythæ, Sogdiani, Sacæ & interiores Alpes; *Johanni* minor Asia; *Jacobo* fratri Johannis duodecim tribus dispersæ; *Philippo* Asia superior; *Simoni Cananitæ*, Ægyptus, Cyrene Africæ, Mauritania & Libya; *Thomæ* Parthia, India, & Taprobana, *Bartholomæo* Armenia Major & Lycaonia; *Matthæo* Æthiopia & Mesopotamia; *Judæ Thaddæo* Arabia & Idumæa obtigerint. Petrus quid egerit, Acta Apostolorum exponunt; Romæ fuisse antiqui Historici testantur, moderni Ecclesia Romana sedem Apostolicam Universalis Episcopi ibi fixisse, adjicit: quidam unquam Romæ fuisse negant. Tum etiam virginem Deiparam in cœlum assumtam, quidam credunt. Epistolæ ejus ad Ignatium scriptæ apocryphæ sunt.

Purchas Peregrin. T. 1. l. 1. c. 2. ex autoribus.

Barō. Tom. 1 Annal.

In JUDAISMO multi successivè Pontifices fuere, *Matthias*, quem Jonathan Anani ætatem evexit, sans promovit, *Elioneus*, Cithei filius, sub quo stolæ Pontificiæ custodiam sibi Cuspius Fadus arrogavit, Claudius Pontificibus addixit. *Josephus* Camydæ filius, quem Herodes Chalcidis Rex accepto à Claudio constituendi Pontifices Hierosolymitani jure, elegit. *Ananias*, quem Paulus *dealbatum parietem* vocavit. *Jonathan* denique, qui cum felicem procuratorem officii admoneret, per Sicarios ita sublatus est, ut autor cædis planè ignoraretur. Circa hoc tempus Adiabenorum regina, cum Izate filio, hebræa sidem sacra,

Joseph. l. 19. c. 5. 6. 7.

Joseph. l. 20. cap. 3. 6.

Sacra, alimentorumque inopiam in Judæa sublevavit. Floruit tùm ex Magistris Simeon Gamalielis F., qui, si debitori facultates suppeterent, etiamsi ea conditione mutuum dedisset creditor, ut eligendi potestatem haberet, non putavit eligi debere fidejussorem, sed à debitore, qui solvendo esset, incipiendum esse. In ETHNICISMO Claudius multa sacrificia & ferias Romæ abrogavit, ne major pars anni in ipsis celebrandis consumeretur. Idem aviæ Liviæ effigiem in templo Augusti dedicavit, rem sacram ei fieri à Vestalibus mandavit, mulieresque per nomen ejus jurare jussit.

Salmasius de modo usurarum.

Dio l. 60.

Caput V.
DE
NERONE CLAUDIO.

Anni sunt 14. ab anno 54. ad annum 68.

NEronis vita *duabus periodis* includitur, quarum *prima* ad matricidium, *altera* ad mortem ipsius extenditur. Sub *prima*, Romam si spectes, Nero graviora vectigalia aut abolevit, aut imminuit, neque liberalitatis neque clementiæ exercendæ ullam occasionem neglexit: agenti Senatui gratias, *cum meruero*, respondit. Non deerant scilicet officio Burrhus & Seneca, quorum ille militaribus curis & severitate morum, hic præceptis eloquentiæ & comitate, Principis juventutem regebat. Amore Actes libertæ illigatus, Pallantem à rerum cura amovit. Britannicum, urgentibus matris minis, veneno sustulit. Lupanaria & diverticula veste servili in dissi-

dissimulationem sui compositus pererravit. Poppæam Sabinam, lenocinante marito in pellicem recepit. Jus tribunorum plebis & ædilium, quod nimium sibi in irrogandis pœnis sumebant, coercuit. Capuam ac Nuceriam additis veteranis, firmavit. Ut magistratus jura adversus publicanos extra ordinem redderet, constituit. Matrem tandem, quam solutili nave oceano demergere statuerat, periculo elapsam, per Anicetum interemit. Quæ foris accidere, in Parthicis, Germanicis & Britannicis recensebantur. *Altera periodus* per annos optimè, quantum ad domestica, describitur, & mera monstra continet.

Tacit. l. 14. cap. 20. Primis *quinque* annis currus agitavit, citharâ cecinit, & Neronia instituit Burrho mortuo, Tigellinum prætorio suffecit, & Octaviâ uxorem, quam Anicetus à se vitiatam finxerat, substitutâ Poppæâ, interemit. Pallantem ob immensas opes (septendecim milliones possedisse putatur) trucidavit. Romam incendit, & cum ardere

Tacit. l. 15. Annal. Trojæ incendium cecinit. Nubentium virginum specie in manum Pythagoræ convenit. *Sexto* conjuratio, duce Pisone, inita est: quâ detectâ, Lucanus, Flavius Tribunus, Seneca, & alii illustres viri mori jussi sunt. Thesaurorum

Tacit. l. 16. cap. 4. &c. in Africa inventorum vano rumore deceptus, in theatrum ingressus cunctis citharæ legibus obtemperavit. Poppæam uxorem (quæ tam delicatè vixit, ut quingentæ asinæ quotidiè mulgerentur, ut lacte ipsarum lavaretur) gravidam, ictu calcis afflictam, amisit. Silanum, L. Vete-

Sueton. in Nerone. rem, & alios trucidavit: & Statiliam Messalinam Uxorem duxit. Tùm etiam uno autumno

66 triginta funerum millia in rationem Libitinæ venêre, & Campania violentia ventorum, quæ villas, arbusta, fruges passim disjecit, vastata est. *Septimo* præclaros quosdam viros, & inter eos ANTEJUM, OSTORIUM, PETRONIUM ARBITRUM, THRASEAM, & BAREAM SORANUM neci dedit. In Græciam transiit, & in-
68 ea totum annum exegit. *Nono* Julius Vindex in Gallia, Sulpitius Galba in Hispaniis desciscere. Ruffus Germaniæ præses in partes pertractus est; Senatus sententiâ constitutum ut more Majorum, collo in furcam conjecto, virgis ad necem cæderetur. Egressus itaque urbem, semet ictu, adjuvante trepidantem manum impero, transegit, ex Augustæa familia ultimus. Quæ *foris* acta sunt, in historia Parthica & Judaica invenientur. Ad eadem pertinent Neronis cum Sporo homine exsecto nuptiæ, in quibus Græci, ut ipsis legitimi *Xiphilin. in Nerone.*
67 liberi nascerentur, precati sunt; currus ab eodem in Olympico certamine agitatio, & quamvis ex eo cecidisset, corona; circa Isthmum in Peloponneso perfodiendum vanus labor, cui Corbulonis Ducis mors Colophonis loco addita est. Ejus tempore in usum venit mappula, cum ludis Circensibus Nero prandium protenderet, & celeritatem avidus spectandi populus flagitaret. Sed & Equites Romani hocce tempore primum ephippiis usi sunt. *Cassiodor. l. 3. Epist. 51.* *Xiphil. in Nerone.*

CONTEMPORANEA.

PARTHOS Nero sub duobus Ducibus, *Corbulone & Cæsennio Pæto*, adortus est. Caussa, quod, Rhadamisto profugo, & bellum deferente, *A.C. [illegible]* *Tacit. l. 15. Annal.*

 Volo-

dissimulationem sui compositus pererravit. Poppæam Sabinam, lenocinante marito in pellicem recepit. Jus tribunorum plebis & ædilium, qui nimium sibi in irrogandis pœnis sumebant, coercuit. Capuam ac Nuceriam additis veteranis firmavit. Ut magistratus jura adversus publicanos extra ordinem redderet, constituit. Matrem tandem, quam solutili nave oceano demergere statuerat, periculo elapsam, per Anicetum interemit. Quæ foris accidere, in Parthicis, Germanicis & Britannicis recensebantur. *Altera periodus* per annos optimè, quantum ad domestica, describitur, & mera monstra continet. Primis *quinque* annis currus agitavit, citharâ cecinit, & Neronia instituit. Burrho mortuo, Tigellinum prætorio suffecit, & Octaviâ uxorem, quam Anicetus à se vitiatam finxerat, substitutâ Poppæâ, interemit. Pallantem ob immensas opes (septendecim milliones possedisse putatur) trucidavit. Romam incendit, & cum arderet, Trojæ incendium cecinit. Nubentium virginum specie in manum Pythagoræ convenit. *Sexto* conjuratio, duce Pisone, inita est: quâ detectâ, Lucanus, Flavius Tribunus, Seneca, & alii illustres viri mori jussi sunt. Thesaurorum in Africa inventorum vano rumore deceptus est. theatrum ingressus cunctis citharæ legibus obtemperavit. Poppæam uxorem (quæ tàm delicatè vixit ut quingentæ asinæ quotidiè mulgerentur, ut lacte ipsarum lavaretur) gravidam ictu calcis afflictam, amisit. Silanum, L. Veterem, & alios trucidavit: & Statiliam Messalinam Uxorem duxit. Tùm etiam uno autumno trigint

Tacit. l. 14. cap. 30.

Tacit. l. 15. Annal.

Tacit. l. 16. cap. 4. &c.

Sueton. in Nerone.

triginta funerum millia in rationem Libitinæ venere, & Campania violentia ventorum, quæ villas, arbusta, fruges passim disjecit, vastata est. *Septimo* præclaros quosdam viros, & inter eos ANTEJUM, OSTORIUM, PETRONIUM ARBITRUM, THRASEAM, & BAREAM SORANUM neci dedit. In Græciam transiit: & in ea totum annum exegit. *Nono* Julius Vindex in Gallia, Sulpitius Galba in Hispaniis defecere. Rufus Germaniæ præses in partes pertractus est; Senatus sententiâ constitutum, ut more Majorum, collo in furcam conjecto, virgis ad necem cæderetur. Egressus itaque urbem, se mox ictu, adjuvante trepide item manum Imperio, transegit, ex Augustæa familia ultimus. Quæ fere alia sunt, in historia Parthica & Judaica inveniuntur. Ad eadem pertinent Neronis cum Sporo homine exsecto nuptiæ, in quibus Græci, ut ipsis legitimi liberi nascerentur, precati sunt: currus ab eodem in Olympico certamine agitatus, & quamvis ex eo excidisset, corona: circa Isthmum in Peloponneso perfodiendum vanus labor, cui Corbulonis Ducis mors Colophonis loco addita est. Hoc tempore in usum venit mappula, cum ludis Circensibus Nero prandium protenderet, & celeritatem avidus spectandi populus flagitaret. Sed & Equites Romani hocce tempore primum ephippiis usi sunt. *Xiphil. in Nerone. Cassiodor. l. 3. Epist. 51.*

CONTEMPORANEA.

PARTHOS Nero sub duobus Ducibus, *Corbulone & Cesennio Pæto*, adortus est. Causa, quod, Rhadamisto profugo, & bellum deferente, *ASIATICA. Tacit. l. 13. Annal.*

Vologeses fratri Teridati Armeniam contulisset, quam Romanis deberi Nero existimabat. *Corbulo*, redacto ad priscam disciplinam milite, illectis in societatem Insechis, elusâ, quam per colloquium Parthus moliebatur, fraude, Armeniam ingressus, Artaxata excidit, Tigranocerta cepit, & Regem ipsis Tigranem * imposuit. Mox quum Tiridates Adiabenos vastaret, reduces à Tigranocertis rejecit, & Syriam infestantes, minis ad pacem adegit. *Cæsennius Pætus* castella quidem & nonnulla cepit: sed post à Vologese obsessus, non exspectato Corbulone, turpi fœdere paciscí necesse habuit. Tandem redit in Armeniam, pace Parthis Romæ negatâ, Corbulo, & Tiridatem, ut ad Neronem iret, persuasit; qui etiam in Armeniæ Regem creatus est. De *Hircano* bello nihil memoratu dignum.

Tacit. l. 14. Annal. Idem l. 15.

IVDÆAM intra hoc tempus quinque successive rexere præsides, *Felix*, *Festus*, *Albinus*, *Gessius*, *Florus* & *Vespasianus*. *Felix* Ægyptium Prophetam, populum seducentem, compescuit: seditionem Cæsarensem, de jure inter Græcos & Judæos exortam, sopivit, cumque recrudesceret, partes Romam ad disceptandam causam misit. Sub *Portio Festo* contentio inter Judæos & Agrippam, quod arcem suam nimium extulisset, exorta, & Romæ meliore Judæorum causa decisa est. Sub *Albino* justitia venalis, nec tantum virium, ut latrones opprimerentur. Tum etiam *Jesus Anani F.* primum illud *Væ Hierosolymæ* protulit. Sub *Gessio Floro* bellum exortum est. Causa in ipso præside, qui Judæam rapinis & cædibus exhausit; Judæos Cæsarienses, postquam Romæ causa

Joseph l. 20. c. 6. 7. 8.

[illegible], in Syros armavit, cum ob Sacri-
legium [illegible], diripi urbem
imperavit. Tandem iteratò ingressus in popu- Joseph. l. 2.
lum obvium milites immisit, & arce Antoniâ belli Jud. c.
occupatâ, templum etiam in potestatem redigere 11. 16. 17.
voluit. Tum ergò Judæi Masadam castellum ab 18. 19.
antiquis instructum expugnarunt. Cæde Cæsareæ
in suos patratâ efferati, Græcos adorti sunt, &
Cestium Gallum, Syriæ præsidem, arma urbi ad-
moventem [illegible] VIM cum [illegible]
[illegible] summâ potestate [illegible] Joseph. l. 3.
pti, Agrippæ & [illegible] exercitu [illegible], & 4. belli
[illegible] LXXXM [illegible] subegit, [illegible] Judaici.
[illegible] interim Hierosolymæ Zelotis, [illegible] Joseph. l. 1.
[illegible] XXM [illegible] alter à Gadarenis [illegible] [illegible]
[illegible] regionem trans Jordanem subjecit, & [illegible]
[illegible] est, XVM [illegible] prælio periere.

PONTUM permissu Polemonis Nero in provinciam redegit. Hic est ille Polemon, qui Berenicen, filiam Agrippæ, in uxorem duxit, [illegible] circumcidi passus est. Cum verò ob intemperantiam congressuum ab eadem deseretur; ille quoque ad gentiles superstitiones rediit. Pontum recuperare volebat capta Trapezunte, [illegible] libertus; sed volebat tantum. Nam à Sedochezorum Rege traditus, bello servili finem imposuit. De illo itaque in sequentibus separatim [illegible]

Joseph. l. 20. [illegible]

Tacit. Hist. 3

De AFRICA nihil occurrit. Alexandrinam seditionem inter Græcos & Judæos [illegible] excipio, in qua XX hominum millia perierunt, nec non de [illegible] inventis Cestii Galli, origine Romani, [illegible] nocturnæ quietis imaginem ad [illegible]

[illegible]

ſpem haud dubiam retrahentis, fabulam, quæ effecit, ut divitiarum expectatio inter causas publicæ paupertatis fuerit. Quæ de Sulpitio Camerino & Pomponio Silvano dicuntur, tanti non ſunt.

EVROP. Ex Tacit. l. 13. ann. c. 54. &c. In GERMANIA agger à Druſo inchoatus absolutus eſt. L. Vetus Moſellam atque Ararim, factâ foſsâ, connectere parans, ab Ælio Gracili deterritus eſt. Friſii agros militum inſedere. Sed à Dubio Avito pulſi, Romam legatos miſere, qui civitate Romanâ donati ſunt. Ansibarii à Chaucis pulſi, dum eædem ipſis ſedes negantur, Cattos, dein Cheruſcos petiere, & in alieno ſolo cæſi ſunt. Inter Hermunduros Cattosque dum flumen gignendo ſale fœcundum & conterminum vi trahunt, prælio, ſed pejore Cattorum fortuna, certatum eſt. Juhonum civitas ignibus è terra editis afflicta. Apud SICAMBROS geſſit cum Gallis bellum *Antenor*. Eo in Moſa, quem ponte ſtraverat, ſubmerſo, ſucceſſit *Ratherius*, qui Roterodamum condidit, hodie tantæ amplitudinis, ut CXLIV jugera & CCCCXXXV perticas complectatur. (Boxhorn. in Theat. Holland. p. 87.)

De HISPANIA ſilebimus.

Tacit. l. 14. Annal. c. 29. &c. In BRITANNIA geſſit *duplex bellum* Suetonius Paullinus. *Primum* in Monam inſulam, receptaculum perfugarum, quam exciſione facta, & dejecto fanatico agmine, domuit, eidemque Præſidium impoſuit. *Alterum* in Icenos, qui, duce Baudicæa, Romanorum cupidinis impatientes, armis indutis Camalodunum Coloniam excidere, & ad LXXM ſociorum & Civium occidere. De hoc, Londinio pulſiſ, tantum

insignem victoriam reportavit, ut LXXXM Britannorum perirent. Successor ipsi datus *Petronius Turpilianus*, non irritato hoste, neque lacessitus, honestum pacis nomen segni otio imposuit. Antequam id fieret Polycletus libertus in Britanniam venit, Britannis mirantibus, quod Dux & exercitus tanti belli confector servitiis obedirent, [illegible]ibus.

IN SCOTIA excepit Corbredum *Dardanus*, Metelli nepos, qui initium imperii medium de gessit, exacto triennio in omnia vitiorum genera proclivis est. De eo in sequentibus plura.

Floruere tum *L. Annæus Seneca* Cordubensis, qui sub Caligula, cum causam egregie infensatu egisset, in mortis periculum incidit, & mulieris suasu liberatus est; quique intra quadriennium tredecim milliones paravisse dicitur. Periit jubente Nerone, venis incisis, & hausto veneno. Putatur Gellio *minutiis verborum [illegible]m frangere pondera*. *C. Balbillus* Ægypti præfectus, qui auctor est, Heracleotico ostio Nili spectaculo sibi fuisse Delphinorum à mari occurrentium & Crocodilorum à flumine adversum agmen agentium velut pro partibus prælium: crocodilos ab animalibus placidis, & morsu in[illegible]os. *Pamphila* genere Ægyptia, quæ [illegible] libros historiæ miscellæ scripsit, quam vel ex marito, vel ex ejus amicis audivit, vel ipsa observavit. *Apicius*, *Demonax*, *Admetus*, *Musonius*, Philologus Babylonius; *Persius*, eques Romanus verecundiæ virginalis, qui Cornuto præceptori suo HS. vicies centena millia, id est, ut quidam computant, LM Coronatorum Gallico-

Tacit. [illegible] cap. 14.

Seneca lib. Nat. quæst. c. 2.

[illegible] in [illegible] [illegible]ed. 17.

[illegible]mment. Fam.

Tacit. l. 16. Annal.

rum reliquit. *Petronius Arbiter*, cui dies per somnum, nox officiis & oblectamentis vitæ transigebatur, quique habebatur non ganeo & profligator, sed erudito luxu; ac dicta factaque ejus quanto solutiora, & quandam sui negligentiam præferentia, tanto gratius in speciem simplicitatis accipiebantur.

Riccius Cap. 10. Chinensib.

In *China* cœpisse creditur secta Sequia, seu Omitofe dicta, ex Indostana eò delata, quæ quatuor elementa, multos mundos, & transmigrationem animarum credit, cœlibatum extollit, aliquid de tribus Diis & uno balbutit, idula in templis habet, &c. Tum etiam gravissimo terræ motu Laudicea, Colossæ, & Hierapolis cecidere.

Tacit. l. 13. An.

Ficus Ruminalis, quæ ante octingentos triginta annos Romuli & Remi infantiam texerat, arescente trunco, diminuta, in novos fœtus revixit. Fulmen ante mensam Neronis cecidit,

Tacit. l. 15. c. 22.

& dapes ipsi excussit. Gymnasium ejusdem fulmine periit, & aurea ejus in eo statua ad deformes æs liquefacta est.

SACRA.

Euseb. l. 2. c. 25.

In Ecclesia CHRISTIANA illa tum accidere: quæ in Actis Apostolorum ad caput vigesimum quintum à vigesimo exhibentur. *Persecutio prima* a Nerone incendii occasione mota est, in qua Petrus & Paulus Martyrio creduntur affecti.

Naucler. part. 2. gener. 2.

Tacit. lib. 15. Annal.

Petro Roma fugienti Christus apparuisse dicitur. Christiani in usum nocturni luminis [illegible] tur, tanto numero, ut rivi pinguedinis humanæ per arenam Amphitheatri fulcum facerent. Tum etiam *Marcus* Evangelista Alexandriæ martyrium

[illegible] successorem reliquit. *Jacobus Apl.* et *Justus*, vir tanti æstimii ut & Thalmud magnos morbos in nomine Magistri sui eum sanasse affirmet, & mortem inter causas excidii Hierosolymitani ponat, de pinna templi dejectus est, Simone Zelote fratre successore relicto. Ex *Hæreticis* fuere, *Simon Magus* qui se *Deum*, [illegible] Helenam *Dei vim* dicebat, Christi ascensionem pessimo eventu imitari voluit, & cui statua Romæ erecta, cum inscriptione SIMONI DEO SANCTO. *Menander* discipulus, qui se Salvatorem fingebat, magiam suam, tantæ efficaciæ, ut per eam Angeli vincerentur. *Nicolaitæ*, qui neminem posse salvari hominem, nisi quotidie in venerem resolveretur, docebant. In JUDAISMO fuere Pontifices *Ismael* * Phabæi Filius, sub quo inter sacerdotes & primates tanta erat contentio, ut lapidibus confligerent: *Ananus* † Annæ filius, qui, quod Jacobum Apostolum trucidasset, remotus est: *Jesus Damnæi*, de quo nil occurrit: *Jesus* Gamalielis Filius, sub quo Levitæ usum stolæ lineæ, quæ solis sacerdotibus erat concessa, ab Agrippa impetrarunt: & *Matthias* Theophili Filius, sub quo Judaicum bellum initium habuit. Tum lux splendida noctu in templo exorta est, bos sacrificanda agnum peperit, & porta ænea Orientalis, quæ vix à viginti viris claudebatur, sponte patuit. Ex Magistris fuere *Onkelos* Ger[illegible] Proselytus, qui post Jonathanem Paraphrastam composuit: Rabbi *Simeon* Ben Menesiæ Filius, qui dixit, Regni Dei, cujus sub Messia restaurationem putant, nullum Israeli signum bonum datum esse, nisi tria illa, quæ amiserant, e quibus pri-

Euseb. l. 2. H. E. c. 23.

Joseph. l. 20. c. 6. 8.

Joseph. l. 20. c. 8.

Joseph. l. 7. de b. Jud. c. 12.

Heins. Exerc. sacr. c. 11.

primum erat regnum Dei, quærerent; sed Gamalielis Filius, qui in incendio urbis periit. *Rabbi Ismael*, qui Judaicâ pertinaciâ maluit Ben-Dema nepotem ex sorore suum à serpente ictum mori, quàm à Jacobo Apostolo sanari; etsi juvenis ex verbo Dei probare vellet, licere bonum opus à quolibet administratum suscipere. In ETHNICISMO celebravit Nero Romæ *Juvenalia*, quando tum barbam, cujus pilos in Sphæram auream conjectos Jovi Capitolino consecravit, rasisset; in quibus nobilissimi quique Græci Latinive histrionis artem exercebant, usque ad gestus modosque haud viriles. Britanni cruore captivo adolere aras, & hominum fibris consulere deos fas hoc tempore habebant.

Aboda Zara f. 28. apud Schickard. in Tarich.

Xiphilin. in Nerone.

Tacit. l. 14. c. 15. Annal.

Tacit. l. 14. cap. 30.

CAPUT VI.
DE
SERVIO SULPITIO GALBA,
M. SALVIO OTHONE & AULO VILELLIO.

Annus est 1, ab Anno 68. ad 69.

POst Neronis interitum tres Imperatores, *Galba, Otho & Vitellius*, successive produsti sunt, & evulgatum est imperii arcanum, posse alibi principem, quam Romæ fieri. *Galba* multa quidem egregii principatus documenta dedit, Neronianæ crudelitatis administris occisis: sed cum pessimorum consilio omnia disponeret, milites se legere, non emere, ne donativum eisdem daret, diceret: mox eorundem millia septem-

Sueton. in Galba.

Tacit. Hist. lib. 1. a c. 1. ad 44.

Xiphilin. in Galba.

Dio l. 64.

occideret, reliquos mortem deprecantes decimaret, eandem prisca disciplina habere conaretur: ab Othonis legionibus ad lacum Curtium, cum Liciniano Pisone adoptato interfectus est. *Othoni* imperium magnitudo æris alieni suasit, Galbæ avaritia fere sub idem tempus obtulit, cum Germani exercitus in Vitellii verba jurarent. *Tacit. l. 1. Histor. c. 1.*

H Tribus mediocribus prœliis ad Alpes, Placentiam & Castoris victor, apud Bebriacum fraude superatus est, adeò militibus propriis amabilis, ut plerique ejus corpore viso, manibus suis interierint. *Vitellius* inops, quod castra Germanica ingressus, nemini quicquam negasset, ab exercitu rerum novarum cupido Imperator salutatur, urbem ingressus, comitia in decennium ordinavit; sed cum secutus belli ad voluptates intempestivas devolveretur, creditoribus pro magno beneficio, quod non interficerentur, computaret, septem mensium spacio in cœnas quadraginta milliones absumeret, recedentibus ab officio Syriæ & Ægypti exercitibus, & Vespasiano Imperatore electo ab *Antonio Primo* ipsius Duce, qui Sarmatas in Mœsiam irrumpentes ad internecionem ceciderat, victus; Cremona deletâ, ipse, per scalas Gemonias, postquam Capitolium cremasset, captus, & numerosis ictibus excarnificatus est. *Tacit. l. 3. Histor.*

CONTEMPORANEA.

Ex ASIATICIS nihil planè habemus, JUDÆAM si excipias, in qua *Johannes Levi* F. & *Simon Gerasenus* mutuis in Hierosolymis intra mœnia sæviebant; Vespasianus continens populatus sub *ASIATICA. Joseph. l. 6. de bello c. 7. 9.*

AFRICANA In AFRICA equites Romani Ægyptum, & ejus copias obtinebant, ac regiones in ea, regente Tiberio Alexandro, qualicunque principe, interfecto Clodio Macro, post experimentum Domini minoris contentæ erant.

Tacit. l. 1. Histor.

EVROPÆA Quantum ad Europam, in BRITANNIA inter Cartismanduam Brigantum Reginam & Venusium ipsius maritum bellum fuit, quod eo spreto Vellocretum in matrimonium & regnum accepisset. In eo Venusius, accitis auxiliis, simul ipsorum Brigantum defectione, in extremum discrimen Cartismanduam adduxit. Eximere quidem eam periculo Romanæ cohortes, regnum tamen Venusio, bellum sibi, relinquere necesse habebant.

Tacit. l. 3. Histor. c. 45. & seq.

In SCOTIA successit Dardano *Corbredus II.* cognomento *Galdus*. De reliquis nil occurrit.

Tum etiam fuit *Acusilaus* Rhetor. *Josephus* Historicus, in vinculis hactenus à Vespasiano habitus, incisis vinculis, quod ipsi & filio imperatoriam dignitatem prædixisset, liberatus est. ROMÆ prata & oleæ, intercedente via publica, in contrarias sedes in agro Marrucino, prædiis Vectii Marcelli, transgressæ sunt. Romæ Astrologi à Vitellio pulsi, diem qua è vita excedere deberet, ei prædixêre Cometes apparuit; Luna bis visa est deficere. Duo soles in oriente & occidente simul conspecti sunt.

Plin. H. N. l. 2. c. 83. Xiphil. in Vitellio.

De Sacris nihil occurrit, præter Petri successorem in Episcopatu, quem incertum esse ex serie, quæ à Platina, Sabellico, Eusebio, Damaso,

Maria-

Mariano Scoto & aliis proponitur, videri potest. Alii enim Linum, alii Clementem ipsi substituunt.

CAPUT VII.
DE
VESPASIANO.
Annis fuit 9. ad A. C. 79.

VESPASIANUS patre Publicano municipe Reatino ortus, per industriam militarem ad imperium pervenit. Res ab ipso gestæ ad *tria tempora* commodissimè reduci possunt. *Primo tempore* in *Judæos* & *Germanos* bellatum est, de quibus suis locis. Sarmatæ Istrum transgressi, Mœsiam depopulati, Fonteium Agrippam occidere; sed a Rubrio Gallo ejecti sunt. Vespasianus, quod sibi ut Resp. staret, quadringenties millies, id est, plusquam mille & sexcentis millionibus, opus esse diceret, tributa imperavit. Capitolii fundamenta magnis ceremoniis jacta. Aquæ † Curtia & Cærulea à Claudio perductæ, per novem annos dilapsæ, restitutæ: & via à [illegible] ad Cæsaream Emeritam restaurata est. Tum etiam † Antiochus Commagenus à Cesennio Pæto regno pulsus & in Ciliciam rejectus est. *Altero tempore* Vespasianus Philosophos Stoicos, quod multa ignominiose publice occasione Philosophiæ dissererent, consultore Muciano, urbe ejecit. Lustrum LXXV in quo plurimi homines, qui annos centum, centum & viginti, etiam centum & quinquaginta exegerant, conditi. Achaiam, Comagenem, Lyciam, Thraciam, Rhodum, Byzantium, Ciliciam, Samum, quod libertate usi dedi-

Dio Cassius in Vespasia. *Tacit. Hist. l. 5.* *Xiphil. in Vespas.* *Plin. l. 7. cap. 49.* *[illegible] Per. Oros. l. 7.*

dedidicissent, in formam provinciarum reduxit. Vias publicas, à privatis occupatas, in publicum restituit, mensurarum exactam rationem praescripsit, & Neronis Colosso solis imaginem, ademto primo capite, imposuit. Ad *tertium triennium* pertinet, Petrae ad Puteolos jussu Vespasiani percusio, *Alieni* & *Marcelli*, Vespasiani amicissimorum, in eundem conjuratio: qua detecta Alienus in palatio jussu Titi occisus est; Marcellus autem guttur sibi novacula praecidit. Romae pestis tanta, ut in Libitinae rationem singulis diebus ad decem millia hominum referrentur. Mortem ipsius Cometes praedixit. Ipse moriturus DEUM se fieri, consecrationem antecessorum ridens dixit: & stantem Imperatorem mori debere, adjecit. Vixit annos LXIX, menses VIII.

Xiphil. in Vespasiano. Paul. Diacon. l. 9.

Sueton. in Vesp.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA PARTHIS praeerat adhuc Vologeses, quem excepit *Pacorus*. Ille se in Epistola ad Vespasianum *Regem Regum* appellavit, & omissa insolentiae reprehensione, simplex rescriptum, *Fl. Vespasianus, Regi Regum Arsaci*, accepit. Hoc regnante *Alani* Caspiis effusi portis in Mediam irrupère, Armeniam vastavêre. Teridates Rex aegrè eorum manus elapsus est. Cum verò Parthi Vespasiani auxilium implorarent, *non convenire sibi curam rerum alienarum*, respondum accepêre.

Joseph. l. 7. de bello Judaico c. 27.

JUDÆAM ultimum sub Vespasiano oppressit exitium: Titus namque postquam Hierosolymas annonae indigas, & confluente ad Pascha populu

Joseph. l. 6. & 7. belli Judaici.

pulo graves obsedisset: eandem tandem discordes, & fame dirâ (modium frumenti talento venisse, inveneris, qui stercum e cloacis & fimetis cibum, imò è laniata filiorum suorum carne peterent,) pressam, frustra tentatâ per Josephum semel atque iterum deditione, cepit, & ita solo æquavit, ut habitatam aliquando fuisse, vix quisquam agnosceret. Captivorum XCVII M. mortuorum in obsidione undecies centena millia, Josephus prodit. Hierosolymis captis, apud Cæsaream Philippi mille quingenti captivorum, apud alteram totidem bestiis objecti, aut flammis cremati sunt. Simon Bargioras, Joannes, & alii Romæ in foro capite plexi. Mensa aurea, candelabrum, & lex Judæorum in palatio deposita. Herodium & Machærus à Cæcilio Basso partim armis, partim deditione captæ. Massada à Flavio Sylva igne, omnibus in ferrum ruentibus, excisa est. Judææ agri venditi, & Judæi singuli ubivis terrarum didrachmum templo Hierosolymitano pendi solitum, in Capitolium inferre jussi sunt. Nos cum hoc regni finem Historiæ Judaicæ imponemus: si quid de ea occurret, in vitis Imperatorum vel alibi invenietur.

In AFRICA quidam Judæi Lupo præside prodiit, quod nullis tormentis adigi potuerant, ut Cæsarem Dominum appellarent, fœdis suppliciis interiere. Quin & Cyrenaici Judæi, Jonathæ cujusdam impostoris sollicitationibus seducti, & proditi, aliquot millia amisere. *AFRICANA. Joseph. l. 7. c. [illegible]*

In SVECIA fuit *Wilmerus* Gotheric I. qui *Cauraca* a Curonibus, Estonibus, Ulmerugiis (i. Pomeranis) [illegible] Saxo. *Joh. Magn.* [illegible]

Samogetis imperavit, & *Herritum* Ruthenorum Regem bello satis feliciter lacessivit.

Tacit. Hist. l. 5. Xiphilin. in Vespasiano. In GERMANIA cum *Julio Sabino*, & *Civili* Vespasiano res erat. *Ille* Imperium sibi in Germania vendicabat: à Petilio Cereali aliquoties victus, in sepulchrum quoddam se abdidit, ibidemque per novennium cum uxore & liberis susceptis delituit. Extractus jussu Vespasiani jugulatus est. *Civilis*, impulsis ad arma Batavis & Canninefatibus, pertractâ in societatem & Galliâ, legiones obsessas partim jugulavit, partim in verba

Tacit. l. 5. Histor. Dio in Vespasiano. sua jurare coegit. Mutianus, evocatis legionibus, Galliam primò ad saniorem mentem reduxit: mox multis & ambiguis præliis conflictum est; tandem Civili & Velledæ virgini venia data, pax populis reddita est. SICAMBRIS post Ratherium imperavit *Richimer* I.

De HISPANIS, ANGLIS & SCOTIS ta-

Xiphilinus. cemus. Inter *Doctos* fuere *Helvidius Priscus*, qui Thraseæ loquendi libertatem [illegible] imitatus, quod Vespasiano malediceret, à Tribunis plebis lictoribus traditus est: Vespasiano interim flente, & dicente *An mihi filius meus succedet, aut nemo.* *Demetrius Cynicus*, quem Vespasianus sibi maledicentem *Canem* vocavit. *Hostilius*, qui, cum de suo exilio, ad quod à Vespasiano ob maledicentiam condemnatus erat, intellexisset, ac tum contra regnum loqueretur, subito sententiam mutavit. *Diogenes Sophista*, qui, quod populum contumelia vexasset, virgis cæsus est. *Eras* cui ob parem maledicentiam

[illegible] l. 6. c. 7. caput detruncatum est. *Junius Mauricus*, qui [illegible] nus [illegible] dictus est, [illegible], [illegible]

[illegible]

ob jucunditatem. *Asconius Pedianus*, historicus, qui cum esset septuaginta trium annorum, luminibus captus est, & post duodecennium in summo honore obiit. *Sextus Julius Gabinianus*, Rhetor. *Servilius Nonianus* clari vir ingenii & sententiis creber, sed minus pressus, quam historiæ auctoritas postulat. *M. Cluvius Rufus*, cujus testimonio Tacitus, *ardore retinendæ potentiæ Agrippinam eousque provectam, ut medio diei, cum id temporis Nero per vinum & epulas incalesceret, offerret se sæpius temulento comptam & incesto paratam* prodit. *Julius Secundus*, celebre fori Romani ingenium. *Peregrinus* Philosophus, qui simulata religione Christiana, & collectis, cum in carcerem conjectus esset eleemosynis, ad gentilismum defecit, &, *fami sibi ociatum in Christianorum hospitalitate esse* dicens, aufugit. Tum etiam fuit *Cœnis*, Vespasiani pellex, tam felicis memoriæ, ut nunquam eorum, quæ audivisset semel, oblivisceretur. & *Attagalus, Armeniaca* mala paulo ante hoc tempus inventa sunt.

Euseb. in Chron.

Fabius. l. 10.

Tacit. l. 11. Annal.

Eusebius.

Xiphilinus.

Plinius.

SACRA.

Quantum ad ECCLESIAM N. T. fuit ROMÆ vel *Clemens*, qui puerorum post baptismum confirmationem ordinasse, & ne sacerdotes religionis prætextu uxores dimitterent, sancisse dicitur; vel *Linus*; vel Coadjutores Clementis fuere *Linus* & *Cletus*. Inter hocce tempus præfuit Ecclesiæ Antiochenæ *Ignatius*, qui in Epistolis suis *calicem totius Ecclesiæ esse* dicit, & jejunium diei Dominicæ damnat. *Ecclesia Judaica*

Judaica occisis Sacerdotibus omnibus, & everso templo, ita ut juge sacrificiu omninò cessaret, fin[illegible] suum sortita est. Sed & templum Oniæ in agro Heliopolitano conditum, â Lupo præfecto, jussu Vespasiani clausum est. Ab eo tempore habebant Judæi suos *Patriarchas, Apostolos, Archisynagogos, Patres Synagogarum: Hiereos, Presbyteros, Didascalos, Azanitas* & *Archipere*[illegible]. *Patriarchæ* nascebantur, non fiebant, ita ut filius patrem exciperet, singuli suis ἀπὸ δαμοῦ præerant, iisdemque alios, qui præessent, præponebant, & quid deliquissent, abdicabant, aurum coronarium, à singulis Synagogis amore Judæorum proprio quotannis ter scilicet novo anno, post festum Scenopegias, elaborato jam vino elaborato oleo, & post Pentecostes elaborato frumento, accipiebant. Desierunt esse inter annum quadringentesimum vigesimum. *Apostoli* Patriarchas p[illegible] educabant, iisdem à consiliis erant, primates Judæorum, accepta à Patriarchis potestate, dignitate movebant, & aurum à Synagogis quotannis exigebant. *Primates* à Patriarchis præficiebantur, Synagogâ delinquentibus interdicebant, & judicia singulis reddebant. *Archisynagogi* cœtibus ecclesiasticis præerant, verba ad populum pro concione faciebant, eundemque officii sui admonebant. *Patres Synagogarum* ipsorum vi[illegible]rant. *Hiereis* munus, quod stantibus Judæorum [illegible] Sacerdotes obibant, præstabant, & legem in Synagogis legebant & interpretabantur, iidem & *Didascali* vocabantur. *Presbyteri* respondebant illis, qui in Synedrium LXX legebantur. *Azanitæ* recitanti è pulpito legem, [illegible]

[illegible]

Samuel Petit l. 2. var. lect. c. 10.

num tenentes adeuntes, iidem mollientes signum populo, ut AMEN diceret, dabant. *Archipherecitarum* manus erat, legis & Prophetarum lectiones illas, quas Ebræi פרשיות & פרקים appellant interpretari, & ad eas sub distinctiones Tractatuum majorum Thalmudicorum, quas iidem פרקים vocant, accommodare. In ETHNICISMO occurrit *templum pacis*, quod Vespasianus ex suggestione Josephi prophetiam Esaiæ c. 9. de principe pacis sibi accommodans, sumtuosius exstructum dedicavit, & in eo ornamenta templi Hierosolymitani deposuit. In Ægypto Vespasianus Serapidem Deum consuluit, de cujus ortu vide Tacitum l. 4. histor. c. 83. *Caranza summa Concilior.*

CAPUT VIII.
DE
TITO VESPASIANO ET DOMITIANO.

Anni sunt 17. menses 2. dies 25. ad annum 97.

TITUS VESPASIANUS ante susceptum imperium, libidinis ob amorem Berenices, & spadonum greges, crudelitatis, quod A. Cæcinam Consularem invitatum ad cœnam interfecisset, luxuriæ, quod ad mediam noctem comessationes extenderet, suspectus; suscepto regno adeò in melius mutatus est, ut *deliciæ humani generis* appellaretur. Sanè *si privata* spectes, convivia jucunda instituit, ne concessas quidem collationes accepit, neminem sine spe dimisit; beneficia a superioribus concessa uno edicto confirmavit, *Suetonius Aurel. Vict. Xiphil. in Tito.*

& conjuratoribus pepercit. Quod si ad *publica* convertamur, *foris* quidem *bellum* in Britannia per Agricolam, de quo suo loco, gessit: In Italia verò Rivum aquæ * Martiæ, quæ vetustate deficerat, refecit. Campaniæ reficiendæ (multum enim damni Vesuvius ardens intulerat) sumtus suppeditavit. Romam, quæ interim trium dierum & noctium incendio deformata erat, restituit. Aquas, Curtiam & Caeruleam nova forma reducendas suâ impensâ curavit. Viam Flaminiam durissimis saxis ferro perfractis, ut curribus etiam per inaccessa montium via aperiretur, munivit; & Amphitheatrum nuper exstructum dedicavit, ac in dedicatione VM ferarum uno die occidit. *Anno secundo* regni decessit, successore Domitiano relicto. DOMITIANI vita ad *bellum Britannicum*, *Dacicum*, *Germanicum* & *Pannonicum*, nec non quædam *Romæ* & in *Italia* gesta reduci commode poterit. *De Britannico* & *Germanico* suo loco agemus. *Dacicum* Decebalo, Duci callido, illatum est. In eo primò multos milites Domitianus amisit; victoriam tamen literis Romam scriptis mentitus, mox per Iulianum, Vezinam à Decebalo secundum vicit; regiam capturus nisi Decebalus, Sylvâ cæsâ, arma stipitibus imposuisset. Pacem tandem, amissis tot exercitibus, ut de limitibus imperii dubitaretur, cum eo fecit. In eo bello erant Suevi Mysiæ incolæ contra quos Domitianus auxilia misit. *Pannonicum* contra Quados & Marcomannos, quod nulla subsidia contra Dacos misissent, intonuit; in quo nihil memorabile actum est. *Res domi* & in *Italia* gestæ, partim inter *virtutes*, partim inter *scelera* com-

Sueton. in Tito.

Solinus.

Xiphilinus.

Dion. l. 67.

compesci debent. Inter *virtutes*. Nam histrionibus scenam interdixit, mares castrari vetuit, jus diligenter dixit, scripta famosa abolevit, fœminis probrosis jus capiendi legata & hæreditates ademit, bibliothecas restituit, incestas Vestalium punivit, fiscales calumnias repressit, viam, quæ est inter Sinuessam & Puteolos, lapidibus stravit, Capitolium inauravit, & ejus * inaugurationi XII milliones impendit. Inter *scelera*. Nam Philosophos & Oratores urbe & Italia † exegit. Domitianum Flavium patruelem, quod errore præconis Imperator pronunciatus esset; Glabrionem, quod leoni * objectus læsus non fuisset; Flavium Clementem, quod in mores Christianorum transivisset; mulierem quandam, quod semet ante statuam Domitiani exuisset; Rusticum Arulenum, quod philosopharetur; Herennium Senecionem, quod Helvidii Prisci vitam conscripsisset, interfecit. Vineta, ut extra Italiam per totum Romanum imperium exscinderentur, mandavit. Deum se jussit appellari; Senatoribus cœnam sepulchralem præbuit. Titi fratris filiam in uxorem duxit. Davidis posteros & Christi propinquos conquiri, & multos, quos in tabula conjecerat, trucidare constituit. Re per Parthenium detecta, anno 15 mense 5 à conjuratis, adscitâ in consilium uxore, occisus est. Funus gladiatorum more senatus efferri, nomenque eradendum decrevit. *Plutarch. in Publicola.* *Irenæus l. 5. contra hæreses* *Oros. l. 7. c. 10.*

CONTEMPORANEA.

IN ASIA præfuit adhuc PARTHIS *Asiatica* Pacorus.

AFRICANA De AFRICANIS nihil plane occurrit.

EUROPÆA In SVECIA fuit *Nordianus*, Wilmeri F. cui Hervitus, non tantum occupata in Russia à patre loca, sed & Sueciæ partem ademit; quam tamen, occiso ab incolis Hervito, recuperavit.

Johan. Magn. Histor. Suecor. l. 5. c. 15.

In GERMANIA *duplex* erat *bellum*. *Unum* Cheriomeri contra Cattos, quod se Romanos sequentem ejecissent. In eo Regnum Cheriomeres vicinorum auxilio recuperavit, mox ab iisdem desertus, à Domitiano non impetratis auxiliis pecuniam accepit. *Alterum* L. Antonius Domitiano, quod se scortum appellari doleret, movit: L. Maximus strato acie Antonio, confecit, & ne conscii proderentur, arculas ipsius cremavit.

Trithemius. Apud SICAMBROS *Richimer* Gothos ex Scandia Saxonum fines vastantes, adjunctis sibi Saxonum & Doringorum Regibus, acie vicit. Germani, ut eorundem eruptiones prohiberent, colonias ad littus maris Balthici, Duce Sundro † deduxêre.

Apud HISPANOS nihil occurrit.

Tacitus in vita Agricola, In BRITANNIA multa egregia, partim sub *Tito*, partim sub *Domitiano* gessit Agricola. Et *sub Tito* quidem Ordovices rebelles magno conatu compescuit, & Insulam Monam sibi subjecit. Circumducto exercitu, Britannis obsides extorsit, eosdemque in bonis artibus educari curavit: novas etiam gentes invenit *, & usque ad Taum Britanniam vastavit. *Sub Domitiano* peragratâ totâ † Britanniâ, insulam eam invenit, Orcades detexit & imperio adjecit. In * Hiberniam transiit. Britannos iterum rebelles † profligavit: & bellum continuantes ad Grampium montem

[illegible]ntem ita prostravit, ut ad decem millia cæderentur.

De SCOTIA nihil habeo quod dicam.


Ex *claris viris* vixêre tùm *Juvenalis*, Satyricorum præstantissimus, *Martialis*, *Epictetus*, *Æthon*, *Alexander*, *Statius Papinius*; *Apollonius Tyanæus* Magus, qui Romæ in carcerem conjectus, & Domitiano sistendus evanuit, & Puteolis apparuit, & illo ipso momento, quo Domitianus occisus est Romæ, Ephesi in foro eundem interfectum significavit. *Proclus*, qui annum & diem, quo Domitianus occidi debebat, in Germania prædixit, & *[illegible]*. Tum etiam sicarii veneno illitis aculeis homines è medio tollebant. Re detectâ, plurimi affecti sunt supplicio. & *malum Citrium* cepit edi. *Ælian. l. 7. cap. 8.*

SACRA.

In ECCLESIA N. T. *Romæ* fuêre post Linum, quod Saturnini filiam, à dæmonio liberasset, decollatum, Pontifices *Anacletus*, qui ne Clerici barbam raderent constituisse fingitur: *Clemens*, qui XXV. Presbyteros Cardinales in urbe Roma ordinavit: *Clemens*, cui constitutionum libri falsò adscribuntur, quique Epistolam ad Corinthios, nuper ex vetustissima membrana editam, scripsit, in qua multa iis quæ in aliis ejusdem Epistolis sunt, adversantur: *Evaristus*, qui titulos in urbe Româ Presbyteris distribuit, septem Diaconos in ordinem redegit, & plebis in Episcopum accusationem recipi noluit. Sub hîs *Johannes Evangelista* à Domitiano in oleum igneum *Platina in vita Lini. Euseb. l. 3. cap. 15. Clemens Alexandr. strom. 4. Naucl. p. 2. gen. 3.*

Niceph. l. 3. c. 11. Irenæus l. 1. c. 27. August. in catalog. hæresum. Epiphan. hær 21. Epiphan. hæres. 28. Epiphan. hæres. 30.

igneum injectus, cum salvus evasisset, in Patmon insulam relegatus est. *Timotheus*, *Onesimus*, *Dionysius Areopagita* martyres facti. Alexandrinæ Ecclesiæ præfuit post Marcum *Anianus*, sutor ille qui ejus calceamenta aptavit. Tum etiam *Nicolaitarum*, *Menādri*, *Cerinthi* & *Ebionitarum* hæreses viguere. *Nicolaitæ* Deos inferiores habuerunt, quos flagitiis coluêre, & nisi quis singulis diebus venerem exerceret, eum vitæ æternæ participem esse non posse, docuerunt. *Menander* mundum ab Angelis creatum, se virtutem Angelicam asseruit. *Cerinthus* mundum ab Angelis creatum, Christum ex Josephi & Mariæ semine conceptum, Jesum cum pateretur, Christum ad cœlos evolâsse, ab Angelo sibi traditum mentitus est. *Ebion* solum Matthæi Evangelium recipiebat, Pauli scripta improbabat, Polygamiam concedebat, virginitatem rejiciebat, Christum ex Josephi & Mariæ concubitu conceptum docebat. In ETHNICISMO Domitianus Minervam ex omnibus Diis præcipuè coluit, atque eam ob causam *Quinquatria* magnificè celebravit.



MONAR-

MONARCHIÆ ROMANÆ INDIVULSÆ

LIBER II.

De

ALTERA ROMANI IMPERII PERIODO, A NERVA AD CONSTANTINUM M.

Anni sunt 210. ab A.C. 98 ad A. 308.

Caput I.

De

COCCEJO NERVA ET M. ULPIANO TRAJANO.

Anni sunt 20. menses 10. dies 24. ad annum Christi 118.

OCciso Domitiano, *Nerva* legionum arbitrio imperium suscepit, & æquissimum se in eo Principem præbuit. Afflictas namque civitates relevavit: puellas & pueros egenus sumtu publico ali jussit: quicquid tributis pœnæ nomine accesserat, remisit; pecuniæ indigus, sua vendere, quam subditos onerasse maluit. Statuas sibi poni vetuit. Calpurnii Crassi conjurationem exilio duntaxat Tarentino punivit. Cum percussores Domitiani ad necem poscerentur, nec obsistere authoritate posset, imò gratias militibus agere cogeretur, vidit robustioribus & animo & corpore Vict. Aurel. Vict.

 impe-

Xiphilin. in Nerva. imperium deberi. Eodem itaque se abdicavit, & M. Ulpium Trajanum, qui tum Germaniæ præerat, adoptavit, Cæsarem fecit, & Tribunitia potestate exornavit. Imperavit annum unum, menses 4. dies 9. vixit annos LXVI. TRAJANUS multa egregia *domi* & *foris pace* & *belli* gessit. *Domi* præfecto prætorii insigne Magistratus gladium tradens, *contra se, si male imperaret, eo uti* jussit. jussa post longiores epulas vinolentiæ parum obnoxius, curari vetuit, talem se Imperatorem privatis, quales sibi Imperatorem privato voluit. Licinii Suræ, insidiarum suspecti, medico & tonsore † usus est. Gladiatores & saltatores in theatrum magno numero reduxit. Bibliothecas Romæ * exstruxit, & columnam ingentem in foro Trajano erexit. Ponticas paludes lapidibus stravit: viam à Benevento Brundusium usque pecuniâ suâ fecit: Anconæ deniq; portum † instauravit. *Foris* aliquot bella confecta sunt. *Primum* erat *Dacicum II.* quod, cum promissa à Domitiano tributa à Trajano negarentur, Daci indies exercitum augerent. In eo hostes primo prælio; sed tanta Romanorum strage, ut lintea, quibus vulnera obligarentur, deessent, victi; mox iterum ad Decebali regiam superati, pacem & petiêre & , destructis extra Daciam propugnaculis, obtinuêre. *Alterum* erat *Dacicum III,* quod arces instaurarent, vicinos ad defectionem sollicitarent, & populi Romani socios deprecarentur. In eo insidiis Dacorum petitus, vix easdem evasit. Stratâ ingenti ponte Danubio, in Daciam penetravit, & victis hostibus, regiâ Decebali captâ, eundem mali

Cedrenus.

Xiphil. in Trajano.

mum coegit, thesauris in Sargetia demersis, & a Bicile proditis potitus est: & ponte dejecto colonias in Daciam deduxit. *Tertium* erat *Arabicum I*, duce Palmâ gestum, qui Arabiam Petræam in ditionem Populi R. redegit. *Quartum Adiabenicum II.* ob defectionem Agarenorum susceptum, in quo, quod regio esset deserta, calor ardentissimus, fulmina horrenda, muscarum ingens numerus, nihil omninò effectum est. *Quintum Armenicum*, quod Rex eorum diadema á Parthorum Rege sumsisset. Armeniam ingressus, provinciam eam, occiso Parthamace Syro, fecit: Albanis Regem dedit, Iberum, Sauromatarum, Osrhoenorum & Colchorum Reges in fidem accepit: Limitem orientalis Imperii ab Euphrate ad Tigrim protulit, & à Senatu *Optimus* nominatus est. *Sextum* erat *Parthicum*, de quo propriam historiam consule. Huc accedunt *rebelliones Judæorum*, præter *Ægyptiacam*, Cypria & Mesopotamiensis. Illâ duce Artemione CCXLM sustulêre: ipsi à Lucio Quieto ad internecionem deleti: & omnes Judæi Cypro sub capitis pœna excesse jussi sunt. In *Mesopotamia* multis millibus occisis ad frugem rediêre. *Ægyptiacam* suo loco vide. Imperavit Trajanus annos XIX menses VI, d. 15. & solus omnium intra urbem sepultus est.

CONTEMPORANEA.

Apud PARTHOS gestum est inter *Cosroen* Pacori successorem & Trajanum bellum, quod ille Armeniæ Regi diadema imposuisset. In eo *AVIATICA Xiphilin. in Trajano.*

Trajanus, Nisibi & Batnis captis, *Parthici* nomen obtinuit: mox Euphratem, quam fossa in Tigrim deducere volebat, transgressus, Adiabenem, Arbela, Gaugamela & Babylonem cepit; lustrato ibi lacu Asphaltide, & Tigri trajecto, Ctesiphontem occupavit. Nomen *Imperatoris* sortitus, mare rubrum & Oceanum ingressus est: cum verò eo absente iterum descivissent, misit contra eos Lucium & Maximum, quorum iste in prælio occubuit, ille Nisibin & Edessam recepit. Trajanus autem Regem *Parthamaspatem* eis dedit; quem tamen illo mortuo ejecerunt.

AFRICANA. In ÆGYPTO nihil occurrit, præter Judæorum circa Cyrenem, duce quodam Andrea, rebellionem, quâ efferati ad ducenta hominum *Xiphilin.* millia occidere & reliquos occisorum carnibus vesci coëgere. Idem & Alexandriæ accidisset, nisi incolarum ipsis obstitisset potentia.

EVROPÆA SVECIS præfuit *Sivardus.*

In GERMANIA nihil occurrit, *Odemaro* *Tritbem.* apud SICAMBROS si excipias, qui Richimero patri successit.

Plin. H. N. l. 9. c. 5. Merula Cosmograp. p. 133. Apud HISPANOS visus est in Gaditano Oceano marinus homo toto corpore absoluta similitudine nocturnis temporibus ascendere navigia. Degravabantur, quas insederat partes, & si diutius manebat, mergebantur. Tunc etiam *Legio* civitas à legionibus Germanorum restaurata fuit.

De BRITANNIS silentium.

Apud SCOTOS successit Corbredo *Lu...ctacus*, & huic * *Mogaldus.*

Vixit

Vixit tum *Cornelius Tacitus*, historicus prudentissimus, quem M. Claudius Tacitus Imp. tanti fecit, ut imaginem illius in omnibus collocari Bibliothecis, libros ejus decies quotannis describi, inque archivis publicis, ne deperirent, collocari juberet; & Cosmus Medices tanti, ut solum eum legeret: *Plinius junior*: *Favorinus* Philosophus, cujus Gellius mentionem facit: *Lucianus* Sophista blasphemus, qui ad Gentiles defecit, & a canibus laceratus est: *Cleombrotus Lacedæmonius*, qui de lucerna in templo Jovis Ammonii ardente refert quovis posteriore anno minus olei absumptum, quam præcedente. *Demetrius Tarsensis*, Grammaticus, qui suo tempore in Bœotia omnia oracula, præter Lebadense, conticuisse fatetur: *Silius Italicus*, qui bellum Punicum secundum carmine descripsit; Virgilii imaginem ante omnes venerabatur, & natalem religiosiùs quam suum celebrabat; Neapoli præsertim, ubi monumentum ejus adire ut templum solebat: *C. Fannius*, qui quamvis causis agendis distringeretur, exitus tamen occisorum seu relegatorum à Nerone scribebat: *L. Annæus Florus*, Scriptor Historiæ Romanæ elegans & disertus; sed in temporum ratione vehementer negligens.

Plutarch. de orac. defectu. *Plin. l. 3. Epist. 6.* *Plin. l. 5. Epist. 5.* *Vossius l. 1. de histor. Latin. c. 30.*

115 Tum etiam horrendus Antiochiam *terræ motus* afflixit, in quo & Trajanus periclitatus est. Corasius quoque mons ita concussus est, ut culmina ejus conquassari viderentur. Aquæ, ubi nunquam visæ, extitere, aliæ exstabant, defluxêre.

Xiphil. in Trajano.

Sa-

SACRA.

Ecclesia N. T. sat benè sub Nerva habuit. Is enim ne liceret, aut impietatis aut sectæ Judaicæ quempiam accusare, edicto vetuit. Rediit ergò Ephesum Johannes, ibidemque, cum contra hæreticos Evangelium suum scripsisset, mortuus est. Trajanus, qui Imperium suum JOVI vendicabat, ingessit Senatui de antiquis religionibus tuendis, & vetuit *ἑταιρίας*: Hinc *tertia persecutio*, & in ea Simeonis Cleophæ, qui in crucem * actus, Ignatii Antiocheni Episcopi, qui bestiis Romæ objectus; Onesimi, Pauli discipuli, qui † lapidibus obrutus, Domicillæ, Domitiani ex sorore neptis, quæ Tarracinæ in cubiculo cum famulis à Luxurio cremata est, & aliorum mortes; quas Plinii Epistola sistere in totum non potuit, Tiberianus Syriæ præses stitit, cum se illis imparem esse laeberet. ROMÆ succeſſit * Evaristo *Alexander*, qui ut aqua benedicta sale admixta, interpositis sacris orationibus, in templis & cubiculis servaretur, oblatio non ex fermentato, sed azymo fieret, aqua vino in consecratione sanguinis admisceretur, instituisse dicitur. Sub eis ex Patribus fuere *Quadratus* Episcopus Atheniensis; *Papias* Episcopus Hieropolitanus, Chiliastarum errori obnoxius, *&c.* Inter Judæos fuère *R. Ismael*, qui modos tredecim legis interpretandæ ostendit, & R. *Jehuda* Ben Thema. In ETHNICISMO deflagravit Romæ fulmine tectum Panthei & oracula Ethnica defecere.

Euseb. l. 3. Hist. c. 26. 30. 32.

Suidas.

Platina.

CAPUT

CAPUT II.

DE

ÆLIO ADRIANO.

Anni sunt 21. ad A. C. 139.

ADRIANUS Plotinæ Trajani Conjugis, fœminæ modestissimæ, artibus imperium adeptus est. In descriptione ipsius vitæ *virtutes, vitia, peregrinationes,* & *bella* exponenda sunt. *Virtutes* eximiæ erant, etsi sæpe easdem simularet. Nam Romam ingressus, aurum coronarium, quod illi debebatur, & ad novies millies quadraginta milliones ascendebat, remisit. Optimos Senatorum in contubernium adscivit. Milites, quasi bello semper instante, exercuit, & ut exemplo incenderet, castrensibus cibis in propatulo sæpe vescebatur, nec unquam, vel propter nives Celticas, vel calorem Ægyptium, opertum caput habebat. In colloquiis humillimorum civilissimus fuit. Cum judicaret, Jurisconsultos probos in consilio [illegible], ut idem jus in toto imperio Romano * administraretur, ne Senator seu per se seu per alium vectigalia conduceret, sanxit. Pauperes ditavit, servos à Dominis occidi vetuit, &c. *Vitia* haud minora fuêre. Sane sumto imperio, Palmam, Celsum, Nigrinum, &c. occidi jussit, & [illegible] suo interfectos jussu abjuravit. Trajani gloriæ invidens, ex Assyria, Mesopotamia, & Armenia præsidia revocavit, *teneri eas non posse* dicens. [illegible] Salinam palam dictitantem *laborare se*, [illegible] *generis perennem procreari*, [illegible] adegit. Appollodorum insignem archi-

architectum interfecit. Homeri carmina abolere, & Antimachum inducere conatus est. Puerorum amori indulsit. Borysthenei equi monumentum construxit. Professores omnium [illegible] risit & obtrivit: amicorum occulta explorav[it], nec cuiquam ferè fidem servavit: & tribus ante mortem annis, Servianum sororis maritum nonagenarium, & Fuscum nepotem interfecit.

Spartian. in Adriano. Quantum ad *peregrinationes*, primò in Gallias, mox in Germaniam transiit, inde Britanniam petiit. Ubique in præsides curiosè inquisivit. Athenis cum degeret, leges iis ad imitationem Solonis tulit; Cephaleniam insulam dedit, urbem restauravit. In Thracia Adrianopolim, quæ antea [illegible] Uscudama, exstruxit. In Ægypto Pompejo parentavit, & ejus sepulchrum restituit. *Bella ipsius* fuêre duo. *Primum* contra Sarmatas & Roxolanos, de quo nihil singulare occurrit. Batavus equitatus* Danubium transgressus terrorem barbaris incussit. *Alterum* contra Judæos, Duce Barcocheba rebelles, quod Adrianus, deducta in Hierosolymam, quam *Æliam Capitolinam* vocavit, colonis, quo in loco templum Dei fuerat, Jovis Capitolini exstruxisset. In eo à Judæis tota terra subterraneis specubus, ut tutius in commune consultare possent, pervia facta est, multum ab iisdem damni illatum: donec a Julio Severo commeatu intercluderentur. Periére DLXXXM in præliis, fame infiniti, quinquaginta arces, nongenti, octoginta vici eversi, ne Hierosolymam ingrederentur, imò ne eandem ex editioribus etiam locis spectarent, mandatum; portis ortus sues insculptæ, & innumerabilis multitudo [illegible]

Ammian.

Xiphilin. in Adriano.

Hieronymo.

[illegible] ebrili verdita est. Altero post anno [illegible] phthisin & hydropem Adrianus. Hanc cum Magicis artibus levaret, redeunte, inter ingentes cruciatus mortuus est. Imperavit annos XX, menses X, dies XXIX.

CONTEMPORANEA.

Apud PARTHOS nihil omnino occurrit. Bellum Alanis qui Massagetæ, *Pharasmane* movit, Mediamque vexata Armenia & Cappadocia, vastavit. Mox tamen Alani seu Vologæsi muneribus, seu Flavii Arriani Cappadociæ præfecti metu, conquievere. *ASIATICA*

De AFRICA non habeo, quod scribam: præter id, quod de restaurato Pompeji sepulchro occurrebat. *AFRICANA*

Apud SVECOS successit Sivardo *Carolus* * *III*, quem excepit *Ericus*, Sivardi ex filia nepos, *EUROPÆA* *Johannes Magn. in Hist. Gothor.*

In GERMANIA, SICAMBRIS imperavit post Odemarum † *Marcomirus*. Ibidem *Aquisgranum* à Granio Severo exstructum est, quod salutaribus aquis nunc clarescit.

In HISPANIA Adrianus ædem Augusti Tarracone restituit, omnibusque Hispanis in conventum vocatis, delectumque jlocaliter detrectantibus Italicis, vehementissimè cœteris prudenter & cautè consuluit. Ibidem furiosi cujusdam servi manus vix evasit, comprehensum medicis tradidit. *Spartian. in Adriano.*

BRITANNIÆ præfuit *Julius Severus*, & in ea murum per LXXXM passuum, qui Romanos à barbaris divideret, duxit, qui *vallum Adriani* vocatur.

SCO-

SCOTIS adhuc imperabat *Mogaldus.*

Ex claris viris fuêre *Turbo*, prætorio præfectus, qui nihil unquam molliter aut insolenter facere est visus. Principi familiarissimus, vivebat tanquam unus è multis. *Cornelius Fronto*, qui in agendis caussis Romæ primum locum obtinebat. *Similis*, qui prætorii præfecturam gessit, hac abdicatâ, ruri septennium exegit, & sepulchro suo inscribi curavit: *Hic jacet Similis, cujus ætas multorum annorum fuit; ipse septem duntaxat annos vixit.* *Apollodorus* architectus, qui cum Trajano de operibus sibi commissis collocutus, Adrianum interpellantem, cucurbitas pingere jusserat, ab eodem interfectus est. *Euphrates* Philosophus, cui Adrianus propter senectutem & morbum cicutam bibere concessit. *Dionysius Milesius*, qui Heliodoro Epistolarum Magistro dicebat; *Eum quidem ab Adriano divitem fieri posse, Oratorem fieri non posse.* *Favorinus Gallus*, qui caussam immunitatis, quam in patria habere volebat, acturus, & ne eadem caderet, metuens, *præceptorem solum se in somniis monuisse, ut publica in patria munia obire gravaretur*, in judicio dixit. *Plutarchus Chæroneus*, *Sextus*, præceptor Antonini, *Agathobulus*, *Chrestus*, *Secundus*, *Philo Grammaticus*. *Ælianus* Sophista. *Agatho*. Tum etiam Nicomedia & Nicæa *terræ motibus* corruere.

Xiphilin. in Adriano.

SACRA.

Platina in vita Sixti.

Romæ fuit *Xystus*, * seu *Sixtus*, qui Peregrinum Antistitem Gallis petentibus misit. In celebratione Missæ Sanctus, Sanctus Sanctus, &c. addidit.

adstruxisse dicuntur, seu presbyteros, quorum negligentia aliquis sine baptismo decessisset, gravem pœnitentiam agerent, decrevit. Sub eo ECCLESIA quartam persecutionem ab Adriano subjecta est, & adeo illa invaluit, ut Christiani ob solum vulgi clamorem tanquam magni criminis convicti, condemnarentur. Periere plurimi, inter quos [illegible] Patricius Romanus cum mille ducentis; [illegible] Princeps, cum decem millibus, qui in monte Ararat crucifixi sunt: imo confessorum [illegible], ut se plurimi coram Antonio tribunali in Asia Christianos profiterentur. Mitigata post [illegible], Sereni Graniani intercessione, & Minutio Fundano Asiæ proconsuli scriptum: *Christianos [illegible] non condemnandos.* Tum etiam *Aristides* * Philosophus libros pro christiana religione compositos Adriano obtulit. *Justinus* verò Philosophus, postquam apud Platonicos, Peripateticos, Stoicos & Pythagoreos frustra veri Dei notitiam quæsivisset, Christianis nomen dedit. Quin & *hæresis Gnosticorum* exorta est, qui [illegible] sua provocata, menstrua, embryones utero excisos & pistillo contusos, comedebant. Auctores illius erant *Saturninus*, qui Christum [illegible] incorporeum, homines bonos & malos creatos, conjugium a Diabolo esse, dixit: *Basilides*, qui Simonem Cyrenæum Christi figura passum, CCCLXV Cœlos ab Angelis creatos esse, docuit: & *Carpocrates*, qui Christum ex semine Josephi & Mariæ conceptum, animas in corpora [illegible], ut omne libidinis genus perpetrarent, affirmavit, [illegible] Apostolorum ac [illegible] coluit. In JUDAISMO cœpere *Thereniæ* qui [illegible]-

Baron. ad [illegible] Ec-clesiast.

Ibid. Magd. Cent. 2.

Severian in Adriano.

Euseb. l. 4. c. 8.

Epiphan. hæres. 27.

Kk

rum

nem lamentarii semel in anno Hierosolymam, concedente Adriano, ingressi deplorarent. Ex Rabbinis fuere. R. *Akiba*, qui Barcochebam pro vero Messia agnovit, deceptus impostore, ob id, sicut eum mendacii ipsum nominavit, & ridiculis excarnificatus anno CXX ætatis interiit. R. *Jose de Sephoris*, filius Chalaphtæ, discipulus Johanan Benzaccai, qui cum R. Gamaliele Rectore Jabnensi, lunam uno die veterem & novam posse cerni, æquè absurdum putante, ac si fœmina eodem die peperisse & impregnata esse diceretur, controversiam habuit. *R. Simeon Ben Jochai* qui cum Eliezero F. metu Adriani in specu quodam per duodecennium delitescens, fructu arboris siliquæ & aqua mirabiliter a DEO creatis vitam sustentabat, ad collum in arena totum diem studens sedebat, tempore duntaxat precum induebatur. Scripsit librum Cabbalisticum Joan, tantæ molis, ut si totus extaret, a Camelo portari non posset, ut Thalmud fabulatur. Tum etiam *Aquila Ponticus* ob vanitatem Astrologicam Ecclesia ejectus, Judaismum recepit, & Vetus Testamentum in Græcam linguam transtulit. In ETHNICISMO *Antinoum* puerum inter Deos retulit Adrianus, templum ei exstruxit, aram excitavit & Sacra instituit, &c.

R. Abraham L. cit. Schickardo in Tarich p. 91.

Thalmud de Sabbatho c. 2.

Epiph. l. 4. c. 8.

CAPUT III.
DE
ANTONINO PIO.

Anni fuit 22. mens. 7. dies 20. ad A. C. 162.

Julius Capitolinus.

ANTONINUS PIUS, TITUS AURELIUS FULVUS antehac dictus, modestissimi Parentum [illegible]

[illegible] cognomen [illegible] est. A Sena- [illegible] instigandus [illegible] impe- [illegible] Salaria ot [illegible] Rhetoribus & Philosophis per omnes provincias [illegible] ad [illegible] Sed [illegible] omnes autho- ritate [illegible] Vixit [illegible] pr[illegible] ætatis [illegible] Successorem viventi [illegible] judici nulli (Oophito præfecto, qui id pe- tiit, excepto) dedit. Intra [illegible] sepeliri mor- tuos vetuit. Quia in urbe, ut [illegible] cives un- dique acciperet, solebat, parens potius quam Do- minus putabatur, *[illegible]* professus est. [illegible] diligentiam in minimis rebus indagandis posuit, unde [illegible] Cuminisectorem appellabant. Periit febri, postquam tot, quot in capite posui- mus, annos imperasset.

[illegible]

CONTEMPORANEA.

In CHINA ponunt quidam Crisnagonem, [illegible] conditorem muri illius contra Tartaros extructi, qui trecenta milliaria longus, sex cubitos altus, quindecim ulnas crassus, viginti septem annis a pe- [illegible] & quinquaginta virorum millibus [illegible] *[illegible]*

PARTHI Armeniam expugnabant, & soli [illegible] literis inde repulsi sunt.

In AFRICA Antoninus Mauros ad pacem petendam adegit, & cum bellis provinciam fa- tigarent, in ultimas Africæ solitudines ad Atlantem montem removit.

[illegible]

EVROPÆ A[illegible] In GERMANIA [illegible] Antoninus [illegible]
Tritbemius [illegible], Marcomiri filius, urbem [illegible] ad Rhenum instauravit, & [illegible] vocavit.
Bertius l. 3. Neque vero Synodi [illegible] ad [illegible]
Germania. condidit. Alii tamen illud ad Carolum Magnum referunt, & verius: hoc ad [illegible] ab [illegible]berg. Apud SICAMBROS excepit M[illegible] *Clodomirus*.

BRITANNOS per Lollium legatum [illegible] cum submovit Antoninus & muro [illegible] barbaros arcuit.

Apud SCOTOS successit Mogaldo *[illegible]naius*.

SUB ANTONINO floruere *Phlegon Trallianus* qui Olympiades Græcorum libris [illegible] scripsit: *Pausanias* qui veterum Græci[illegible] reliquit: *[illegible]*: *Neratius Priscus* [illegible]: *Taurus Berytius*, Platonicæ Philosophiæ Studiosus: *Mesomedes*, qui [illegible]os Musicæ [illegible] reddi fecit, & cui Antoninus Salarium imminuit,
Xiphilin. in dicens: *Nihil esse [illegible], imo crudelius, quam*
Antonino. *si ii Rempublicam arrodant, qui nihil ei suo labore conferrent*. *Maximus Tirius*: *Arrianus Nicomediensis*: *Apollonius Chalcidensis*, M. Aurelii præceptor: *Crescens Cynicus*, qui cum Iustino esset infensissimus, effecit tandem ut postea temporis martyrio coronaretur. *Diogenes Laertius* qui vitas Philosophorum descripsit: *Ptolemæus*, qui multa Astronomica & Geographica scripta reliquit: *Apuleius*, asini aurei author, quibusdam Magus putatus: *Polemon* Rhetor, qui Stratagemata scripsit. Tum etiam *Alexander* [illegible] in Arabia se ipsum à cauda medium comedit[illegible]

[illegible]

Hispaniam in Mæsia … arborum natum est. *Romæ* trecentæ domus *incendio* periere.

SACRA.

Romæ sedebat post Sixtum *Telesphorus* †, *Hyginus* *, *Pius* †. *Telesphorus* & jejunium … Clericis quadragesimale, & noctem natalis Christi solenniorem instituit, & … Missæ celebrarentur, jussit. *Hyginus* clerum in gradus distribuit, & ne templa sine arbitrio Metropolitani augerentur vel diminuerentur, voluit. Sub eo Ecclesia Antonini clementia paululum refecta est. Jussit enim ut Christianorum accusatores supplicium subirent. Evangelium ita propagabatur, ut & apud Scythas & Nomades Christi nomen prædicaretur. *Pius*, ut Pascha die Dominico celebraretur, revelatione Hermetis ab Angelo in forma pastoris facta inductus decrevit. Pœnam per capillum DEI jurantibus constituit, & thermas Novati in honorem sororis Pudentianæ dedicavit. Sub his floruit Justinus, qui librum † pro religione Christiana Ephesi Imperatori obtulit. Chiliastarum error secutus est, & Angelos cum mulieribus ante diluvium concubuisse credidit. Ex *Hæreticis* fuere *Epiphanes* Carpocratis filius, quem Samæ … templo & sacrificiis coluere. *Prodicus*, qui censuit non esse orandum. *Valentinus* ob repulsam Episcopatu dejectus, qui plures esse Deos, verum Christi mortem sustulisse, Corpus per Mariam, sicut aqua per canalem, transiisse

Gregor. … in …

Damasus in Pontificali

Euseb. l. 4. cap. 23.

Clemens Alexandr. Strom. 3.

ex lachrymis creationis rerum substantias factas docuit, & ab eo Barbeliotæ, Stratiotici, Phemionitæ, Ophitæ, Cajani &c. primordia sua traxere. *Marcus*, qui vinum in poculis in sanguineum colorem mutabat, illos [illegible] bat, in nomine patris ignoti [illegible] baptiza- bat, & hominem secundum imaginem DEI fuisse Masculo fœmineum affirmabat. [illegible], cujus insania erat, vitam hominum in septem planetis consistere. *Cerdon* Syrus, qui duo principia, unum bonum, alterum malum, posuit & Christum sine carne passum esse [illegible]. *Marcion* Sinopensis, qui credidit, Christum carnem suam de cœlis attulisse; opus mundi DEO indignum esse: Virgines duntaxat, viduas & cælibes baptizandos. *Apelles* hujus discipulus qui Christi carnem sydeream & aëream fuisse, [illegible] ut credidit, [illegible] debere [illegible]. In JUDAISMO floruere *R. Jehudah Hannasi Hakkadosch* & *Rabbi* dictus, qui videns sapientiam Judæorum per temporum calamitatem oblivioni tradi posse. Mischna, id est, [illegible] nam repetitam in summas sex, tractatus [illegible] & quingenta triginta duo capita [illegible] scripsit, quæ deinde anno Christi C[illegible] approbata est, & in tanta authoritate habetur [illegible] dium ejus præstantius Biblico censeant: [illegible] sistere se super fundamento legis scriptæ [illegible] legem oralem, putant. & Rabbi *Chaja*, qui una cum Rabbi *Hoschaja* librum [illegible] publice in scholis explicavit, & declarationes suas תוספתא, id est Additiones appellavit, [illegible] sequutæ.

Centur. Magdeb. sec. 2do.

Epiphan.

Euseb. l. 4. c. 10. 11.

R. Miketz, apud Purchas. l. 2. Peregr. c. 2.

In Codice Juris Baba Metzia. Buxtorf. in Bibliotheca Rabbinica.

[illegible] Doctissimam commentatio [illegible] ברייתא [illegible].

Caput IV.

De

M. AURELIO ANTONINO PHILOSOPHO.

Anni [illegible] dies [illegible]. ad A. C. 181.

MARCUS AURELIUS ab Antonino Pio adoptatus, [illegible] quam [illegible] notum est, *Philosophi* [illegible] cognomen, quod studia Philosophiæ diligentissime [illegible]. In ipsius Imperii [illegible] *L. Ælium Verum* [illegible] quædam [illegible] quædam quæ *pace* gesta sunt, occurrunt. *Bella* quinque gessit, *Parthicum* nempe, *Britannicum*, *Germanicum*, (ad quod *Marcomannicum* refero) *Cassianum* & *Scythicum*. Priora *tria* [illegible] locis videantur. *Cassianum* Avidius Cassius præses Asiæ, sparso de Marci morte falso rumore, movit, ut imperium occuparet, & brevi [illegible] est. Hostis à Senatu judicatus, ipse à Centurione & Decurione interfectus, & caput ad Antoninum missum est. In conscios tamen [illegible] graviter, [illegible] & [illegible] media pars paterni patrimonii concessa est. *Scythicum* * [illegible] populationes Scytharum dedere: A Paterno Magno sed difficili prælio victi, [illegible] si paulò [illegible] Marcus, accepissent. *Pace* [illegible] gessit. Primus apud præfectum ærarii Saturni, unumquemque civium [illegible] liberos pro-

Julius Capitolinus.
Xiphilinus.
Sext. Aurelius Victor

* *Dio Cassius.*

fiteri, intra tricesimum diem nomine imposito, jussit, per provincias tabulariorum publicorum usum instituit, de statu defunctorum intra quinquennium quæri jussit, quoties de Senatorum capite esset judicandum, secreto pertractavit. Comitiis usque ad noctem frequenter interfuit, ducentos triginta dies annuos rebus agendis constituit, primus prætorem tutelarum fecit. Ut omnes adulti Curatores acciperent, non redditis causis, statuit. Ut Senatores peregrini quartam in Italia partem possiderent voluit; mores Matronarum diffluentes composuit, fisco omnia per annos XL debita remisit, & syngraphas exuri jussit. Athenis Doctores annua mercede constituit, contra manifestos criminum aliquando inexorabilis permansit, adulteria Faustinæ conjugis dissimulavit, nec delatum repudiare voluit; imò in honorem mortuæ novas puellas Faustinianas instituit, & cum populo tanquam in libertate egit, nullum Senatorem se sciente occisum in capitolio juravit, nec unquam magis, quam avaritiæ famam deprecatus est. Æger in gratiam Commodi à Medicis putatur occisus, anno ætatis LVIII.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA Apud PARTHOS fuit *Vologeses* & primum sub Pio bellum in Aurelium movit. Atti-

Julius Capitolinus in Marco. dium Cornelianum, qui Syriam administrabat, fugavit, & Servianum in Armenia cum exercitu

Eutropius. occidit. Missus est contra eum Verus; & per legatos res ita feliciter sunt gestæ, ut Seleuciam vam

CCCCM

CCCC M. hominum caperetur, per Statium Priscum Artaxata occuparentur, & nomina *Armeniaci* & *Parthici* utrique offerentur.

In ÆGYPTO cum Bucolici milites *duce Isidoro* in omni Centurionii visceribus convivassent, & Romanos vicissent, per Avidium Cassium Syriæ præfectum iterum rebellarunt, & eundem se Marcum civem, & in omnibus studiis, templis, & locis Philosophiam egit: cumque Alexandrini in Cassium rebellem fautia dixissent, omnibus ignovit & filiam suam apud eos reliquit. AFRICA. Iulius Capitolinus in Marco. ... in Marco.

In SVECIA successit *Ericus II*.* Sivardi ex filia nepos, cui cum Haldano, Caroli ex ... filia nepote, res erat, à quo etiam captus & interfectus est. Iohan. Magn. l. 5. 19 20. 21.

In GERMANIA duplex *bellum* occurrit. *Primum* Cattorum in Rhætiam irrumpentium: quos Aufidius Victorinus repulit. *Alterum* contra Marcomannos & Quados, tempore belli Parthici exortum, sed ante præfectorum dilatum, qui accitis in societatem Narīscis, Hermunduris, Sarmatis, Latringis, Buris, Victovalis, ... ibus, Sicobotis, Costobocis, &c. in Italiam penetrarant, & gravissima damna intulerant. Hos primò per Pertinacem vicit, ubi multa millia hominum hostium cæsos inventa sunt cadavera: post & ipse de iisdem, postquam exercitum Volonibus, obsequentibus, latronibus, gladiatoribus, & pecunia ex rerum ... collecta, firmasset, ope Christianorum militum, quibus DEO pluviam & fulmina (unde *Legionis fulminatricis* nomen) impetrarunt, victoriam EVROPÆA Xiphilin. in Marco.

 repur-

Trithem. reportavit. Apud SICAMBROS excepit Clodomirum † *Farabertus.*

Julius Capitolin. in Marco. In HISPANIA res contra Mauros, quæ eam vastabant, benè gestæ : & per Lusitaniam turbatæ, compositæ sunt.

BRITANNI movere quoque bellum, contra quos Dux Agricola missus est.

In SCOTIA successit * *Ethodius.*

Ex *Claris viris* tum fuere, *Athenæus*, *Hermogenes Rhetor*, qui anno ætatis decimo octavo Rhetoricam conscripsit; vigesimo quarto mente motus est; Senio confectus, quasi unus de vulgo

Suidas. mortuus est: *Sulpitius Apollinaris*, pertinax præceptor, cujus periochæ in Terentium exstant: *Sextus Bæotus*, quem Marcus sæpissime adiit:

Xiphil. in Marco. *Rufus Bassus*, prætorii præfectus; sed propter rusticitatem, quia in paupertate educatus, literarum ignarus: *Arnuphis Magus*, qui invocato Mercurio in aëre, aquam impetrasse dicitur: *Heliodorus Rhetor*, qui propter multam Rhetorices scientiam, ad *Ægypti* præfecturam pervenit: *Fronto*; *Laurentius*; *Epictetus*; &c. Tum etiam Tiberis * Romam inundavit, & pestis ex sinu Apollinis Apollinis Chomei in Seleuciæ expugnatione avulso exorta, totum ferè terrarum orbem afflixit. Memphis saltator, Bathyllus & Laureolarum inventum occurrunt.

SACRA.

ROMÆ intra hoc tempus sedere Anicetus †, Soter *, & Eleutherus †. ... ne Clerici comam nutrirent, sed detonsi ... modum

[illegible] ſpatiæ [illegible], [illegible] ſub ejus Pontificatu Marcellina Gnoſtica & Marcion, Romam venere, ipſe capite plexus eſt. *[illegible]* tempore pro fide carcere & metallis addictos, li- beralitate ſua, & inter cætera, ut Monachi ſacra vaſa vel pallas contingerent, ne Miſſa niſi duo- bus præſentibus celebraretur, ut legitima uxor haberetur, cui benedictio ex [illegible] non bene- dixiſſet, docuiſſe dicitur. *Eleutherus*, ne ſu- perſtitioſum ciborum diſcrimen obſervaretur, &c. conſtituit. Sub his Eccleſia pro[illegible] Imperatoris, inſtigante Creſcente Philoſopho, [illegible] *perſecutionem quartam* paſſa eſt. Periere inter cæteros *Juſtinus Philoſophus*, *Praxedis* virgo, *Demetrius Presbyter*, *Gervaſius*, *Protaſius* &c. Ceſſavit eadem, poſtquam precibus Chriſtiano- rum victoria de Marcomannis reportata fuiſſet. Inter *viros præclaros Dionyſius Corinthius*, qui [illegible] ſcripta ſe adhuc vivo depravari conqueſtus eſt. *Pinytus* Gnoſiorum Epiſcopus, [illegible] cœlibatus admirator. *Melito* Sardenſis, qui in Orientem profectus, numerum certum & or- dinem librorum V. T. domum retulit. *Polycar- pus*, qui Marcionem *primogenitum Diaboli* [illegible] dixit, & mori potius, quam per vitam Cæſaris jurare maluit. *Theophilus*, Epiſcopus Antio- chenus, qui Chriſtianum [illegible] quan- [illegible] ipſam conditionem mundi [illegible] vellet aggredi, ſcripſit. *Hegeſippus* ex Ebræo Chriſtia- nus, qui de religione Chriſtiana, & hiſtoriam Ec- cleſiaſticam ſcripſit. *Apollinaris Hierapolitanus*, qui [illegible] Chiliaſtis addictum putant. *Athe- nagoras* Philoſophus, qui apologiam pro Chri- ſtianis

[illegible]

Tom. [illegible] *[illegible]* *[illegible]*

[illegible] in [illegible] *[illegible]* *Gallia [illegible]*

[illegible] *[illegible]* *[illegible]*

[illegible]

Euſeb. l. 4. *[illegible]*

[illegible]


[illegible]

Hist. Magdeb. Cent. 2. stianis scripsit, nuptias secundas *deterius adulterium* dixit, & Gigantum animas dæmones illos esse, qui circa mundum oberrent opinatus est. Tum etiam *Symmachus* & *Theodotion* V. T. in linguam Græcam transtulere. Ex *Hæreticis* verò fuere,

Euseb. l. 5. cap. 14. Epiphan. Theodor. Socrates. *Montanus Phryx*, qui seipsum Paracletum esse dicebat: asseclæ ejus, qui *Montanistæ* & *Pepuziani Cataphryges* de infantis anniculi sanguine, de toto ejus corpore minutis puncturis extorto Eucharistiam conficiebant. *Tatianus Syrus* à Justino ad Christianismum

Clemens l. 3. stromat. Euseb l. 4. cap. 28. conversus, qui Adamum, propter peccatum, in æternum damnatum, mulierem opus Diaboli esse; matrimonio, carnibus & vino abstinendum (unde sequacibus *Encratitarum* nomen) docuit. In Eucharistia merâ aqua, (hinc *Hydroparastarum* titulus) usus est. *Severus*, qui Philumenes contubernio usus, vitem de terra & à Satana productam asseruit, & Encratites secutus est. *Bardesanes*, qui resurrectionem mortuornm negavit. Intra hoc tempus &

Nicephor. l. 3. c. 37. Judæus Catechumenus, cùm in Arabia deserta, morti vicinus, Christianismum amplexus baptizari vellet, arenâ ter injecta à comitibus baptizatus est.



CAP.

Caput V.

DE
M. AURELIO COMMODO ANTONINO.

Annis fuit 12, menses 8. dies 14, ad A.C 193.

IN COMMODI vitam præter Britannicum si excipias, omnia scelera occurrunt, ipsa secundum Præfectos Prætorio, optime describi potest. *Primus erat Perennis*, sub quo mensas ex suis nominibus appellari jussit, tutoribus rejectis, imperium Perenni commisit. Servium, Julianum Paternum, Cassianum & Maximum Quintilios, quod illi se rerum dolere videbantur, & Sextum Condianum simulata morte elapsum, inventum, e medio sustulit. Ipse tamen tum Paterni insidias *Dio Cassius.* primò ab homine ignoto, mox à summis cultis *Herodian.* prodictas, tùm Quadrati consilio, a Lucilla forore, Lucilla, effugit. *Alter erat Cleander*, Perenni militibus occiso, quem ille antea ex bajulo cubicularium fecerat. Sub hoc Domitianus plurimorum hominum ferarumque commisit, & Materni latronis insidias evasit. Cleander verò totum imperium venale habuit, & Coss. XXI ad unum *Dio in Commodo.* annum designavit. Commodi thermas, in quibus mille & sexcenta sedilia ex marmore erant, perfecit & dedicavit. Ortâ fame frumentum detinuit, *Herodian.* deinde à plebe ad necem postulatus, jussu Commodi interfectus est. *Tertius erat* Julianus, quo præfectum agente, Julianus, Julius Alexander, qui leonem ex equo confecerat, & Thu-

nysius Papyrius interfecti. Commodus se *Hercu-lem* & *Deum*, tempus principatus sui *aureum se-culum* dixit, gladiatoriam, ita ut crebrò aliquem occideret, exercuit, cum feris certavit; Claudium Pompejanum, quòd [illegible] nollet, occidit, multos clava interfecit. [illegible] ribus timorem ridiculè [illegible] & [illegible] lossi capite, [illegible] denique & Letum è medio tollere constituit, quod cum prodidisset, ipsi veneno [illegible] tum, per Narcissum strangulavere.

Contemporanea.

De ASIATICIS & AFRICANIS nihil ha-beo quod dicam.

EVROPÆA. SVECIS imperabat *[illegible] II*, dictus [illegible] *gramus*, qui piratas latrocinia in mari exercentes oppressit. Svalduin cum [illegible] filiis, & [illegible] num, septem cubitorum virum, in duello inter-fecit, & ex Torilda, Norvegiæ Regis Filia, Al-mundum suscepit, a quo *Norvegiæ Reges* se pro-duisse gloriantur.

Joban. Magn. l. 6. c. 22. 23. 24.

Annales [illegible]. In GERMANIA Gothi ex [illegible] & [illegible] cis plagis erumpentes, ad utramque Vilurgis ri-pam [illegible] ex eo tempore *Ostphali* & *[illegible]-phali* [illegible] appellati sunt. Ibidem [illegible] [illegible] viribus. Antoniam [illegible] [illegible] loco [illegible], quæ post *[illegible]*, condi-derunt TRESIS [illegible] ab [illegible] sunt. Apud SICAMBROS [illegible] [illegible] *Sanno*.

Annales [illegible].

HISPA-

HISPANIAM Maternus latro, collecto exercitu, vastavit; inde pulsus, in Italiam venit, & insidias Commodo struere compertus, interfectus est. *Herodian.*

In BRITANNIA bellum erat, quod barbari superato muro, castra vastassent. Huc Ulpius Marcellus mittitur, vir frugi & vigilantissimus. Ne pane repleretur, Roma illum ad se deferri iubebat; ne somno opprimeretur, inediam sibi imperabat. *Xiphilin. in Commodo.*

In SCOTIA excepit Ethodium * *Satrael.*

Inter egregios duces fuere Pertinax, urbis Romae praefectus, qui (ut aiunt) nunquam se munera accepisse. *Dion Cassius* Historicus, qui cum certamen Commodi spectaret, foliis lauri de corona sumptis, ea comedit, ut motu oris facto, risum dissimularet: *Julius Pollux* Onomastici author. *Xiphilin.*

Tum etiam Romae tanta *pestis* fuit, ut singulis diebus duo millia morerentur: *incendio* subito templa Pacis & Vestae periere, nec poterat ignis aqua restingui. *Dio Cassius.*

SACRA.

ROMAE adhuc Eleutherius sedebat. ECCLESIA verò libera à persecutione fuit. Id Marciae Commodi pellici debetur, quae Christianis impensè favebat, hinc numerus ipsorum auctus est. Quin Lucius Britanniae Rex sacra suscepit, eademque petenti ab Eleutherio Fugatius & Damianus submissi sunt. Inter *Doctores Ecclesiae* fuere *Pantaenus*, qui in India Evangelium annuntiavit, & redux, Matthaei Evangelium Hebraicè conscriptum inde attulit. *Irenaeus*, Polycarpi discip- *Euseb. l. 5. c. 10.*

discipulus, qui Christum anno ætatis quinquagesimo passum asserit: & Enoch a DEO ad Angelos ablegatum opinatur. *Apollonius*, Senator Romanus, qui multa in Senatu de religione Christiana locutus, capitis supplicio affectus est. In JUDAISMO floruit R. *Gamaliel III*, Jehudæ Sancti filius, septimus inter eos & ultimus, qui titulo *Rabban* ornati fuere: nec non R. *Eleazar*, filius R. Josæ. In ETHNICISMO Isidis sacra a Romanis admissa; Commodus ipse se Isidi initiari permisit, & Anubin portavit.

Euseb. l. 5. cap. 21.

CAPUT VI.

DE

P. HELVIO PERTINACE, DIDIO JULIANO, ET SEPTIMIO SEVERO.

Anni sunt 18. ad A. C. 211.

Xiphilin. in Pertinace. Dio in Pertinace.

COmmodum tres intra breve tempus Cæsares excepere. *Pertinax* nempe, *Didius*, *Julianus*, & *Septimius Severus*. PERTINAX patre lignario natus, sed ob res egregiè gestas Imperatoribus charus, dies LXXXVII Imperium, quod præsagiis promissum, Electi & Læti promotione occupaverat, tenuit; in eoque se ita egregiè gessit, ut omnia corrigere vellet, & ærarium ad decem H S. redactum augere conaretur; uxori *Augustæ* nomen, filio *Cæsaris* denegaret, & Falconem Consulem, auspicio Læti conjurationis contra se convictum, morti afficere nollet. Causa brevissimi Imperii multum seditio à Læto excitata, quam-

dam

dum Pertinax authoritate sua compescere studet, ab eorum uno confoditur. DIDIUS JULIANUS, homo pecuniosus, Imperio, quod cum Sulpiciano licitatus est, & à milite prætoriano emit, LXVI dies præfuit. Scilicet à Senatu receptus in Palatio Pertinace mortuo jacente, alea lusit, & Pyladem saltatorem admisit: ideo à populo patricida proclamatus, primò Nigrum Pescennium Syriæ, mox Albinum Britanniæ, tandem Severum, Pannoniæ præfectos, hostes nactus est. Hoc Albino Imperium promittente, & prætorianis, ut ab armis discederent, ac Pertinacis percussores traderent, persuadente, jussu Senatus interfectus est, postquam frustrà Severo societatem Imperii obtulisset. SEVERI gesta ad *quinq. bella* & quædam quæ *pace* ac in Italia acta sunt, reduci possunt. *Xiphilin. in Severo.* *Primum bellum* contra Nigrum, Imperio inhiantem, erat. In eo Severus Byzantio exclusus, Nigrum ad Cyzicum & Nicomediam vicit; Bithyniam & Cappadociam occupavit; Syros in partes suas pertraxit; Victoriâ ad Taurum montem potitus, in Antiochiam eundem, Syris ob immissos Mauros exosum, rejecit, ibidemque trucidavit; Byzantium denique opera Prisci artificis & urinatorum strenuè defensum, ad intolerabilem famem adactum, cepit, & in vicum redegit. *Altero* Adiabeni Osroeni, & Arabes per ambitionem petiti sunt. In eo aquæ penuria cùm exercitu in discrimen venit: per legatos verò suos, urbes ipsorum cepit & incendit. *Tertium* in Albinum, promissam Imperii societatem poscentem, detonuit. In eo *Numerianus Grammaticus*, Servio egregiam operam præstitit: Severus verò ad Lug-

 dunum

dunum cum hoste congressus, eundem also validum prælio vicit, & obtruncavit. De quarto in Parthos & *quinto*, quod in Britannos gestum est, suis locis vide. *Pace* pauca contigere. Leges contra mœchos tulit: &, ne mulieres gladiatoriis muneribus fungerentur, constituit. Triginta etiam & octo Senatores, qui cum Albino faciebant, absolvit. Nullum Senatorem suo jussu interfectum iri juravit. Pantheum, vetustate corruptum * restituit. Viam, quæ ad villam magnam ducit, silice † stravit. Antonio Filio Plautiam, præfecti filiam, in uxorem dedit; Bulam, prædonem astutissimum, per tribunum cepit, & multos egregios viros trucidari curavit. Adeò fuit in rebus gerendis industrius, ut dixerit moriens: *Agedum, si quid nos oportet facere.* Regnavit annos XVII, menses VII, dies tres.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA Xiphilin. in Severo. Inter PARTHOS, quibus *Vologæses* præerat, & Severum bellum erat, quod illi, hoc in aliis debellandis occupato, Mesopotamiam occupassent. In eo Seleucia & Babylon à Severo captæ; Ctesiphon à milite direpta, & CM hominum captæ. Astra verò in Mesopotamia, cum capi potuissent, vana spe deditionis frustrà tentata sunt.

AFRICANA Xiphilin. in Severo. In AFRICA lustravit Severus ÆGYPTUM; libros, in quibus arcana continebantur, ex adytis sustulit, & monumentum Alexandri, ne quisquam ejus corpus imposterum videret, vel, quæ in ipso scripta, legeret, clausit.

EUROPÆA SVECIS præfuere intra hoc tempus *Ungvinus*, ...

ab Haldano successor dictus, & *Regnaldus*. Ille *Johan. Magnus l. 7. c. 1.* multis difficultatibus regnum capturus distentus est, quod illa designatio nullo procerum consensu firmaretur. Vicit tamen & justitiæ opinione ita floruit, ut eum Dani, deficiente Regum sanguine, in Regem digerent, & Sivaldum filium successorem designarent. Occubuit in bello, quod ipsi Proceres Sueci, electo Regnaldo movere. *Regnaldus* bellum cum Unguini filio gessit, & in eo occubuit.

In GERMANIA & HISPANIA nihil occurrit.

BRITANNIS movit Severus, quod defecissent, bellum; in quo LM Calidoniam ingressus & nullo prælio commisso, amisit: partem tamen Insulæ Britannis ademit, & vallum à mari ad mare per transversam Insulam, per XXV milliaria Germanica, deduxit.

SCOTIS post Satraelem præfuit * *Donaldus*.


Claruere sub Severo, *Pautianus*, prætorio præfectus, qui Caracallæ cum filia Plautilla tantum dedit, quantum quinquaginta Reginis satis fuisset, centum viros nobiles excidit, uxorem, nc quenquam aspiceret, prohibuit, & astu generi ac jussu Severi interfectus est. *Cæcilius Agricola*, Plautiani assentator; qui capitis damnatus, plenus vini refrigerati, poculum, quod ducentis millibus nummûm emptum fuerat, allisit; ipse secta vena super id mortuus est. *Quintilius Plautianus* Senator, qui cum illa, quæ ad funus suum comparaverat, vetustate detrita videret: *Quid hoc rei est*,

inquit, *itane cunctati sumus!* *Polemius Sebennius* qui, cum Severus Marci familiæ adscriptus esset, Cæsari, quod patrem invenisset, gratulatus est. *Apronianus*, qui accusatus, quod nutricem ejus regnaturum in somniis vidisset. *Numerius* Grammaticus, qui in Galliam spontè profectus, milites, pro legato se venditans, collegit, &
Xiphilin. in Severo. tributa imperavit, & DCC HS. Severo tradidit. Pace factâ, hoc duntaxat ab eo petiit, ut sibi tuto vivere liceret. *Apollonius Alexandrinus*, cognomento *Dioscorus*, qui de constructione partium Orationis scripsit. Tum etiam Cetus in portu Augusti captus est, tantæ magnitudinis, ut quinquaginta ursos caperet. Tres stellæ repentè circa solem visæ sunt: & Vesuvius horrendum in modum arsit.

Sacra.

ROMÆ sedebant * *Victor* & † *Zephyrinus*. *Ille* Controversiam Asiæ minoris Ecclesiis, quod quarta decima luna & jejunium solveret, & pascha postea celebrarent, in quamcunque diem Hebdomadis illa invaderet, movit, easdemque, opponente se Irenæo, Polycrate & cæteris, à communione exclusit. *Iste*, ne in distributione Cœnæ Domini vasa lignea vel vitrea adhiberentur, ut omnes puberes sacra Synaxi in Paschate uterentur, ordinavit. Tum etiam Ecclesiam *sexta* afflixit sub Severo *persecutio*, Plautiano id agente. Periere multa Christianorum millia, & inter hos *Leonidas*, pater Origenis, *Irenæus* Lugdunensis Episcopus, *Spira-*

Speratus cum sociis Carthagine, *Potamiæna* virgo, quæ pice ignita sensim per omnia membra diffusa, ustulata est, &c. Verba edicti fuere; *ut præfecti provinciarum in illos qui munitum collegium coissent, animadverterent.* Sub iis ex *Doctoribus Ecclesiæ* floruere *Heraclitus*; *Theophilus Cæsariensis*; *Judas* qui Antichristi adventum jam tum adesse, putavit: *Tertullianus*, qui ad Montanistas hæreticos defecit, & DEUM corpus habere, Angelos propter concupiscentiam erga mulieres cecidisse, post baptismum acceptum, unam tantum pœnitentiam locum habere, contendit; *Clemens Alexandrinus*, qui Christum reverà non esuriisse, & uno duntaxat anno docuisse docuit. Ex *Hæreticis* fuere *Artemon*, qui Christum hominem nudum fuisse, virtute Prophetis præstantiorem, affirmavit: & *Theodorus* Byzantinus, eorundem deliriorum assecla. JUDÆIS quod seditionem, Duce Claudio latrone, movissent, circumcisio prohibita est. Euseb. l. 6. c. 6.



CAPUT VII.
DE
ANTONINO, CARACALLA, MACRINO, & HELIOGABALO.

Anni sunt 11. ad A.C. 223.

Spartanus. Dio Cassius. Xiphilin. in Caracalla.

ANTONINUS, *Caracalla* à barbaro vestitu dictus, nihil laude digni, seu pace intra hos sex, quos regnavit annos, gessit. *Belligeratum est* contra *Armenios*, *Parthos* & *Germanos*. *Armenii* arma cepere, postquam Regem suum specie amicitiæ evocatum, cum Augaro Osroenorum detentum audivissent: contra quos, cum Theocritus, ex servo natus, missus fuisset, ab iisdem victus, magnam cladem accepit. De reliquis vide in suis locis. Inter *pacifica* opera sunt, Medicorum, quod patris mortem non accelerassent; fratris Getæ; quem in sinu matris Juliæ interfecit; Papiniani, quod fratris cædem approbare nollet; viginti millium, quod Getæ faverent; Aurigæ, qui in Certaminibus DCCLXXXII coronas obtinuerat; cædes Vestalis Clodiæ stuprum: incestus cum matre commissio: exercita in Alexandrinos, quod se *Oedipum*, matremque *Jocastam* vocarent, crudelitas: vana Alexandri Magni in rebus bellicis imitatio: In Aristotelicos odium; iniquissimæ in usum ædificiorum exactiones: Immensa in milites & assentatores liberalitas: monetæ adulterinæ percussio: animarum ab inferis revocatio: Sempronii Rufi Eunuchi fastigium; & Senatus in Judiciis ludificatio.

catio, &c. Interfectus est, instinctu Macrini, mortem metuentis, à duobus Centurionibus, inter Edessam & Carras, cum ad requisita naturæ secessisset; & imperavit annis sex, mensibus duobus, diebus quatuor. In MACRINI annuo imperio nihil occurrit, præter *Parthicum bellum*, de quo suo loco, & ejusdem cum Avito, quem Eutychianus spurium Caracallæ mentitus, in castra adduxerat. In vico Antiochenorum pugna, in qua milites Aviti pulsi; ab Avito puero in prælium reducti, victoriam obtinuere. Macrinus verò in Cappadocia trucidatus est. AVITUS HELIOGABALUS, omnium qui erant Principum impurissimus fuit. Nam, ut nihil de DEo *Elagabalo*, de quo in sacris hic dicam, Vestalem in uxorem duxit; ut ex se & illa liberi divini nascerentur. Comis appositis usus, lupanaria noctu frequentavit. Currus agitavit; & ex viro mulier factus, primò Hierocli, Carico mancipio, post Aurelio Zotico nupsit, reticulum gestavit; & muliebria passus est, ut veterum malorum spurcitias vinceret, quædam libidinum genera invenit, & virilia subactoribus suis, novacula, manu suâ, qua postea barbam fecit, rasit: Adoptato *Bassiano*, quem Alexandrum vocavit, postquam insidias struxisset cum matre interfectus est, anno Imperii tertio, mense nono, die quarto.

Aelius Spartianus Dio Cassius. Xiphilin. in Macrino.

Aelius Lampridius Heliogabalo.

CONTEMPORANEA.

PARTHIS adhuc præerat *Vologæses*, cui successit *Artabanus*; His *duplex* contra Caracallo *bellum*. *Primum* (cujus causa, quod Teri-

PARTHICA contra Caracallam.

datem & Antiochum defectores, quos Caracalla ad supplicium poscebat, Vologæses non tradidisset) Teridatis & Antiochi deditione statim finitum est. *Altero* Artabanus, quod filiam in matrimonium Caracallæ tradere nollet, revera quod nomen *Parthici* quæreretur, petitus, ita eo, Parthis montana petentibus, Media vastata, Arbelæ subactæ, sepulchra Regum Parthorum ossibus abjectis subversa, ac nomen *Parthici* sumptum est. Sed & Macrinum bello idem Artabanus adortus est; quod nec Mesopotamiâ cedere, nec damnum monumentis à Caracalla illatum, restituere vellet. Eo Macrinus duplici prælio attritus est, ut pacem pecunia redimere necesse habuerit.

Xiphilin. in Macrino.

Paulo ante hoc tempus cepit in ARABIA, in Hira regnare *Malce* e Chalani posteris, Yamane egressus, cui ad Annum Christi CCXIV successere, præter *Amrum* fratrem *Jodaimah*, Maleci F. *Al Abrasch* ob lepram dictus, qui primus ballistam confecit, primus sibi cereos præferri voluit & Amrum Amalchitam, qui Mesopotamiæ imperabat, occidit; ipse a Zoba, Amri filia astu captus & interfectus, regnum *Lachmidis* è Lachmi, F. Amri, F. Sabæ, posteritate qui & *familia Monolari* dicebantur, reliquit: *Amrus Adi* pincernæ e *Rakalch* Jodaimæ sorore F. *Kosairo* quodam tanquam altero Zopyro usus, Zobam, (alii *Najelam* cognomento *Reblam* appellant) quæ interim, muniendi regni ergò, duas munitissimas ad Euphratem urbes construxerat; excavato etiam ad desertum usque cuniculo, vita & regno spoliavit.

Pocock. Specim. Arabici p. 67. Hist. Orient. Arabum Maronitarum.

Amrus

Amrio 'l Kau, *Albada* seu *primus* cognominatus.

In AFRICA nihil omninò occurrit. *AFRICANA.*

Apud SVECOS *Amundus* Ragwaldi F. per Hachonem filium Hiberniam invasit: per Helvinum, Hagabertum, & Amundum, cum Alfero & Alpho, Sigeri Daniæ Regis filiis, prælio navali congressus, pacem fecit. Quum tum Sigeri filii suasu Hildigislai amorem Signes filiæ Sigeri Hagberto invidentis, fregissent, prælium commissum, in quo filii Sigeri duo cecidere. Hagbertus postea in stupro cum Sigeri filia deprehensus, strangulatus est. Signe impatientia amoris seipsam jugulavit. *EVROPÆA* *Iohan. Magn. Hist. Suion. l. 7. c. 3. 4. 5.*

In GERMANIA descivere Alemanni, gens ex equis mirificè pugnans, quam prope Mænum amnem Caracalla devicit, & inde *Germanici* nomen assumpsit. Fit & belli cum Cennis, gente Celtica, mentio; quos ferunt tantâ ira in Romanos irruisse, ut tela, quibus illi ab Osroenis vulnerati erant, dentibus ex eorum corporibus evellerent, ne manus in cædendis illis defatigarentur. Apud SICAMBROS successit Sunnoni *Hildericus*. *Aurelius Victor. Xiphil. in Caracalla.*

In HISPANIA & ANGLIA nihil occurrit.

In SCOTIA excepit Donaldum *Ethodius*.

Circa hoc tempus floruere *Oppianus Cilix*, qui Cynegetica & Halicutica stylo facundo conscripsit, & pro singulis versibus ab Antonio Severo aureo uno donatus est: *Aurelius Helix* athleta, qui ausus est in Olympia luctâ simul certare & pancratio. *Celsus Epicureus*, & *Sozomen. in Epistol. ad Theodos. Iuniorem. Xiphilin. in Avito.*

Porphyrius Siculus, Philosophi, qui editis libris contumeliis Christianos insectati sunt: *Julius Africanus*, cujus suasu Nicopolis, olim Emaus, restaurata est. *Cometa* etiam tum visus est, & multa prodigia Caracallæ mortem, antecessere.

SACRA.

Tomus 1. Conciliör. ROMÆ successit Zephyrino *Callistus*, qui quatuor anni temporum jejunia, frumenti, vini, & olei gratia, instituit. Ex Patribus florebat *Origenes*, qui puer adhuc immodico martyrii amore flagravit; se ipsum castravit; mille & amplius tractatus scripsit; multos errores (docuit namque filium Dei Patrem non videre eundem esse creaturam, non esse adorandum, &c.) commisit; vino oleoque abstinuit; thure idolis sacravit &c. *Asclepiades* Episcopus Antiochenus: *Alexander* Hierosolymitanus, &c. Tum etiam versio Bibliorum Græca prope Hierichuntem, in dolio inventa est. In *Judaismo* vixit *Samuel*, qui Tecuphas in Calendario Iudaico à die 7. Octobris Calendarii Juliani in diem 24. Septembris retraxit. *Raf Papa* Ebræus, qui librum Siphra, aliàs תורת כהנים Thoras Cohanim dictum, composuit; & *R. Ismael*, qui XIII modos interpretandi legem ostendit. Mischna quoque circa hoc tempus à Synagogis Judaicis recepta est. In *Ethnicismo*, Heliogabalus primus, ut in vindemiarum festivo multa in Dominos popularia, audientibus Dominis, dicerentur, instituit Idem Elagabalum Deum Romam introduxit, eidemq; templum eo in loco, in quo prius ædes Horci fuit, constituit.

Euseb. l. 6. Hist. Eccles. passim.

Chronic. Ebraicum Tzemach. David.

Lamprid. in Heliogab.

CAPUT

Caput VIII.

DE

M. AURELIO SEVERO ALEXANDRO.

Anni sunt 13. dies 9. ad A. C. 236.

AURELIUS ALEXANDER urbe Arcena natus, Heliogabali consobrinus fuit. In ejus imperio præter bellum Parthicum & Germanicum, de quibus in suis locis agemus, multa egregia occurrunt. Sanè tribunos, qui per stellaturas militibus aliquid tulissent, capitali pœna affecit. Leges de jure populi & fisci moderatas & infinitas sanxit; nullam constitutionem sine XX jurisperitis tulit, ut nemo salutaret Principem, qui se furem esse nosset, per præconem edixit: Libertinos nunquam in equestrem locum redegit; seminarium senatorum equestrem locum esse asserens, molliorem potestatem securiorem & diuturniorem existimavit. Vectigalia civitatum ad fabricas proprias deputavit, fœnus publicum trientarium exercuit: à mulieribus famosis matrem & uxorem suam salutari vetuit; infames publicari jussit, aurum negotiatorium & coronatorium Romæ remisit. Symbolum hoc: QVOD TIBI FIERI NON VIS, ALTERI NE FECERIS, usurpavit. Milites adeo severè habuit, ut semel integram legionem exauthoraret. Hac illius severitate exasperati, eum in Germanica expeditione in tabernaculo occiderunt.

Ael. Lampr. Dio xiphil. in Alexandro.

CON-

CONTEMPORANEA.

AFRICANA *Teixera Persica Historia l. 1. c. 25.*

Apud PARTHOS exorta est nova Dynastia. *Artaxerxes* enim, qui & *Ardschir*, *Babecan*, & *Aschks*, aliis *Ardschir*, *Xerxes* & *Darsam* dictus, Babeci Coriarii, seu potius Samani, filius; ille enim cum ex arte astrologica progeniem hujus ad regnum destinari cognovisset, uxorem suam ei obtulit, & puerum natum pro suo educavit; jugum Parthorum excussit & Artabano aliquoties præliis victo, tandem * occiso, imperium arripuit. Rex factus, loca à Romanis ademta, ab Alexandro repetiit; cumque legati violarentur, in Armeniam irrupit; Romanum exercitum ab Alexandro quasi desertum, ingenti calamitate affecit; & Cælesyriam cum Chaldæa & Palæstina sibi subjecit. Dicitur etiam cujusdam Regis filiam, ob proditam sibi arcem Rahel connubio junctam, perfidiam similem metuens alligatam equorum caudis, membratim discerpi jussisse. Lampridius Persas, vehementer afflictos, tum primum Romanis servire cepisse affirmat.

Herodianus l. 6.

Elmacin. in Hist. Arab. apud Hotting. H. Orient. p. 107.

AFRICANA In AFRICA nihil occurrit.

EVROPÆA Magn. l. 7. cap. 8.

In SVECIA successit patri *Hacho* seu *Heron*, postquam Sigerum Danum interfecisset. Mox à Sigeri filio Sivaldo, quod fastuosum Danis præfecisset, bello petitus, in eo occubuit, *Sivardo II.* interim regni Gothici sceptra occupante.

Contra GERMANOS Rhenum & Danubium transgressos, expeditionem infelicem suscepit Alexander. Cum enim impatientem disciplinæ militem severius constringere vellet, & mul-

& multos exauthoraret, ab iisdem, ut dictum, interfectus est.

De reliquis nihil occurrit.

In SCOTIA successit *Athirco.*

Sub Alexandro floruere, *Ælianus Sophista,* à Philostrato maximè laudatus, quod Romanus homo tam probè atticissaverit: *Longinus Philosophus* qui de principiis scripsit: *Ammonius Alexandrinus,* qui fidem Christianam cum Philosophicis studiis integram & illibatam ad extremum usque servavit: *Ulpianus Jurisconsultus,* à militibus ob severitatem obtruncatus: *Dion Cassius,* Historicus vir Consularis, qui Pannoniæ præfectus, cum se militibus ob disciplinam exosum videret, in Bithyniam secessit. Tum etiam aliquot civitates, *terræ motu* collapsæ, ab Alexandro, data pecunia, restitutæ sunt.

Sacra.

ROMÆ sedere * *Urbanus I. Pontianus* & * *Antheros.* *Urbanus* ministeria sacra omnia argentea fecit, patinas argenteas viginti quinque apposuit & ut sacerdotibus liceret prædia atque fundos à cultoribus religionis oblatos recipere, constituit. Hoc sedente *Ecclesia* sub initiis Alexandri, revocante vetera edicta Ulpiano, *persecutionem* passa est, & numerantur inter martyres *Agrippinus* adolescens, *Calepodius* Presbyter Romanus, *Pammachius* Consul cum Uxore & aliis quadraginta, *Cæcilia* & *Martina* virgines &c. Decessit Ulpiano seu Mammææ Matris cura, quæ ab Origine in Christianismo instruebatur, ita Alexan-

Polydor. Virgil. de inventor. rerum.

Alexandri ipsius superstitione, qui in laravio Apollonium Christum, Abrahamum & Orpheum coluit, & Christum templo honorare voluit, tradata est. *Pontianus* in Sardiniam Insulam deportatus, multas calamitates ibidem perpessus est. *Antheros* statuisse creditur, ut acta martyrum consignarentur, & ut liceret uno omisso Episcopatu ad alium transire. Inter *Patres* Ecclesiæ fuêre *Germianus*, *Hippolytus*, *Beryllus*, *Zebennus*, *Heraclas*, *Tryphon*, *Firmilianus* &c. Tum etiam Origenes Biblia sua tripartita concinnavit, & Tyri * perfecit. Inter JVDÆOS, quibus tum permissum præfectum habere & in Palæstina habitare, floruit *R. Jehoschua* filius Levi, qui cum Romam divino ductu venisset, Messiam ad portam Romanam inter pauperes & ægros offendisse & allocutus fuisse, fingitur. Circa hoc tempus, aut paulò ante, fuit *Raf Chanan*, filius Tachliphæ, qui ex scripto Assyriaco, linguâ sanctâ conscripto & à milite redempto, mundum post annum 4291 a creatione perfectum iri, interim bella Draconum, Gogi & Magogi futura, reliquum tempus Messiæ cessurum, nec tamen ante septimum millenarium mundum renovatum iri, affirmabat.

Euseb. l. 6. cap. 18. 27.

Thalmud. Sanhedr. cap ult.

Pereck Cheleck apud Schickard. in Mischp. Theor. 20.



CAPUT

Caput IX.

DE

MAXIMINO THRACE, GORDIANO ET PHILIPPO ARADE.

Anni sunt 15. menses 6. ad A. C. 251.

ALexandro trucidato, MAXIMINUS patre Gotho, matre Alanâ natus, qui bubulcum in juventute egerat, primus e militibus ab exercitu Imperator salutatus est. Verum breve nimis ejus fuit Imperium. Cum enim in conscios generis sui sæviret & ficta Magni cujusdam consularis factione IVM inauditos & indefensos occidisset, à Romanis hostis judicatus est: Africanus vero exercitus *Gordianum*, senem octogenarium, ad imperium adegit. Hoc à Capeliano quodam, quē à Maurorum præfectura removerat, postquam filium acri prelio victum jugulasset, ad laqueum adacto. Senatus *Maximum Pupienum* & *Clodium Balbinum* Augustos fecit. Prætoriani *Gordianum*, occisi nepotem, adjunxere. Opposuit se quidem eis Maximinus, sed cum Aquilejam frustra tentasset, & fame, interceptis à Maximo omnibus locis, laboraret inque milites sæviret, unà cum filio ob superbiam inviso, in castris obtruncatus, cadavera canibus exposita, & capita contis infixa, Romam missa sunt. GORDIANUS, interemtis à militibus collegis, solus imperium tenuit, illudque opera Misithei soceri & Pretorio Præfecti egregie administravit, & non tantum Sabinianum in Africa tumultuantem, per præsidem Mau-

Herod. l. 7. cap. 8.

Julius Capitolinus in Maximino. Eutropius l. 9.

Capitol. in Gordiano tertio. Eutrop. l. 9.

Mauritaniæ oppressit, sed & Persas, de quibus in Persicis, feliciter rejecit. Eo mortuo in odium militum, quòd in ea loca duxisset, in quibus annonari non poterat, incidit, & Philippum quasi tutorem accepit, cujus etiam artibus, anno imperii sexto, in finibus Persidis occisus est. Familiæ Gordiani hoc Senatus decrevit, ut à tutelis atque legationibus, nisi si vellent, posteri ejus semper vacarent. JULIUS PHILIPPUS ARABS, patre latronum ductore natus, assumto in collegam filio *C. Julio*, qui nunquam visus est risisse, intra sexennium, quod regnavit, *domi* quidem annum urbis millesimum, ludis (in quibus exhibiti triginta duo Elephanti, decem tigres, leones mansueti LX, Leopardi XXX, gladiatorum paria mille &c.) celebravit, exoletorum classes sustulit, & Poëtas propter Poëseos abusum lege latâ ex albo professorum bonarum artium expunxit: foris verò Bosram munivit; Carpos, Istri vicina populantes, victos in fœdus recepit, & *Jotapianum*, in Imperatorem à legionibus Pannoniis electum, per Decium deturbavit. Tandem à Decio, quem contra Marinum, Jotapiani Complicem miserat, in imperatorem electo, ad Veronam victus, vitam amisit.

Lamprid. in Alexandro.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA

Agathias l. 4.

Apud PERSAS successit Ardschiro *Schabur* seu *Sapores* Filius, qui cum multa damna Romano, Imperio in Mesopotamia & Syria intulisset, à Gordiano juniore bello petitus, & frequentibus ad Antiochiam prælis attritus, Nisibi, Antiochia &

& Carrhis amissis, in Persiam redire necesse habuit. Elmacinus verò multa in Syria occupasse oppida, Ciliciamque & Cappadociam occupasse scribit. Maxima tum Misithei erat opera, qui prioribus limitaneis civitatibus ita providit, ut nulla esset, quæ non posset per annonam eò convectam exercitum populi Romani & Principem ferre.

In AFRICA nihil occurrit, illa si excipias, quæ in Maximino Thrace & Gordiano juniore recensita sunt. AFRICANA

SVECIS præfuere successivè Ingo I. qui oppresso Sivardo, Gothicum regnum occupavit, & [illegible] convocatis Upsaliæ Comitiis, consentientibus proceribus, ut caput & sedes regni Sueciæ Upsala censeretur, constituit: & Neardus, qui post clarus inter Deos relatus est. Sivardi filia fuit Alvilda, quæ à nullo viro suam pulchritudinem videri passa est; & ne otio torpesceret, piraticam exercuit. SVECIA [illegible] c. 7. c. 8. [illegible]

Apud GERMANOS fuit in FRISIA post Bo[illegible]balum Ubbo, qui intra LIX, quibus regnavit, annos Doccoburgum ad Lavicam, Timburgum ad Amasum condidit. Filius ejus Odilbaldus, ad Imperatorem Valerianum, ignaro Parente, ivit, & cum Diocletiano Ægyptum peragratus est. Emmius Hist. Fris. l. 3.

In SCOTIA excepit Athirconem Nathalocus.

Claruere tum Plotinus Philosophus Platonicus, qui fuit corpore gracili, valetudine tenui, & morbo sacro obnoxius: docuit Romæ. Titianus, Maximini junioris præceptor, qui quod [illegible] mutatus esset, simia sui temporis audiebat. Suidas. [illegible] l. 2. [illegible] Max. Jun.

Nullum erat studii genus, in quo non aliquid tentallet. *Marius Maximus*, homo omnium verbosissimus: qui se mythistoricis voluminibus implicavit. *Censorinus*, artis Grammaticæ doctissimus, qui illustre de die natali volumen confecit. *Cordus*, qui Maximinum scripsit corpore ita vasto fuisse, ut octo pedes digito videretur egressus, pollice ita vasto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo, bibisse sæpe in die vini Capitolini amphoram, comedisse & LX libras carnis. *Q. Serenus Sammonicus*, qui de curandis morbis a capite ad pedes capita LXV carmine Heroico conscripsit. *Samuel Jarchinas*, qui primus horam in scrupulos 1080 divisisse videtur. Tum etiam *Eclipsis Solis* facta est tanta, ut nox crederetur, neque sine luminibus accensis quicquam agi posset. *Terræ motus* gravissimi ingruerunt, ita ut urbes quidam hiatu terræ absorberentur, Theatrum Pompeji, & Hecastylon, ubi athletæ exercebantur, *igne* cremata sunt.


...icius in ...ator Ty-...nus. ...un. A-...m ad ...ianum.

SACRA.

Euseb. Hist. ... l. 6. c. 21.

ROMÆ successit Anthero *Fabianus*, qui cum nuper rure in urbem commeasset, Columba in ipsum devolantis omine dignitatem assecutus est. Putatur septem Diaconos & totidem hypodiaconos constituisse, & Martyrum Cœmeteria ædificiis exornasse. Sub eo exorta est persecutio, quæ in solos Ecclesiæ Doctores exercebatur, & fuerunt inter Martyres, *Protoclerus*, Presbyter Cæsariensis, & *Pamphilus*. De Philippo dicitur, quod religionem Christianam amplexus fuerit.

erint. Ex Patribus fuere *Methodius* Origenis Antagonista. *Dionysius Alexandrinus*, qui cum hæresin Sabellianam nimis impugnaret, aliam substantiam filii, quam Patris, asseruit, & Spiritui Sancto honorem adorationis detrahere visus est. Schisma inter Africanos & Occidentales *Euseb. l. 7. c. 3.* ortum est, quod illi ab hæreticis baptizatos ad Ecclesiam redeuntes rebaptizandos censerent, hi negarent. Alexandriæ excepit Julianum, postquam moribundo, & quidem hyeme racemum casu invenitum obtulisset, *Demetrius*, qui deum secreta peccata detegendi habuisse dicitur. Sub eo *Dionysius* Sabbatæ, Hieroclæ successor, & ex opilionatibus unus, postquam Epistolas Pauli sedulò legisset, Christianissimum amplexus est. Ex *Hæreticis* erant *Arabes*, qui animas cum corporibus exstinguere, & pariter cum illis resurrecturas delirabant; & *Helcesaitæ*, qui satis esse dice- *Euseb. l. 6. c. 38.* bant, si quis corde fidem teneret, quamvis ore non confiteretur.



CAPUT X.

DE MESSIO DECIO, VIBIO, GALLO, ET ÆMILIO ÆMILIANO.

Anni sunt 3. ad A. C. 254.

Jornandes de reb. Gothicis.
Zosim. l. 1.

OMnium horum ut breve, ita minus felix imperium fuit. *Decius* à militibus Pannonicis Imperator salutatus, Roma post mœnium dedicationem digressus, Lucium Priscum in Macedonia, Julium Valentem Romæ, æmulos habuit: & utut Gothos, ob detracta stipendia, Mæsiam, duce Cniva, vastantes, aliquot præliis superarit; tamen Philippo poli à Cniva expugnata, & L. Prisco in partes transeunte, non tantum Hetruscum Filium amisit; sed & ipse, dum mortem filii vindicare cupit, à Vibio Gallo deceptus, & à Gothis circumseptus, voraginibus haustus est. *Vibius Gallus*, Gothis prædam de Romanis captam permisit, & pensionem stipulatus, fœdus cum iis pepigit: Mox Volusiano F. Imperatore declarato, cum Scythas, Thraciam, Macedoniam, & Græciam diripientes, vincere non posset; & interim à Boranis, Burgundis & Persis premeretur; pacem cum iisdem init, & *primus Imperatorum, Barbarorum Stipendiarius* factus est. Tandem eosdem tributo non contentos, & Dardaniam, Thraciam, Cappadociam etiam vastantes, per Æmylianum qui eosdem vicit; sed hoc in imperatorem à militibus electo.

Zosim. l. 1.
Aurelius Victor.
Eutropius.

electo, imperium amisit, & a suis desertus, cum filio interfectus est. *Æmilius Æmylianus* genere Maurus, etsi Senatui per legatos pollice-retur, se barbaros Thraciâ, Persas Syriâ expulsurum, & imperium Senatui relicturum, sibi præfecturam militum assumturum: hostis tamen judicatus est: mox AUGUSTUS appellatus, recedente ex Germania (quo, ut legiones contra Persas adduceret, a Gallo missus erat) L. Valeriano, a militibus suis, ne civili bello perirent, occisus est.

Contemporanea.

Apud PERSAS, *Shabur* seu *Sapores* (*Dul-aktaph*, quod gigantea statura & latus armos esset, vel potius quod Arabibus devictis scapulas abscinderet, dictus) Mesopotamiam & Syriam vastavit, & Antiochiam cepit, nec, distractis interim aliis bellis imperatoribus, coerceri potuit. ASIATICA.

In ARABIA præfuere HIRENSIBUS ad Phirozi Persæ tempore, *Amrus* Amrûl Kaili F. cujus matris Mariæ inaures in proverbium abivere. Post eum intercisa a duobus Amalekitis successio, quos exceperunt *Amri o'l Kai* cognomento *Almohrek*, quod primus supplicium ignis induxit; *Al Nooman alawar*, i. e. luscus F. qui proverbiis decantatas apud Arabes arces *Chawarnek* & *Al Sadir*, Senemmaro architecto usus, quem post, quod jactasset, sic constructum palatium, ut uno lapide, quem solus sciebat, amoto, totum necesse esset corruere, de-

fastigio præcipitem dedit) in gratiam Jasdigerdis Regis Persarum exstruxit, inq; iis Bahramum Gaur educavit.

AFRICANA Ex AFRICANIS nihil occurrit.

Tritbemius. In EUROPA obveniunt SICAMBRI, apud quos Helderico successit filius *Bartherus*.

Eunopius in Porphyrio. Ex Eruditis fuere *Dexippus Herennius* Athenienfis, qui temporum historiam contexuit vir in liberalibus disciplinis & facultate logica versatissimus, & *Dionysius Historicus*, cujus Jornandes mentionem facit. Tum etiam *pestis* adeò sævit, ut Romæ singulis diebus ad quinque millia in rationes libitinæ venirent. Grassata est ferè per decennium.

SACRA.

Tomus I. Conciliorum. ROMÆ post Fabianum fuere *Cornelius*, & *Lucius*. *Ille* decrevisse putatur, ne juramenta vel à jejunis, vel à pueris decimum quartum annum non egressis, fierent. Capite, quod in *Martis* templo sacrificare nollet, plexus est. Sub eo Decii mandato Ecclesia ingenti *persecutione* agitata est, in qua multi, ut *Babylas Antiochenus*, *Alexander Jerosolymitanus* Episcopi, virgines XL, *Laurentius Diaconus* Romanus, & alii innumeri martyrio affecti sunt: quidam apertè Diis sacrificarunt, ut *Origenes*; quidam privatim. Septem dormientes * in antrum confugere; & *Paulus* primus *Eremita* factus est. *Lucius* presbyteros & Diaconos post ordinationem cum propriis uxoribus concumbentes, à ministerio removisse, & ne Clericus ad taberna-

lam

lum fœminæ solus accederet, decrevisse creditur. Sub eo exortus est. *Novatianus* hæreticus, qui Apostatas resipiscentes in Ecclesiam recipi non debere contendebat. Damnata est hæc hæresis quadruplici Synodo, quarum priores duæ in Africa, reliquæ Romæ celebratæ sunt. Data & Sacerdotibus Apostatis venia, sed ab officio removebantur. Damnatus & *Felicissimus*, qui omnes absque conditione recipiendos, contendebat.

Caput XI.

DE LICINIO VALERIANO ET GALLIENO FILIO.

Anni sunt 15. ad annum 269.

LICINIUS VALERIANUS summo totius orbis favore ad imperium evectus est, quod vita ipsius censura crederetur, sed ipso nullus calamitosior Romano præfuit imperio. Scythis cum Marcomannis Græciam & Macedoniam tanto cum terrore vastantibus, ut Athenienses muros reficerent, Peloponnesii Isthmum munirent, Gallienum filium immisit. Cum reprimi a *Marcegiano* revocato, non possent. In Cappadocia ipsis occurrit; sed peste exercitum depopulante, inglorius rediit. Saporem, A[illegible] Cyriadis incursantem, & multis urbibus potitum, pecunia frustra avertere studuit: tandem à Macrino eidem traditus, ignobili ser- *Trebell. Pollio in Valerian. Zosim. l. 1.*

vitio consenuit. Persa enim equum conscensurus, pro scabello eum habuit, ac in extrema senectute vivo cutem à cervice ad pedes detraxit, & sale conspersit. Sub GALLIENO, quod ganeis deditus, non aliter Rempublicam gessisset quam pueri per ludibria fingere potestates solent; a tot raptum est imperium, ut XXX ejus ævi numerentur *tyranni*. Ex his *Macrianus* Aureolo deditus occisus est. *Odenatus* Palmyrenus, Zenobiæ alterius Semiramidis maritus (de quibus in Persicis,) à militibus, instinctu uxoris*, ... interfectus est. *Ingenuum* Pannoniæ præfectum Gallienus vicit. Eadem *Balistæ*, *Valentini*, *Æmyliani*, *Regilliani*, *Saturnini*, *Trebelliani*, *Celsi*, &c sors fuit. *Posthumus* Galliæ præses, Gallias quidem per septennium, accitis in auxilium Francis tenuit, & à Gallieno, qui interim cum Aureolo [illegible]annonia pacem fecerat, frustra tentatus est. Sed a Lolliano & Victoriano rebellibus occisus est. *Lollianum* ob nimiam laborum exactionem milites interemere. *Victorianus* ob cupidinem mulierariæ voluptatis à milite quodam interfectus, victoriâ, quæ mater castrorum dicebatur, agente. *Marium* fecit opificem successorem habuit. *Marius*, qui cetera venientia digito repulisse dicitur, tertia die à servo jugulatus est, quem *Tetricus* cum filio cognomine excepit. *Aurelius* ad pontem Cognominem victus, & Mediolanum rejectus est, quam cum Gallienus suasore Claudio obsedisset, ducibus Martiano & Heracliano, telo ab incerta manu misso transfixus, interiit, anno imperii nono.

Trebell. in Gallieno & XXX Tyrannis.

Con-

CONTEMPORANEA.

In PERSIA destituit *Saporem* contra Odenatum Palmyrenum fortuna. Hic enim Nisibin cum omni Mesopotamia recepit: Saporem acie vicit, & thesauris ipsius, nec non concubinis, ad Ctesiphontem potitus est, sicque *Augusti* nomen, & monetam victoriis suis insignem a Gallieno meruit. Eo occiso arripuit imperium *Zenobia* uxor, quæ etiam Persis magnas clades intulit, & in Ægyptum usque potentiam suam extendit. Sapores furorem, clade conceptum, in captivos effudit; & cum ad angustam vallem, qua jumentis non dabatur transitus, pervenisset; corporibus Romanorum illam replevit, & per complanata cadavera iter fecit. *ASIATICA*

In ÆGYPTO à Tyrannis, Saturnino, Celso & Æmiliano turbatum est. Iste inprimis, cum seditione Ægyptiorum turbaretur, sumpto imperio, seditiosos, occupatis horreis compressit, & multos ad famem adegit: mox à Theodoto Gallieni Duce captus, vivus in potestatem Cæsaris venit. In eandem & Zenobia potentiam suam, ut diximus, extendit, fœmina Cleopatrarum familiam jactans, imperiali sagulo per humeros induta, diademate etiam ornata. Adorabatur more Regum Persarum; ad conciones galeata cum limbo purpureo gemmis pendentibus per mediam fimbriam media etiam clade, veluti fibula muliebri adstricta, brachio sæpe nudo procedebat, &c. *AFRICANA. Aurel. Victor. Trebell. in Zenobia.*

GERMANI aliquot exercitibus Romanum imperium vastabant. Catti & Saxones Raven- *EVROPÆA*

 nam

nam cepere, & Italiæ minitati sunt. Suevi irruere in Pannoniam. FRANCORUM nomen sub Gallieno innotuit. Nam & Posthumo suppetias tulère, & Gallias ingressi ad Pyrenæos usque montes omnia vastavère. Videntur sedes suas eodem loci habuisse, ubi Sicambri Rhenenses & maritimi Istævones Plinii & Taciti, propriè dicti Germani: sub quibus Bructeri, Chamavi, Angrivarii, Tencteri, Usipii ac Frisii, nec non reliqua inter occiduum Rhenum, Oceanum, & Albim ferè manus continentur, fuère. Hinc Poëtæ & Francos *Sicambros* dicunt, & Franciam *Sicambriam*, ut de cæteris taceam.

Pontanus in Originib. Francor.

In SCOTIA successit Nathaloco *Findoccus*.

Inter claros viros fuère *Porphyrius* Philosophus, Christianis infensissimus, qui vitas Philosophorum & alia quædam scripsit; *Nicerichus Oasites*, qui res patrias dedit; *Annius Astyanax*, *Pabfurius*, *Sura*, *Celestinus*, *Acholius*, *Julius Aterianus* & *Gallus Antipater*, ancilla honorum, & historicorum dedecus nestamentum. Tum etiam Libya, Asia, Roma *motæ*, & multæ urbes mari *absorptæ* sunt. *Pestis* ita grassabatur, ut uno die quinque hominum millia Romæ defungerentur.

Joā Tretzes Chil 7. hist 103.

Trebell. Pollio in Claudio.

SACRA.


ROMÆ fuère post Lucium successive * *Stephanus*, *Xystus*, & *Dionysius*. Sub *Stephano* excota est controversia de iterando Baptismate, quod Nova-

258 Novatianus omnes ab Eccleſia ad ſe tranſeuntes rebaptizaret, & *Gregorius Neocæſarienſis* vixit. Eccleſiam Valerianus benignè primo complexus, à Magis Ægyptiis inductus, mox perſecutus eſt. Inter Martyres fuêre *Philippus* Epiſcopus Alexandrinus, & *Cyprianus*. Gallienus mitiſſime Chriſtianos habuit. *Xyſtus* putatur decreviſſe, ut Eccleſiæ & altaria verſus Orientem verterentur, & Miſſa ſuper altari celebraretur. Sub Dionyſio, qui presbyteris Eccleſias diviſiſſe, & cœmeteria, parochias & diœceſes conſtituiſſe creditur. *Noetus* unam tantum in Deo perſonam aſſeruit: *Sabellicus* diſcipulus eandem ut filium paſſam eſſe dixit: *Hermogenes* Corpus Domini in ſole repoſitum, docuit: *Nepos* Epiſcopus Ægyptius Chiliaſtarum errorem renovavit: *Samoſatenus*, Epiſcopus Antiochenus, Spiritus Sancti divinitatem negavit, filium Dei, antequam naſceretur ex Maria, non fuiſſe, vitæ bonæ merito, divinitatem adeptum aſſeruit. Celebratum eſt contra eum bis *Antiochiæ Concilium provinciale*; cum ſententiam non mutaret, Epiſcopatu dejectus eſt.

Caranza in ſumma concil.

Caranza in ſumma concilior.

Epiphan. Theodoret. Euſeb. l. 7. cap. 5.



Caput

CAPUT XII.

DE

FLAVIO CLAVDIO, ET M. AURELIO AURELIANO.

Anni sunt 7. ad annum Christi 276.

Aurelius Victor. Trebell. Pollio in Claudio.

CLAUDIUS Palmata, regiis indumentis à Gallieno sibi missis receptis, Imperium occupavit. Plures hostes habuit. *Aureolum* nempe, quem aggredi, quòd Reipublicæ potius hostes quam Principis aggrediendos diceret noluit. *Alemannos*, quorum magnam multitudinem apud Benacum lacum fudit. *Gothos* cum Peucinis Grutungis, Austrogothis, Herulis, quos diversis in Mœsia ad Marcianopolim & Thessalonicam præliis fudit, & in Hæmum montem fugatos fame ad mortem adegit. *Scythas*, quos Cyprum & Cretam vastantes, profligavit. *Zenobiam* denique (de qua in Ægyptiacis agemus). Periit peste, postquam annum unum, menses decem imperasset. Frater ejus *Quintilus*, vir imperio dignus, ob severitatem à militibus decima septima die interemtus est. *Aureliano foris* cum Marcomannis, Zenobia, Firmo, & Tetrico, præcipuè: *domi* cum monetariis res erat. *Marcomanni* cum Sarmatis & Suevis Mediolanum usque excurrebant, Occurrentem ad Placentiam ingenti clade affecerunt: tandem divina ope imploratâ monstris quibusdam impliciti, ter à Romanis victi sunt. *Zenobiam*, postquam Thyanam proditione, Antiochiam certamine occupasset, apud Edessam aggressus, cum Zabda, ipsius socero, interempto

Vopiscus in Aureliano. Eutrop. l.9.

Pal-

Persarum auxiliis, corruptis Saracenis & Armeniis, victis per Aurelium Probum Ægyptiis, fudit, retractamque ad triumphum servavit. Palmyram, in cujus obsidione periclitatus est, cepit: post rebellem excidit. De Firmo in Ægyptiacis dicemus. *Tetricus*, qui Gallias & Hispanias obtinebat, levi momento victus est. Nam cum is exercitus sui scelera ferre non posset, dedidit eum, & Lucaniæ præfectus post triumphum factus est. *Monetarii* vitiatis pecuniis, metu pœnæ tantum excitarant bellum, ut in Cælio monte septem millia confecerint. Hos aggressus, crudelissimè compescuit, & plurimos nobiles capite damnavit. Ampliavit & muros urbis, ut ambitus eorum quinquaginta milliaria continerent. Fiscales calumnias consumtas igni tabulis & militum amnestia delevit, & fures provinciales persecutus est. Edictum ad milites ita proposuit. *Si vis tribunus militum esse, imo si vis vivere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, ovem nemo contingat, uvam nullus auferat, &c.* Occisus est, indicto Persis bello, in itinere Mnesthei notarii fraude: qua re detecta bestiis objectus est. Ejus tempore *Sericum* ex India apportabatur & auro æquiparabatur. Ipse primus apud Romanos Diadema capiti innexuit & auratâ veste usus est.

Contemporanea.

In PERSIA occisus est procellosâ quadam nocte a sicariis, anno regni tricesimo primo [illegible]; ac ne cædes patefieret, retinacula tentorii incisa sunt, ut irruente vento corruerent, ipse vi tempe- *ASIATICA*

tempestatum oppressus crederetur. Exceperunt eum successivè * *Ormisdas* seu *Hormos* & † *Bahram* seu *Vararanes*. Ille nihil dignū relatu gessit. † Iste *Bahram Maadim*, id est, Rutilus, quod nativitatis horâ Martem fausto cœli loco positum habuerit; *Seganschah*, quod Segestanos devicerit, & *Kirmanschah*, id est, Carmaniæ Rex, dictus est. Tarich Musulmanicum *Norsum* seu *Narsetem* priori subjungit. Sed & apud alios series perturbata est. Nam post Shaburem Dulaktaph ponunt. *Homozum Bahramum* Bahrami F. cui quædam cum *Schabarman* Mago, quique Manetem & ducentos ejus asseclas infixis capitibus luto inversis, occidisse putatur, *Bahramum II*, & *Hormozum* ejus fratrem, cui alter *Hormoz* Nors successerit.

Schickardus in Tarich. Teixera in Regibus Persicis.

AFRICANA

In ÆGYPTO partim contra Zenobiam, quæ eam duce Sabda & Timogene occupaverat, partim contra Firmum actum est. Illius exercitus continuis pugnis à Probo maris præfecto victus & ejectus est. Sed cum Probus Timogenis insidiis sibi ipsi manus intulisset, mansit Ægyptus in potestate Zenobiæ, donec ab Aureliano intercepta fuisset. *Firmus*, captâ Zenobiâ, Ægyptum sine insignibus imperii, ac si libera esset civitas, rapuit: sed & ab Aureliano fugatus, obsessus, cruciatus, occisus eadem mox excidit. Aurelianus Festivus cum inter Crocodilos, unctum Crocodilorum adipibus, natasse, & Elephantum rexisse, & hippopotamos edisse, & sedentem in gentibus Struthiocamelis vectum esse, & quasi volitasse credit. Incudem pectori super positam aliis tundentibus, constantissimè pertulit, cum ipse

Vopiscus in Firmo.

Vopiscus in Firmo.

ipſe reſupinus & curvatus in manus penderet potius quam jaceret.


In GERMANIA apud SICAMBROS inſe- *EVROPÆA*
271 cutus eſt Bartherum * *Clodius*.

271 Apud SCOTOS excepit Findoccum * *Do-* *Buchan.*
272 *naldus II.* & hunc † *Donaldus III.* *Hiſt Scot. lib. 4.*

Ex doctis fuêre *Aurelianus Feſtivus*, qui vitam Firmi deſcripſit: *Cornelius Capitolinus*, qui *Trebellius* Zenobiam mulierum orientalium ſpecioſiſſimam *Pollio.* prodidit, &c. *Scholæ Surenſis* & *Pombedstana*, quæ *Zacuth in* ſuos Rectores per octingentos & viginti annos *Jouchaſin.* continua ſerie numerabant, tum floruere, & in iis *Raf Ada*, Mathematicus inſignis

Sacra.

171 ROMÆ ſedebat mortuo Dionyſio *Felix* *, & *Platina in*
73 poſt eum † *Eutychianus*. *Felix*, ut Miſſæ ſupra ſe- *ipſor. vitis.*
pulchra aut memorias martyrum quotannis eorũ nomine celebrarentur, conſtituiſſe creditur. *Eutychianus*, ut fruges fabæ & uvæ ſuper altari benedicerentur, decrevit. Interim Eccleſia à perſecutione non vacabat. Sub *Claudio* ducenti ſeptuaginta duo Chriſtiani extra muros portæ Salariæ educti, in amphitheatro à militibus confoſſi: & quadraginta ſex milites, quod baptiſmum ſuſcepiſſent, decollati ſunt. Apud ETHNICOS exſtruxit Romæ Soli templum Aurelianus.



Caput

CAPUT XIII.

DE

M. CLAUDIO TACITO, AURELIO PROBO, M. AURELIO CARO.

Anni ſunt 9. ad A. C. 285.

Vopiſcus in Tacito. POſt mortem Aureliani TACITUS Imperator à Senatu dictus eſt, & intra ſex, quos imperavit, menſes, ſi *externa* ſpectes, Scythas per Mæotidem paludem erumpentes, & Pontum ac Ciliciam vaſtantes, repulit: ſi *domeſtica*, Capitale eſſe ſanxit, cum bonorum proſcriptionem, ſi quis argento publicè privatimque æs miſcuiſſet, ſi qui auro argentum, ſi quis ære plumbum. Pecuniam, quam domi collegerat, in ſtipendium militum vertit: Cornelium Tacitum in omnibus Bibliothecis collocari juſſit. Sextarium vini totâ die nunquam potavit. Uxorem gemmis uti paſſus non eſt. Quidam tumultu militari occiſum referunt. Frater ejus *Florianus* imperium rapuit, ſed eo vix uno & altero menſe gaviſus eſt. *Probo* continua ferè bella fuêre. *Primum* contra Germanos, de quo in Germania. *Alterum* contra Sarmatos in Illyrico, quos ita contudit, ut omnia ferè ſine bello reciperet. *Tertium* contra Lydium & Palfurium latrones, qui Pamphyliam & Lyciam invadebant. Hos Cremmæ obſeſſos, Lydio occiſo, ad deditionem adegit. *Quartum* contra Saturninum Gallum, de quo in Ægyptiacis *Quintum* contra Proculum Albingaunum, duo ſervorum millia habentem, quod ſe AUGUSTUM ſalu-

Vopiſcus in Probo.

salutari passus fuisset. Hunc, prodentibus Francis, quibus familiare fuit ridendo fidem frangere,
282 vicit & interemit. *Sextum* contra Bonosum Britannum, limitis Rhœtici Ducem, qui, quantum bibebat, tantum mingavit, & in vino prudentior esse videbatur, quod metu pœnæ ob incensas à Germanis Romanas lusorias imperium sumsisset. Hic gravi prælio victus, laqueo vitam finivit, &
278 *amphora pendens* dictus est. Antequam hæc acciderent, consevit Probus Almam, Illyrici mentem, militari manu fossum, vitibus, & centum
280 Bastarnarum millia bono successu ex Gepidis & Vandalis, haud paucos sinistro, in solo Romano collocavit. Occisus est ab exercitu, irritato quòd ad siccandam lacunis urbem adigeretur. *CARUS* sumpto imperio *Carinum* & *Numerianum* Cæsares dixit, & intra hunc, quo imperavit, annum, *Vopiscus in Caro.*
283 Sarmatas bella patiendo ita contudit, ut Pannoniam liberaret. In Persia quoque multa gessit, de
284 quibus, in Persicis. Exanimatus est fulmine: post mortem ejus *Numerianus* ab Apro Socero interfectus, & *Diocletianus* Imperator salutatus est.

CONTEMPORANEA.

Apud PERSAS excepit Vararanem I, * *Vararanes II*, & hunc † *Vararanes III*. Hoc regnante Carus, Mesopotamiam cepit, & Ctesiphontem usque progressus est: distractisque seditione Persis nomen *Imperatoris Persici* meruit. *ASIATICA* *Vopiscus in Caro.*

In ÆGYPTO turbas dedit, accepto ab Ægyptiis imperio, *Saturninus Gallus*, orientalis *AFRICANA.* *Vopiscus in Saturnino.*

limitis Dux, cumque eum clementissimis literis ad obedientiam flectere Probus non posset, variis præliorum generibus victum, in castrum quoddam compulit, in quo obsessus, invito Probo, interiit.

EVROPÆ. GERMANIS bellum cum Probo erat, quod Gallias occupassent. In eo multa prælia facta, sexaginta civitates receptæ, quadraginta hostium millia cæsa, & Germania ita subacta, ut hostes ultra Necrum removentur. SICAMBRI, quos Francos esse diximus, postquam concessu Probi in Thracia fines Romanos occupassent, fide fractâ, totam Græciam turbavêre: in Siciliam delati Syracusas cepêre, in Africa Carthaginem possedere, & circumnavigatâ Hispaniâ, in patriam reversi sunt. Hoc temporis tractu BURGUNDI,

Heuterg l. 1. Rer. Burgundic. sine dubio, quod vicatim habitarent, *Bourgwoonders* dicti à Gothis suis sedibus pulsi in Alemaniam descenderunt, & vario contra incolas successu depugnantes, sedes tandem liberalitate ipsorum, in illis partibus, quæ nunc Palatinatus Rheni & Marchionatus Badensis titulo, gaudent, obtinuerunt. 280

Apud SCOTOS fuit post Donaldum III. *Crathilindus.* * *284

Vixêre tùm *Suetonius Optatianus*, *Gellius Fuscus*, *Onesimus*, *Fabius Cerilianus*, *Aurelius Apollinaris*, *Fulvius Asprianus*, &c. *Numerianus* cum Olympio Nemesiano & Aurelio Apollinare poëtis de palma contendit, editisque suis carminibus, eos veluti radio solis obtexit.

Vopiscus in Numeriano

SACRA.

Sacra.

* 283 ROMÆ fuit post Eutychianum * *Cajus*. An- *Agathias*
277 tequam succederet, exortus est *Manes Persa*, qui *l. 2.*
duos Deos, unum bonum, alterum malum, quos *Euseb. l. 7.*
Hornusdatim & *Arimanem* vocabat, statuebat, *c. 31.*
pro Christo se venditabat. Animas, Deo coæternas, in animalia per diversos nascendi circulos redire, peccata esse necessaria, eum qui uxorem duxerit, post mortem in aliud corpus transire, & fœminam fieri, ut postea nubat, mentiebatur. Cœnam Dominicam semine humano contaminabat, &c. Excoriatus est à Rege Persarum vivus. Inter JUDÆOS fuit *R. Jochanan*, author Thalmud Hierosolymitani.

Caput XIV.

De

DIOCLETIANO, MAXIMIANO, CONSTANTIO CHLORO ET GALERIO.

Anni sunt 22. ad A.C. 307.

*285 Firmato post occisum Aprum imperio, * creavit primò DIOCLETIANUS Cæsarem *Maximianum Pannonium* amicitiâ fidum: mox auctis *Vopiscus in Carino & Claudio Zonaras Tom. 2.*
291 hostibus, † *Constantium Chlorum*, & *Valerium Galerium* Armentarium, affinitate junctos: ita tamen, ut penes eum solum auctoritas mansisse videretur. Cuncta, quæ trans Alpes Galliæ Constantio, Africa & Italia Maximiano; Illyrici ora usque ad Pontum Galerio committerentur. *Res* ab ipsis *gestæ*, præter illas, de quibus in sacris,

ad *aliquot bella*, reduci poſſunt. *Primum* erat
contra Carinum, Sabini Juliani, qui Imperium 284
rapuerat in campis Veronenſibus, victorem.
Hic à Diocletiano duplici prælio victus, & ad
Murtiam profligatus, à ſuo tribuno interfectus [illegible]
eſt. *Alterum* contra Sarmatas in Pannoniam ir-
rumpentes, quos coërcuit. Galerius verò iterum [illegible]
tumultuantes, cum Baſtarnis inſigni prælio vicit,
in quo Conſtantinus adoleſcens Sarmatarum Du-
cem cœpit. *Tertium* contra Germanos, de quo [illegible]
ſuo loco. *Quartum* in Thracia contra Gothos, [illegible]
qui Iſtrum tranſierant. Hos trans Iſtrum reje-
ctos, pacem petere coëgit, & tranſitum Iſtri tribus
caſtellis munivit. *Quintum* erat Ægyptiacum,
de quo ſuo loco. *Sextum* Perſicum, de quo in
Perſicis. *Septimum* Britannicum, quod etiam
ſuo loco vide. Fuſis hoſtibus ſumſit Diocletianus
nomen *Jovii*, Maximianus *Herculii*, imò ille
Dominum ſe dici, & ut Deus adorari voluit: ex [illegible]
auro primus veſtem quæſivit, & calceamentis
Aurelius Victor, Eutropius l. 9. gemmas addidit. Remotum interim peſſimum
frumentariorum genus, novis mœnibus Roma,
Carthago, Mediolanum ornatæ; Thermæ Romæ
& Mediolani exſtructæ; Veronæ Amphithea-
trum erectum eſt. Depoſuit tandem uterque
imperium: Diocletianus, quod mutationem
Romani ſtatus impendere crederet, Maximia-
nus, quod à Collega perſvaderetur. CHLORO
breve poſt ipſorum abdicationem imperium con-
tigit: moriturus, Conſtantium Filium, qui
necem à Galerio ſibi intentatam evaſerat, Cæ- 306
ſarem, Croco Alemannorum Rege enitente,
creavit.

CON-

Contemporanea.

† 184 Apud PERSAS ſucceſſit Vararani † *Narſes* *ASIATICA*
* 301 F. quem excepit * *Hormisdas* F. *Narſes*, diſtra- *Eutrop. l. 9.*
† 294 ctis aliis bellis Diocletiano, Meſopotamiam & † *Agathias in*
* 295 Armeniam infeſtavit. A Gallerio petitus, * *Perſico bello.*
bis victus, tertio prælio univerſum ferè Roma-
num exercitum delevit: tandem, ab eodem, re-
297 parato exercitu, caſtris exutus, conjugem, libe-
ros, & quinque provincias amiſit. Sic limes
imperii Tigris conſtitutus eſt. In iſto prælio
miles quidam, reperto gemmarum ſacculo, eas
velut inutiles lapillos effudit, ſola pelle, quæ
pulchrior videbatur, retenta. Filium habuit
Adanarſen, qui, quod ſe tentoria è pellibus hu-
manis conſtructurum, ſi quando regnare dare-
tur, minaretur, occiſus eſt.

88 In ÆGYPTO motum ab *Achile*, qui pur- *AFRICA-*
puram induerat, bellum, cui & Quinquegentia- *NA*
ni acceſsêre. Achillem Galerius, à Diocletiano, *Euſebius.*
* 92 qui interim Thebaidis urbes ſolo * æquaverat,
accitus, circa Peluſium vicit; Alexandriæ obſeſ- *Eutrop. l. 9.*
ſum cepit; urbem militibus diripiendam dedit;
8 & Achillem interfecit. Maximilianus verò Quin-
quegentianos, præliis fatigatos, ad loca aditu
†295 difficilia † compulit: in prælium coactos vicit,
96 & in alia loca tranſtulit.

GERMANI ter in Gallias infeliciter tran- *EVROPÆA*
ſiêre. Primâ expeditione, poſtquam omnia cæ- *Ammian.*
dibus & incendiis miſcuiſſent, à Maximiano *Marcellin. 9.*
83 interclusi, fame & peſte abſumti ſunt. *Alterâ*
cui Rhenus glacie rigeſcens occaſionem dedit,
repulſi, &, ponte in Rheno facto, Germania ad
Danubii usque fontes vaſtata eſt. *Tertia*

Eutrop. l. 9. Lingonas invasère, & Constantium quidem primò in fugam conjecère: sed mox ita excepti sunt, ut LXM amitterent. Apud SICAMBROS successit Clodio * *Waltherus*, seu potius imperavêre ibi *Genebaudus* & *Esatech*, quos excepêre *Rhadagisus* & *Ascaricus*. Primus circa Bataviam victus regnum accepit: alter etiam munus. Traducta nihilominus magna in Galliam multitudo, ut terra ipsorum incolis exhauriretur. Reliqui sub Constantio Bataviam ingressi sunt: sed soluta subito Vahalis & Rheni glacie, aquis & exercitu cincti, pacem petere coacti sunt.

297

* 2[illegible]

Mamertin. in Panegyrico.

BRITANNIA Romani Imperatores per aliquot annos caruêre. Nam *Carausius*, maris præfectus, collectâ ingenti prædâ Imperatorem se dixit, eandemque septennium pacificè obtinuit. Hoc ab *Alecto* familiari † occiso, parricida per triennium eandem tenuit, nec citius recepta est, quam iste ab *Asclepiadoto* * vinceretur.

Aurelius Victor.

28[illegible]

† 2[illegible]

* 29[illegible]

SCOTIS præerat adhuc *Crathlindus*.

Inter *Claros* fuêre *Arnobius* Rhetor, qui constantiâ martyrum & somno permotus, religionem Christianam amplexus est & defendit; *Asclepiodotus*, *Claudius Eusthenius*, *Ælius Spartianus*, *Vulcatius Gallicanus*, *Trebellius Pollio*, *Julius Capitolinus*, *Eumenius Rhetor*, quem Constantius apud Clivienses professioni oratoriæ, dato sexcentis millibus stipendio, præfecit. 299

SACRA.

ROMÆ intra hoc tempus sedere *Cajus*, de quo superius, * *Marcellinus*, & † *Marcellus*. * [illegible] † [illegible]

Cajus

Cajus voluit, ut quisque Episcoporum per omnes officiorum gradus in Ecclesia ascenderet: & sub eo Hieracas quidam novam in Ægypto
289 sectam instituit. *Marcellinus* à Diocletiano persuasus, in templo Isidis & Vestæ, Idolis thus adolevit; convictus, pœnitentiam egit, & mar-
304 tyrio affectus est. *Marcello* succedente concilium in Africa de illis, qui sacros codices & thesaurum Ecclesiasticum præsidibus provinciarum tradiderant, actum est. Renovata & discordia de recipiendis lapsis; Petro Episcopo A- *August. in Exod. c. 17.*
305 lexandrino lapsos discernente, & satisfactionis annos assignante. Tum etiam Petrus Hieromartyr Patriarcham Alexandriæ egit, qui cum cujusdam mulieris filios baptizare vellet, concrevit aqua: causam sciscitanti, respondit mater, inter naufragii pericula consignasse se eos, eductis uberibus sanguine, & marina baptizasse aqua. Tantam tum Ecclesia *persecutionem* passa est, quantam nunquam antehac. Diocletianus enim templa dirui, sacra biblia exuri, Ministros ad sacrificia Ethnica adigi, Magistratus Christianos adimi, privatos in servitutem trahi, mandavit. In *Euseb. l. 8.*
303 sola Ægypto occisa sunt CXLIV millia. DCC millia in exilium pulsa. Legio militum Thebanorum, quod adolere nollent, deleta, templum Christianis plenum succensum, urbs quædam in
307 Phrygia exusta, & per mille cruciatuum modos in universo imperio sævitum est. Nec subsedit hæc tempestas sub Galerio. Constantius, ut aulâ suâ, qui idolis sacrificare nollent, excederent, mandavit: & DEO suo fidos revocavit, reliquorum perfidiam increpuit, eosque ex aula dimisit.

MONARCHIÆ OCCIDENTALIS INDIVULSÆ

LIBER III.

DE TERTIA ROMANI IMPERII PERIODO, à CONSTANTINO M. AD HERACLIUM.

Anni ſunt 303. ab A. 308. ad 611.

CAPUT I.

DE CONSTANTINO MAGNO.

Anni ſunt 30. menſ. 9. dies 27. ad annum 337.

IMperium CONSTANTINI in *duas* diſpeſci poteſt *periodos*; quarum *prima* ad Licinii Collegæ, *altera* ad Conſtantini ipſius mortem extenditur. Ad *Primam*, præter Severi, 307
imperium invadentis, contra Maxentium; & Maximiani, imperium reſumentis, contra eundem turbas; & fœdam Galerii * mortem, *312
aliquot Conſtantini *bella* ſpectant. *Primum* contra Germanos, de quo ſuo loco. *Alterum* contra Maximianum, de ſe amovendo conſilia agitantem, in quo iſte captus & ſtrangulatus eſt. 309
Tertium contra Maxentium, à Romanis, quod is illuſtres fœminas ſtupraſſet, infantium viſcera & præ-

311 & prægnantium uteros fecuiffet, invitatus. In eo, cruce in cœlo vifa, cum infcriptione: *In hoc* *Eufeb. de Vita Con-*
figno vinces. A Chrifto quoque in fomnio ani- *ftant. l. cap. 32.*
matus, Maxentium CLXXXVIII millium exer-
citu fuperbum, triplici prælio vicit; & eo fe Ro-
312 mam per pontem navigiis conftructum recipien-
te, & lapfu equi in profundum demerfo, eidem
313 finem impofuit. *Quartum* contra Francos, de
quo fuo loco. *Quintum* contra Licinium Affi- *Eutrop. l. 10.*
nem, quem Galerius Auguftum dixerat; quod is *Eufeb. l. 9.*
314 poft victoriam de Maximino partam, omnes *cap. 8.*
regiones ejus fibi fumfiffet. In eo Licinius ad *De Vita Conftant.*
Cybalas proftratus eft: & cum reftaurato exerci- *l. 2. c. 10.*
tu in Thracia iterum concurrendum effet, ac hic
de victoria dubitaret, pax facta, & Conftantino
Dalmatia, Macedonia, cum Mæfia & Dacia, con-
ceffæ funt. *Sextum* contra Sarmatas, Iftro, Du-
316 ce Raufimodo Rege, trajecto, Pannonias vaftan-
tes. Hos non modo femel iterumque victos
Pannoniâ ejecit, fed & bellum refumentes, con-
321 tudit, & occifo Rege pacem petentibus dedit.
Septimum contra Licinium, quod de traditis *Cedrenus.*
319 Illyrici provinciis pœnitens, infidias fibi ftrueret, *Eufeb. de*
& Chriftianos perfequeretur. Bis congreffi funt. *Vita Con-*
323 *Primo* prælio ad Adrianopolin Licinius XXXM *ftant. l. 2. c. 11, &c.*
amifit, & Byzantio fe inclufit. *Altero* ad facrum
promontorium, CM amiffis, victori fe permifit,
& Theffalonicæ privatam vitam agere juffus eft;
ubi altero poft anno, quod milites confcriberet
325 & barbaros mercede follicitaret, à Conftantino
330 interfectus eft. Sub hac periodo fanxit Conftan- *Cedrenus.*
tinus leges adverfus raptores, de cælibatu, &
331 fraude religioforum; de Dominico die feriando,

 & de

& de Clericorum teſtamentis. Ædificatus etiam
Theſſalonicæ † portus: & edicta * de abrogandis † 316
Licinii legibus promulgata ſunt; & ne quis vi- * 324
Eutrop. l. 10. ctus inopiâ, liberos venderet, cautum. *Altera*
Zoſimus l. 2. *periodo* multa *pace*, quædam *bello* geſta ſunt.
Euſeb. V. C. l. 3. cap. 4. *Pace*. Nam Conſtantinus leges de abolendis
cruentis ſpectaculis, & gladiatoribus, cohibendis 326
magiſtratibus, provocatione ab inferioribus præ-
fectis, promulgavit. Criſpum filium à noverca,
quaſi eam de ſtupro ſollicitaſſet, delatum, vene-
no ſuſtulit; falſi compertam balnei calore ſuf-
focavit. Bithyniæ civitatem Drepanum reſtau-
ratam, Helenopolin † dixit; pontem lapideum † 3[illegible]7
ad Iſtrum * erexit. Imperii ſedem Byzantium, * 3[illegible]9
quam Conſtantinopolim nominavit †, tranſtulit, † 3[illegible]
eandemque, diſtributâ inter cives annonâ, &
productis magno ſpatio pomæriis, in immenſum
Nobella auxit. Idem ærarium, γενικὸν dictum, Decanos
XLVII. nongentos quinquaginta, qui lictores erant, &
Meurſii Gloſſariū in cadaverum humandorum curam habebant, con-
ſtituit; & *nobiliſſimi* titulum invexit. *Bella* tria
Νοβελ-λίσιμος. occurrunt. *Primum* contra Gothos & Sarmathas, 327
Sigonius in quos in ſervitutem redegit: mox Thraciam in-
Hiſtor. feſtantibus, & victis, pacem ea conditione dedit,
Zoſimus l. 2. ut militum XLM Imperatori præſtare teneren- 333
tur. Data hinc in defectu ſervis arma, quæ cum
in Dominos vertiſſent, recepti ſunt exules à
Conſtantino in provincias. *Alterum* contra 335
Hieronymus Callocærum, in Cypro imperium ſumentem.
Captus à Dalmatio & Tarſum adductus, vivi-
comburio interiit. *Tertium* contra Saporem, 33[illegible]
qui Meſopotamiam vaſtabat, & Niſibin obſide-
bat. Hoc cum ſuſcepiſſet, & ad thermas Py-
thyas

thias perveniſſet, febri correptus, Nicomediæ vivere deſiit, poſtquam ab Euſebio Nicomedienſi baptizatus fuiſſet.

Contemporanea.

Apud PERSAS excepit patrem *Sapores* *ASIATICA* ſeu *Schabur*, qui in matris utero, patre mortuo
311 à proceribus, virilis ſexus Magorum prædictio- *Agathias* ne quaſi certis, coronatus eſt; quaſi ſenſu hono- *l. 4.* ris tactus palpitavit, & tot annos regnavit quot vixit. Intra hoc tempus ſola crudelitate in Chri- *Sozom. Hiſt. Tripart. l. 3. c. 2.*
326 ſtianos innotuit, quorum XVIM, inter eos præceptorem ſuum ſenem *Uſtazadi*, martyrio affecit, viniâ Soli *Azans* interioris admiſſionis aulico, conceſsâ.

In AFRICA, arripuit dominationem *Alexander*, debili ætate Pannonicis parentibus væ- *AFRICANA*
308 cordior. Sed eum à Maxentio miſſi Duces, levi *Aurelius Victor.* certamine confecêre. Captus, ſupplicio affectus *Zoſim. l. 2.* eſt. Carthago verò & pulchriora Africæ direpta ſunt.

De GERMANIA hoc ſolum occurrit, quod *EVROPÆA*
*308 Bructeri * Rhenum transmiſerint, capti beſtiis
†309 objecti ſint: & quod † Vangiones, Alemannos, Cheruſcos, Conſtantinus vicerit: de qua victoria vide Nazarium. FRISIÆ nugantur præfuiſſe *Haronem*; ſub quo ager ad occidentem Flevi ſitus, coli cæperint, & Medemblicum, impoſito à Medea nomine, conditum ſit. Apud SICAM-
*317 BROS excepit Dagobertum * *Clogio*, quem
†319 excepère † *Clodomirus* & * *Richimer*.
*326

De

De HISPANIA & BRITANNIÆ parte, quæ
nunc Anglia, non habeo quod dicam.

Apud SCOTOS fuit post Crathilindum * 308
Fincomarchus.

Claruêre sub Constantino *PUSICIUS*, nobilis in Persia architectus, quem Sapores saltem, quod morientes Christianos consolaretur, è medio sustulit: *Nazarius* Rhetor, qui Panegyricum Constantino scripsit: *Lactantius Firmianus*, Crispi Constantini F. præceptor, qui in vita posteà adeò pauper fuit, ut etiam necessariis indiguerit: *Ælius Lampridius*, *Statius Cyrillus*, *Flavius Vopiscus*, *Fabius Sosianus*, *Publilius Optatianus*.
Intra hoc etiam tempus *ulcera* carbunculorum 318
simillima, corpore dispersa, multos extinxerunt.
Fames in tantum provincias afflixit, ut una tritici
mensura MMD drachmis, quæ CCC imperialibus
Cedrenus. æstimantur, vænierit. In Campania *terræ motu*
tredecim urbes collapsæ sunt, & tantus *solis* fuit 324
defectus, ut meridie stellæ viderentur.

SACRA.

Platina in Vita Pontif.
ROMÆ successivè fuêre * *Eusebius*, † *Mel-* * 309
chiades, * *Sylvester*, † *Marcus*, & * *Julius*. Sub † 311
Eusebio crux Christi putatur inventa; ipse decre * 313
visse, ne semel desponsata puella, cuiquam a pa- † 315
rentibus collocetur, nisi monasterium ingredi * 336
velit. Tum etiam Ecclesia tàm à *Galerio* quàm à
Maximino & *Licinio persecutionem* passa est.
Galerius multos exussit, feris objecit, crucibus
affixit, in mare demersit. Sub *Jovio Maximino*, Theotecno Antiochiæ procuratore instigante,
confi-

confiĉta Pilati & Chriſti aĉta, ſuppoſitæ mulieres impuræ, inceſtarum conſuetudinem Chriſtianos accuſantes, peſtes, ſterilitates Chiſtianiſmo adſcriptæ ſunt. *Licinius* Epiſcopos primò inter ſe convenire vetuit, mox mulieres publicis ſacris excluſit: tum militia & palatio Chriſtianos movit; tandem Amaſenam Eccleſiam ſubvertit, & & Confeſſores fruſtillatim conciſos mari merſit. Sed hanc tempeſtatem ingens ſub *Conſtantino* ſecuta eſt ſerenitas. Hic, recepto Chriſtianiſmo templa Ethnicorum everti, Chriſtianorum reſerari & multa extrui juſſit, *&c.* ita, ut meritò *ſecunda Eccleſiæ Chriſtianæ periodus*, ab eo ducatur. *Melchiades* creditur prohibuiſſe, ne quis die Dominico jejunaret. Sub hoc duo *Concilia* celebrata ſunt. *Primum* Concilium *Neocæſarienſe*, in quo presbyteris Conjugium vetatur, & Diaconorum numerus ad ſeptenarium redigitur: ne ante trigeſimum annum ordinentur, injungitur. *Alterum Arelatenſe*, quod cauſam Donatiſtarum cum Cœciliano Epiſcopo Carthaginenſi, ornamenta Eccleſiæ apud quosdam Seniores Eccleſiæ depoſita repoſcente, concernit. In eo *Donatus* cum aſſeclis damnatus, hæreſin novam induxit, & Eccleſiam inter Solos Donatiſtas eſſe aſſeruit, ſtatutum quoque, ut ex hæreſi converſi, in Trinitate baptizarentur. *Sylveſter* conſtituit, ut Sacramentum altaris in panno lineo ex terra procreato conſecraretur; Chriſma ab Epiſcopo conficeretur, nullus Laicus Clerico crimen inferre auderet. Sub hoc *quatuor Concilia* fuerunt. *Primū Nicœnum*, cui Conſtantinus præſedit: Cauſa, Arrius Presbyter Alexandrinus, Patrem, Filium &

Euſeb. l. 10. H. E. c. 8. 9. De Vita Conſt. l. 1.

Caranza in ſumma Concil.

Caranza in ſumma Concilior.

Arrius in Epiſtola ad Alexandrū.

& Spiritum Sanctum eundem, natura, potestate & magnitudine esse negabat. In eo Concilio, Arrius cum complicibus hæreseos damnatus, & in exilium pulsus est. Ut Constantinopolitanus Patriarcha primùm à Romano locum haberet,
Socrates l. 1. quod ea sit nova Roma, statutum,&c. *Alterum* 335
Tyri, in quo Athanasii Arrianos recipere nolentis causa, ab adversariis judicata est, & calumniis apud Imperatorem tandem tantum effectum, ut Athanasius in Galliam relegaretur. Vide So- 336
Caranza in summa concilior. cratem. *Tertium Elibertinum* fuit, in quo quædam de Conjugio cum gentilibus, de Clericis & Laicis usurariis, mulieribus, lenocinium facientibus, temporibus jejuniorum, fœminarum in Cœmeteriis pervigiliis, sancita, & ne picturæ in Ecclesia essent, neve, quod colitur aut adoratur, in parietibus depingeretur, decretum. *Quartum Carthaginense I*, in quo, ne baptismus reiteraretur, ne Clerici cum fœminis vel viduis habitarent, neve in Ecclesia alterius ordinarentur, constitu-
Socrat. l. 1. tum. Tum etiam Iberi ad Euxinum Pontum in 318
Sozom. l. 2. c. 54. Christiana religione edocti sunt: & inferiores Indi, docente eos Frumentio, eandem * recepêre *
Platina in Vitis Pontif. *Marcus*, ut diebus solemnibus Clerus & populus post recitatum Evangelium, Symbolum Nicœnum clarâ voce in Ecclesia decantarent, constituit. *Julius* Nicœnæ Synodi assertor acerrimus
Hincmarus. Epist. 3. c. 13. erat, ut sequenti capite audiemus. Hoc tempo-
Alex. Mon. de invent. S. Crucis. re quædam in Ecclesiam introducta sunt, ut *Apocrisiarii*, qui ex presbyteris sumebantur, & Clerum palatii regebant: Διακαινήσιμος seu hebdomada Pascha subsequens, quam Constantinus feriatam voluit Βαΐα seu dona, quæ Imperator & Patri-

Patriarcha ante diem palmarum distribuebant, &c. Vide Meursium in Glossario passim. Apud JVDÆOS floruit *R. Bisi*, filius Abay, cujus contemporanea fuit *Maria*, contorquens cincinnos fœminarum, quam *R. Chasda* nefariè tandem cum Deipara facit, & vel hoc solo commento exilium Perfidis, in quod erat ejectus, postquam Scholæ Surensi per XXII annos præfuisset, & XIIM discipulorum numerasset, meritus est. *Schickard. in proœmio Tarich.*

Caput II.

DE

CONSTANTINO II, CONSTANTE, ET CONSTANTIO.

Anni sunt 25. ad A. 362.

Constantino mortuo, tres ex testamento filii successêre: *Constantinus* cuncta trans Alpes; *Constans* Illyricum, Italiam, Africam, Dalmatiam, Macedoniam & Achaiam; *Constantius* à freto Propontidis Thraciam, Asiam, & Orientem, obtinuit. Intra hoc, quo imperavêre, tempus
338 multi motus exorti sunt. *Primum* Sapores Per-
341 sa dedit, de quo in Persicis agetur. *Alterum* Constantinus, qui sorte sua non contentus, iter per Noricum in Pannoniam ingressus, Constantem adoriri volebat. In eo ad Aquileiam ab opposito exercitu cæsus, & in Alsam flumen projectus *Aurelius Victor. Socrat. l. 2. cap. 9.*
350 est. Provinciæ victori cessêre, qui etiam decennio post, cum ex Pannonia redux, pacatis Rheni limitibus, omnem imperii curam omisisse videretur,

tur, à Magnentio, Joviorum & Herculiorum Comite, in Helenæ vico, Pyrenæo proximo, interfectus eſt. *Tertiꝰ* cauſa Franci, de quibus ſuo loco. *Quarti* Magnentius, qui Auguſtoduni Imperator 342
ſalutatus eſt. Nepotianum, ex Eutropia Conſtan-
Zoſim. l. 2. tini M. ſorore natum, Romæ imperantem, fuſum cepit, & ſupplicio affecit, & Româ occupatâ, Senatorum & Civium plurimos occidit. Hunc Conſtantius, poſtquam *Gallum*, patrui filium, ne res in Oriente turbarentur, Cæſarem declaraſſet, & Ethnicos milites in pagos, unde PAGANI dicti, dimiſiſſet, fœdus fruſtra petentem, ad Murſam in Pannonia, XXXM cæſis, fugavit, & mortem fingere coëgit: ad montem Seleucum in Lugdunenſi provincia, reparatis viribus, fruſtra per legatos tentata concordia, congreſſum, ita proſtravit, ut deſperatione adactus, vitam ſibi eriperet.
Zoſim. l. 2. *Quintum* Vertrannio, Pannoniæ præfectus, arreptâ purpurâ, excitavit, illumque exiguum. Cum enim ad Conſtantium omnia deferret, & Sardicam in Daciam venienti occurriſſet, ſatis iſte habuit, patrem appellatum; mox traductis in partes militibus, purpurâ exutum, Pruſiadem Bithyniæ, ſumtu ad vitam neceſſario inſtructum, rele-
Cedrenus in Epitome. gâſſe. *Sextus* Judæis, qui interfectis per noctem 3[illegible]
militibus arma ceperant, adſcribitur. Eos Gallus, multis millibus occiſis, oppreſſit, urbesque ipſorum, Tiberiadem, Diocæſaream, Dioſpolim, &c.
Ammian. Marcell. l. 14. exuſſit. *Septimus* Gallo Cæſari, qui partim Conſtantii per ſororem Conſtantinam affinitate elatus, partim ab uxore inflammatus, cuncta aſperi-
Theodor. l. 3. c. 17. tate nimia Antiochiæ fœdabat, debetur. Hunc [illegible]
eum monitis flectere non poſſet Conſtantius, Medio-

354 Mediolanum quasi ad Remp. capessendam evocatum, à Barbatio comite captum, in Istria prope Polam, cum regiminis rationem reddere non pos- *Gregor. Nazianzenus Orat 1. in Julian.*
354 set, securi percussit. *Octavi* causa Germani, de quo in Germanicis. Eo durante Constantius Ja- *Ammian. l.*
356 ni templum clausit; *Dominum orbis* se appella- *17. Histor.*
vit, & obeliscum in foro Romæ erexit. *Noni* Qua- *Theodor. l. 2. c. 17.*
di & Sarmatæ Mæsiam Pannoniamque alteram incursantes. Hos Constantius in ea Sarmatiæ par-
358 te, quæ secundum Sarmatiam Valeriamque spectavit, in fugam compulit, irruptione in Quados *Ammian. l.*
facta, supplicibus pace datâ, Zizaim Regulum *17.*
præposuit, à Bitrodoro regulos obsides accepit, & Sarmatas Limigantes servos, sibi insidiantes,
359 tributum annuum & delectum validæ Juventutis *Idem. l. 19.*
spondentes, internecioni dedit, inde nomen *Sarmatici* sortitus est. *Ultimus* à Juliano prodiit, indignante quod Constantius, contra Persas iturus, Herculos & Batavos auxiliares, ac cum Petulantibus Celtas, qui domiciliis Transrhenanis relictis, cum hoc venerant pacto, ne ad ripas trans Alpinas deducerentur, abduceret. Seditione fa-
[illegible] ctâ, *Augustus* ab iisdem salutatus, spretis Con- *Ammianus*
stantii monitis, milites sibi devinctos in Illyricum *l. 21.*
duxit; Sirmium & Succos occupavit, & orationem in Constantinum M. ad Senatum misit. Nec tamen unquam ad apertum deventum est prælium: itineri remoram injicientibus, tum duabus Constantiacis legionibus, quæ Aquilejam interceptam acriter defendere, tùm Illyrico exercitu, *Hieron. Con-*
quibus auctus Thraciam pervadere volebat. *tr. Lucifer.*
Constantius interim dum malis obviam ire properaret, Tarsi levi febre correptus, Mopsvestiæ,

 in-

ingravescente morbo, extinctus est. Dicitur nec tersisse nares unquam in publico, nec spuisse, nec in alterutram partem vultum transtulisse, nec pomorum quicquam, quoad vixerat, gustasse. Tulit *leges* in *adulteros, quos culeo vivos insui jussit: * 339 in Judæos, qui fœminas Christianas in uxores ducerent, in sepulchrorum violatores, in Sodomitas, &c.

L. 4. quor. appel. c. Th. L. 7. de Judæis c. Th. L. 1. de sepul. bid l. 6. Th

CONTEMPORANEA.

ASIATICA *Marcellinus l. 15.* Apud PERSAS *Sapores*, postquam semel atque iterum Nisibin evanido successu obsedisset, ingenti exercitu in Mesopotamiam irrupit, inque ea & exercitum Romanum, terras vastantem, in- 348 terclusum, nocturnâ concertatione profligavit, & Amidam castellum, in quo XXM præsidiariorum erant, amissis XXXM, septuagesimo die expugnavit. Idem sequenti anno Tigrida transgres- 360 sus in Mesopotamia Singaram & Bezabdam occupavit, nec eam, quamvis magnis conatibus obsessam, Constantius assiduis imbribus impeditus, recuperare potuit.

AFRICANA De AFRICA nihil ferè occurrit.

EVROPÆA *Ammian. l. 14.* Cum GERMANIS sub *quatuor Ducibus* bellatum est. *Primus* erat ipse Constantius, quem Arelate Valentiam petentem militum seditio excepit, & pace cum Germanis factâ, Me- 354 diolanum redire coëgit. *Alter* Albetio, qui contra Lentienses Germanos, Rhætiam deprædan- 355 tes missus, primò victus, mox virtute militum victor evasit. *Tertius* Sylvanus, qui de invadendo imperio insimulatus, imperium sumsit, & à militi- 355 bus

bus ab Urficino Duce, contra ipſum miſſo, trucidatus eſt. *Quartus* Julianus, qui multa egregia per aliquot annos geſſit. *Primo* Brotomagum &
356 Agrippinam occupavit, & Germanos à Senonum oppugnatione depulit. *Secundo* Barbationis exercitu firmatus, *Chonodamarium* Regem poſt *Ammian. l. 16.*
357 dubiam ad Argentoratum pugnam, cepit, & omnes, ſe nihil moturos, jurare coëgit. *Tertio* Tungros ad deditionem perpulit; Chamavos multis damnis affecit, & trajecto navali ponte
358 Rheno, *Suomaro* Regi pacem ea conditione dedit, *Ammian.*
359 ut captivos redderet. *Quarto* occupatis caſtris *l. 17.* Herculis, Quaduburgio, Bonnâ, &c. Reges Alemannorum, per Vadomarium. pacem petere, & *Amm. l. 18.*
captivos reddere coëgit. *Quinto* Athuarios,
360 extrema Galliæ incurſantes, difficultate viarum ſecurus, levi negotio ſuperavit. *Ultimo* Alemannos à pago Vadomarii regionem Rhætis finitimam infeſtantes, Rege ipſo capto, ad deditionem
adduxit. Apud SICAMBROS ſucceſſit Clodomi- *Hieronymus*
ro * *Richmer*, huic † *Theodomirus*, mox * *Clogio*. *in Chronico.*
Sub *illo* Franci à Conſtante magno prælio victi,
342 pace petitâ ad ſuos rediêre. FRISII imperavit
60 poſt Haronem * *Udolphus*. Intra hoc tempus Weſt- *Ubbo Emmius l. 3.*
344 phali Friſiam invadentes, victi, tributarii facti ſunt & Suſatum mox Angria ædificatæ. *Annal. Friſic.*

ITALICA hiſtoria, quæ hic redit, ex primaria petatur.

In BRITANNIAM, quam Picti & Scoti infeſtabant, miſſus eſt Lupicinus armorum magiſter, qui moto velitari auxilio Herculis & Batavis, *Ammian.* Rutupiis trajectis, Londinium venit, & conſilio *l. 21.* inde capto ad expeditionem contendit.

Oo 2 Apud

Buchan. in Histor. Scotor. l. 2. Apud SCOTOS fuere post Fincomarchum *31[illegible]
successive * *Romachus* Crathilindi F. & † *Fethe-* †318
machus.

Ex Doctis claruêre *Maximus*, *Jamblichus*, *Victorinus Afer*, *Ælius Donatus*, *Sextus Aurelius Victor*, *Eutropius*, *Sophista Italus*, *Sextus Rufus*, *Aquilius Severus*, *Julius Firmicus*. Periere *terræ motu* Neocæsarea *, templo & domo Episcopi exceptis, † Dyrrachium, Antiochia, * Berythus, &c. *[illegible] †[illegible] *3[illegible] †3[illegible]

SACRA.

ROMAM Ecclesiam regebat adhuc Julius, cui quindecim post annos successit * *Liberius*. *Illo* *[illegible] sedente, plurimum turbarum Arriani per singulos ferè annos dedêre. *Primo* Athanasius, qui in Gallia exulaverat, per Constantium, Arrianis se opponentibus, restitutus est, *Altero* indicta 34[illegible] *Romæ Synodus*, cui Arriani interesse noluerunt; Eusebius Nicomediensis omnis mali tuba Episcopus Constantinopolitanus, ejecto Paulo, factus est, & Monachi Ægyptii Romæ sedem fixere. *Tertio* Synodus Romana Athanasium absolvit. 3[illegible] Eusebius Nicomediensis, convocato *Constantinopoli Concilio*, eidem Gregorium Cappadocem substituit. *Quarto* Eusebio mortuo Paulus iterum ab Eccesia receptus est, quem dum per Hermogenem ejicere conatur Constantius, seditio exorta est. Tum & *Photinus*, qui Christum per sanctæ conversationis meritum, eximio divinitatis honore dotatum, merito in Deum profecisse docuit, innotuit. *Quinto* Paulus in Episcopatum 34[illegible]
Con-

Athan. Apol. 2. — Socrates l. 2. c. 3. — Sozom. l. 3. c. 3. — Hieron. Epistol. 16. — Sozom. l. 3. c. 5. — 342 — Socrat. l. 2. c. 15.

Constantinopolitanum reductus, mox Constantii
jussu in exilium missus, Macedonium missus, Ma-
344 cedonium cruentum successorem accepit, & Pau-
lus, Anachoretarum Princeps, anno ætatis CXIII
mortuus est. *Sexto* Arriani, conventu Antio-
chiæ habito, novam fidei confessionem, in qua
vox *Consubstantialis* reticebatur, condidêre, *Sozom. l. 2.*
& Sapores in Persia Christianos crudeliter perse- *c. 10.*
345 cutus est. *Septimo* Gallus & Julianus fratres *Gregor. Za-*
templa extruxêre: illius feliciter perfectum, hu- *zianz. orat.*
jus, impensâ abundè licet suppetente, segniter, *1. in Julia-*
subsidente terra & collapsis parietibus, processit. *num.*
346 *Octavo*, Athanasio Roma Mediolanum profecto,
de Concilio indicendo actum est, & ne idolo-
rum extra urbem templa vel diruerentur vel *L. 3. & 4. de*
347 aperirentur, decretum. *Nono Concilium Sardi-* *Paganis C.*
cense celebratum est, cui aliud Arriani Philippo- *Theod.*
poli opposuêre, & canones sub nomine Sardi- *Socrat. l. 2.*
censis vulgavêre. Reliqui anni nihil singulare *c. 15.*
*348 habent, præter * Pauli Constantinopolitani & † *Sozom. l. 3.*
†349 Athanasii, postquam Gregorius trucidatus esset, *c. 11.*
restitutionem: Carthaginensis Concilii, quod
*351 tamen dubium est, celebrationem, & * Pauli *Sozom. l. 3.*
iterum fugam, quam populi cædes, procurante *c. 8. &c.*
Macedonio, subsecuta est. Haud minores sub
352 *Liberio* in Ecclesia turbæ fuêre. *Primo* ejus anno,
Conventus Episcoporum Ægypti pro Athanasio
habitus est. *Secundo* & *Tertio*, nihil ferè actum. *Socrat. l. 2.*
355 *Quarto* Constantius in *Concilio Mediolanensi* A- *c. 29.*
thanasium damnari voluit; Liberium Papam & *Sozom. l. 4.*
Hosium sese opponentes exilio mulctavit. Hilario *c. 10.*
tamen Pictaviensi aliquid tribuere visus est. *Quin-* *Hilar. ad*
356 *to* Athanasius cum XX Lybiæ & Ægypti episco- *Constant.*
pis *Athanas. de fuga sua.*

pis ejectus, in eremo delituit. Hilarius verò con-
ventu Biterrensi in exilium pulsus est. *Sexto* in 357
Concilio Sirmiensi Photinus damnatus est, nova
confessio, cui Hosius & Liberius, cruciatibus vi-
cti, subscripsére; & reduce Romam Liberio *Fe-*
lix ipsius Successor, quod Constantium hæreseos
damnasset, trucidatus est. *Septimo*, dissidio 358
inter Arrianos ob Photinum exorto, *Nicomediæ*
Synodus celebrari debuit, sed, interveniente
terræ motu, impedita est. *Octavo* duo *Concilia*
celebrata sunt, unum *Arimini*, alterum *Seleuciæ*.
Ibi Nicœna fides damnatis Arrianis, confirmata
est, cui mox aliam Constantius supposuit, & Epi-
scopos subscribere coëgit. Hic Arriani damnati,
patrocinante Constantio ejectis Semi-Arrianis,
fuere. *Nono Macedonius* ob scelera pulsus Spiri- 360
tum Sanctum Creaturam esse docuit: & *Meletius*
Antiochenus Episcopus, quod ad Orthodoxos
transiisset, Episcopatu excidit. Reliquis nihil
singulare actum est. Hoc tempore cantus genus,
quod duo Chori commutato ordine alternatim
psallerent, *Antiphona* dictum, Antiochiæ à Flavia-
no & Diodoro institutum est, & à Dominica nova
ad Calend. Novembr adhibebatur. A Græ-
cis ad Latinos primus transtulit Am-
brosius.

Epiphan. hæres. 71. Athanas. de Synodo & Apost. 2.

Sozom. l. 4. cap. 16. Socrat. l. 2. cap. 31. Theod. l. 2. cap. 27. Sulpit. l. 2. Epiphan. hæres. 73. Sozom. l. 4. cap. 26.

Meurs. in Glossar. Græco Barbaro.





CAPUT

Caput III.
DE
JULIANO APOSTATA, & JOVIANO.

Anni sunt 3. ad A. 365.

Constantium *Julianus*, ex eo, quod religionem Christianam deseruisset, *Apostata* dictus, excepit. Res ab eo gestæ ad *tria* reduci possunt. *Primum* est obsidio Aquilejæ, de qua in
362 Italicis. Primi anni exortu quid in Italia gestum sit, Italica dabunt. *Alterum*, quod portus Constantinopolitanus cum porticu erexit, & in porticu Bibliothecam ædificavit; cumque ad expeditionem in Gothos sumendam moneretur,
363 hostes se quærere meliores, respondit. *Tertium*, bellum Persicum, quod omnium Regum auxilia offerentium promissis fretus, & Alexandri M. animum in se migrasse credens, sed infeliciter suscepit. Postquam enim adulto vere, cunctos transire Euphratem jussisset, & superato Tigri, missa, quam oppugnare volebat, Ctesiphonte, agros circumquaque vastasset; Saporem totius regni viribus accinctum, sustinere non potuit, & cum, militibus à tergo laborantibus, inermis in re subita succurrisset; telo, in certum ab hoste an à socio misso, vulneratus, Nazarenum sensit, & sequenti nocte exspiravit. Dicitur, post mortem ipsius Carris in officina artium vetitarum inter instrumenta Magica visam mulierem à capillis appensam, manibus extensis, cujus uterum aperuerat. Scripsit in Alexandrinos

Ammian. l. 27. 24. Sozom. l. 3. c. 5 l. 6. c. 1. 2.

Socrat. l. 3. cap. 18. Theod. l. 3. cap. 19.

Cassiod. l. 6. c. 48. Hist. Tripart.

Misopogonem, quod ab eis, ut barbam ferens hircinam rideretur. In ejus locum, *Jovianus*, Singidone in Pannonia natus, tanto militum studio suffectus est, ut cum gentilibus imperare se nolle diceret, milites Christianos se esse, clamarint. Unum præfuit annum, nec satis feliciter. Nam 364
cum exercitum, expeditione illâ attritum, ad Tigrin perduxisset, nec flumen navigiorum defectu trajicere posset, ingenti interim inediâ in castris laboraretur; fœdus quidem in XXX annos firmavit, sed & quinque partis à Galerio provinciis, & Nisibi cum Mesopotamiæ parte, cedere coactus est. Cum Ancyra Dadastanam accessisset, nocte exanimatus est; sive ex colluvie ciborum avidâ cruditate distentus; sive quod recenti calce cubiculi illiti odorem ferre nequiverit.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA PERSARUM *Sapores duo* sub his imperatoribus confecit *bella*. *Unum* contra Julianum: *alterum* contra Jovianum; quæ in eorundem vita videantur.

AFRICANA In AFRICA nihil planè occurrit.

EUROPÆA Nec in EUROPA quicquam memorabile accidit, ITALIAM si excipias. In hac Aquilejenses, quos Julianus, intercisis aquarum ductibus, frustra ad deditionem compellere volebat, 362
ad obsequium, postquam Constantium mortuum intellexissent, rediêre. Nigrinus, in quem causa defectionis conjiciebatur, Mamertino prætorii præfecto quæstionem exercente, vivus exustus est.

Sed


362 Sed in SCOTIA excepit Fetelmachum *Eugenius.* *Buchan. in Histor. Scot. l. 4.*

Floruit intra hoc tempus *Themistius* Philosophus, *Libanius* Sophista, & *Ecebolius* Rhetor, qui beneficiis Iuliani illectus, à Christiana religione defecit. Tum & *Rabbi Hillel* Calendarium Judaicum confecit. *Socrates l. 3. cap. 11.*

362

SACRA.

ROMÆ adhuc præerat Ecclesiæ *Liberius.* Julianus verò miris technis Christianismum profligare conabatur. Primò Catholicos Episcopos ab exilio revocavit; & omnes ad concordiam hortatus est: mox, ne quis Christianus liberales artes traderet, mandavit, milites cum donativũ acciperent, thus adolere jussit. Constantinopoli omnia venũ exposita sacrificiis polluit. Cæsareæ Philippi Christi statuam ab hæmorrhousa positam dejecit; & multos ibidem, tum Ancyræ, Tarsi, in Ægypto &c. & alibi, interfecit. Judæis cum, ut Hierosolymam restaurarent, concessisset; fundamenta jacta terræ motu eruta, & ignis, è terra erumpens, tàm operarios quàm instrumenta eorum consumsit; sed & in vestimentis Judæorum cruces apparuêre. Alia sub *Joviano* facies. Hic Athanasium ad suam Ecclesiam reversum, sine cura esse jussit. Episcopos relegatos revocavit; ut gentiles templa clauderent, & sacrificia omitterent, imperavit. Eo Antiochiæ morante, Meletius Synodum habuit, in qua Nicæna fides comprobata est. *Sozom. l. 5. c. 5.* *Sozom. l. 5. cap. 20.* *Socrat. l. 3.*



CAPUT IV.

DE VALENTINIANO I. ET VALENTE.

Anni sunt 14. ad Annum 379.

JUliano interfecto VALENTINIANUM, Gratiani furnarii filium, ordine à Juliano ob Christianismum motum, exercitus, Sallustio prætorii præfecto adjuvante, Imperatorem dixit. Valentinianus verò receptis Augustalibus, imperio ob hostium multitudinem impar, collegam VALENTEM fratrem fecit, eidemque Oriente commisso, ipse Mediolanum concessit. *Bella* sub iis aliquot accidere. *Primum* movit Procopius, Juliani cognatus, ideò imperium reposcens. In eo primum Valens, occupata, à Procopio vulgi favore, quem, quod Constantii posthumam duxisset, paraverat Constantinopoli, mox, traducto in partes Valentis exercitu, Bithyniâ; tandem accersitis XM Gothorum in eas angustias conjectus est, ut de insignibus imperii deponendis cogitaret: postea auxiliis Germanicis recreatus, assumto tesseræ loco *Augusti* nomine, 365
exercitum ejus ad se traduxit; Procopium captum interfecit, & Chalcedonem muris nudavit. *Alterum* Germani excitavére, de quo suo loco. *Tertium* à Gothis ortum, cum Valens 366
quosdam Procopio in auxilium missos, captivos dimittere nollet, triennium duravit. *Primo anno* Valens in Mæsiam profectus, cum cuncti in montes seriorum sese contulissent, agros per- 367
Arin-

Ammian. l. 26.

Arintheum vastavit · Valentiniano interim ægro, *Ammian.*
& Gratianum F. eligente. *Sequenti* terras hosti- *l. 27.*
368 les ingredi conatus, & à Danubii eluvione impeditus, propè Carporum vicum castra locavit, mox Martianopolin in hyberna regressus est. *Tertio*, flumine superato, Tervingos aggressus,
369 Athanaricum Regem in fugam compulit; Gothi ad summam inopiam, commerciis vetitis, deducti, pacem, quam Athanaricus in medio Istro firmavit, accepêre: Valens verò, ut incursionibus ipsorum frænum injiceretur, castellum ad
370 Danubium exstruxit. *Tertio bello* Britanni, *Quarto* Persæ occasionem dedére, de quibus suo loco *Quintum* à Mauris exarsit, quod in Afri-
373 canis pertractabitur. *Sextum* Marcomannis & *Ammian.*
Quadis debetur, qui indignati & castella ad fines *l. 29.*
suos erigi, & Gabinium Regem à Marcello interfectum; incursionem in Illyricum fecêre, & duas legiones vicêre, Constantiâ vix non interceptâ. Hos *Theodosius Junior*, postquam Sarmatas aliquot præliis contrivisset, à tergo adortus, domum redire coëgit: sequenti anno impune, quod cum Macriano in Rauracis Rege
375 bellum esset, reduces, Valentinianus pacem petere coëgit, quam, cum non satis fide colerent, Danubio trajecto, villis incensis homines capti-
375 vos abduxit. Secuti tum sunt Valentinianum Sarmatarum sordidiore habitu legati; quos cum selectiores esse intellexisset, adeò excanduit, ut statim concideret, Valentiniano filio successore relicto. *Septimum* inter Gothos & Valentem fuit, indignantes, quod ab Hunnis sedibus suis pulsi, & oblatâ contra quosvis hostes Imperatori

operâ, in Thraciam recepti, ſeviente fame, canes in cibum, ſi pro ſingulis mancipium daretur, offerrentur; & Helleſpontum tranſituri, baculis pro viatico exciperentur. In eo Adrianopoli fruſtra obſeſſa, & Thraciis vaſtatis, *quadruplex* commiſſum eſt *prælium*. *Primo* Gothorum potior fortuna, & cæſorum armis ſe munivêre. *Alterum* dubium nox diremit: *Tertio*, quod pace ſpretâ, nec expectatis Gratiani auxiliis, Valens iniit, totus ferè exercitus trucidatus, & Imperator in quadam caſa exuſtus eſt. *Quarto* victi à Saracenis auxiliaribus in Conſtantinopolitano agro Gothi, per Thraciæ, Mæſiæ, & Pannoniæ campos ſe diffudêre. Quantum ad *Hunnos*, dicuntur ſi Mæotide palude ſuperatâ, in Scythiam Europæam trajeciſſe, & Alanis ſibi in ſocietatem adjunctis, Grutungos oppreſſiſſe. Hinc horum Rex *Hermenerichus* ſibi mortem conſcivit: Vithimaris ſucceſſor in prælio cecidit: parvi ejus filii Viderichi tutores, Alateus & Saphrax, ſpe reſiſtendi abjectâ, ad Danaſtum amnem receſsêre. Athanaricus denique ad proximos montes confugit. De ipſorum moribus prodit Ammianus, quod genas infantum ferro adurant, ut pilorum vigor tempeſtivus hebetetur; radicibus herbarum & ſemicruda pecorum carne veſcantur; nulla ædificia habeant; tunicam non ante deponant, quam diuturna carie in pannulos defluxerit; cervici jumenti inclinati dormiant, &c.

Ammian. l. 31. — *Ammian. l. 31.* — *Ammian. ibidem.*

377 — 378

CONTEMPORANEA.

ASIATICA

In PERSIA *Sapores*, amicus Romanis viſus, Arſacem Armeniæ Regem, per illecebras captum, effoſſis

366 effossis oculis interemit: mox Sauromacem: *Ammian. l. 27.*
Iberiæ à Romanis præfectum, in Aspacuram
transtulit & Artogenassam, in qua Thesauri cum
uxore & filio Arsacis erant, excindi mandavit.
Hinc inter Persas & Romanos discordiarum causæ, quæ in nervum erupére, cum Arsacis filius à
Valente educatus, in regnum reduceretur, &
Sapores, Artogerassa expugnatâ, viduam cum
thesauris abduceret. Tum enim Arin-
370 theus Armeniis auxilio submissus est. Sauromaces Aspacuram illa Iberiæ parte, quæ Albaniæ
& Persidi contigua est, contentum esse coëgit;
& Sapores exercitum eduxit. Nec tamen quicquam memorabile in ista expeditione gestum est.
Valens quippe arcere magis quam lacessere
Persas jussit: tandem occiso inter epulas Para,
rerum novarum suscepto, & ingruentibus Gothis, ad pacem descensum est. Mortuus est in
Goal Shabur anno ætatis LXXII.

In AFRICA mortuo *Nubele* Maurorum *AFRICANA.*
373 potentissimo, *Firmus* filius, quod occiso Zama
fratre, à Romano comite extrema quæque metueret, tantas turbas dedit, ut Imperator Theodosium seniorem eò mittere cogeretur. Is exscensione ad littus Igigiltanum factâ, & amore
provincialium, quod commeatum non posceret,
sibi conciliato, Mascizelem & Dionem, Firmi
fratres, gemino prælio profligavit, ipsum supplicem accepit. Mox eundem sub specie supplicis
milites corrumpentem, Isaflensium populum
assecutus, in fugam conjecit, & defectionis authores flammis exussit. Tandem aleam belli,
auxiliante Igmaze regulo, repetentem, & victum
mortem sumere coëgit, pace Igmazi concessâ.

In

EVROPÆA In GERMANIA contra Alemannos, Saxones, & Marcianum, Rauracorum Regulum, pugnatum eſt. *Alemanni* ad arma proruere, quod aſperius ab Urſicio officiorum Magiſtro haberentur, & Gallias adorti ſunt. 36 Hos Dagailaphus cum Jovino, victoria de Curiettone per utramq; Germaniam comite elatos, tribus prælüs profligatos, domum rejecit. Reduces, & Moguntiaco ſolemni 366 celebritate capto & vaſtato feroces, occiſo per miniſtrum mercede corruptum eorum Rege Vitichabio, 3 7 Valentinianus, poſtquam inſidias vix evaſiſſet, compeſcuit, &, ut infeſtas eorum incurſiones arceret, Rhenum à Rhætiis usque ad Oceanum magnis munire molibus eſt adortus; cumq; eas Niero flumine intumeſcente corrumpi poſſe cerneret, curſum fluminis aliò avertere ſtatuit, quod poſtea everſum eſt. Iterum, Rheno frigore concreto, Gallias exagitantes Gratianus ita profligavit, ut ex XLM vix quinq; effugerent: & 378 Lentienſes expeditionis authores, in deditionem accepit. *Saxones*, Oceani difficultatibus ſuperatis, in Galliam penetrarant, & Nannicū Comitem profligârant. In reditu à Romano milite internecioni dati ſunt. *Marcianus*, adventante Valenti- 374 niano, in montanis præſidium quæſivit. Eodem diſtracto, fœdus cum ipſo ad Moguntiacum ictum eſt. Apud SICAMBROS ſeu FRANCOS excepit Clogionem † *Marcomirus*. Apud FRISIOS Udol- † 378 phus *Hengiſtum* & *Horſam* filios cum delecta manu, levandæ patriæ gratiâ, in Britanniam ad quærendas novas ſedes miſit: quibus amiſſis, imperio ſe abdicavit, & *Richoldum Offonem* ſubſtituit 37 BURGUNDI pellendis Galliâ Alemannis à Valenti-

Ammian. l. 28.

Ammian. l. 30.

Ammian. l. 28.

tiniano evocati sunt: sed, cum is promissis non stare, domum rediêre.

367 De HISPANIA nihil occurrit.

367 In ITALIA multa Romæ egregia lata sunt. *Prætextatus* præfectus, mœniana omnia & priscis legibus interdicta sustulit, parietes privatorum ab ædibus sacris discrevit, & pondera per regiones universas constituit. Ibidem Medicis urbis, & ipsorum uxoribus, ab oneribus publicis vacatio, *370 à Valentiniano * concessa est. Ampelius verò præfectus, ne taberna vinaria ante horam quar- 371 tam aperiretur, neve aquam quisquam vulgarium calefaceret, neve ad præstitutum diei spacium lixæ coctam carnem proponerent, vel honestus aliquis mandens in publico versaretur, instituit. Per Tusciam res ridicula novam animis religionem inje- 366 cit. Pistoris, sub horam diei tertiam, spectantibus multis, asinus excelsum tribunal ascendit, atque inde ruditum usque adeo compositum edidit, ut populum accurrentem velle alloqui videretur. Ammian. l. 27.

367 In BRITANNIA Picti cum Atacottis & Scotis insulam, Nectaridio occiso, & Bulcobaude Duce circumvento, vastaverunt. Missus contra eos Theodosius Senior, Herculis, Batavis, &c. transmissis, ita feliciter rem gessit, ut partim vi aperta, partim occultioribus dolis, fortunam ipsorum everteret, & Valentiniano Pannonio in Britannia res novas moliente, antequam opes confirmare posset, oppresso, provinciam muniret & constitueret. Ammian. l. 28.

In SCOTIA nihil occurrit.

371 GOTHI *Athanaricum* in Regem sibi elegere, qui XXII. annos regnavit.

Cla-

Socrat. l. 4. c. 27. Sozom. l. 6. c. 36.

Claruere ſub iſtis Imperatoribus *Themiſtius Philoſophus*, qui Valentem à perſecutione Catholicorum dehortatus eſt, dicens: Deum permittere hujusmodi diſſenſiones, ut doctrina de Deo rectius excolatur. *Liberius Sophiſta*, propter laſcivum in pueros amorem pulſus.

Hieronymo in Chronic.

Didymus Alexandrinus, qui poſt quintum ætatis annum luminibus orbatus, per notarios tamen multa ſcripſit. Origenem adeò admiratus eſt, ut omnia ejus dicta pro oraculis haberet. *Julius Auſonius* à Valentiniano artis Medicinæ cauſa in palatium arceſſitus, cujus ſcitum erat, beatus eſt, non qui habet, quæ cupit, ſed qui non cupit, quæ non habet. *Cœcilius Argicius Arborius*, Mathematicus, qui Magno Auſonio thema conſtruxit, & exinde de eo opinione hominum majus neſcio quid, concepit.

Hieronymo in Chronic.

Tum etiam tota terra crebris de cœlo lapſis fulminibus vehementiſſimè concuſſa eſt, mare diſpulſum & retrò abiit, & retecta profunditate, piſces humo hærentes cernebantur; mox iterum mare rediit, innumera ædificia proſtravit, multa
hominum millia abſorpſit, navigia partim tecto- 365
rum culminibus affixit, partim longè à littore propulit.

SACRA.

ROMÆ ſedebat adhuc *Liberius*, cui mor-
tuo ſubſtitutus eſt *Damaſius**. *Illo* adhuc ſedente 367
nocturna ſacra Ethnicis prohibita. *Concilium* tum *Lampſaci*, in quo alterius partis Arriani con-
demnati ſunt, tùm *Laodiceæ*, in quo bigamia, 368
Sabbathiſmus, Comeſſationes, cum hæreticis con-

conjugia, & orationes, nuptiæ in quadragesima
prohibita, & ne Sacerdotes usuras exigerent, hæ *Caranza in*
retici in Ecclesias admitterentur, decretum. *Gre-* *sum. concilior.*
366 *gorius* quoque *Nazianzenus* & *Basilius* ex eremo *Gregor. Epist. 4.*
revocati sunt. Idem, ut viri in quadragesima à
conjugibus abstinerent, constituisse creditur.
367 In Damasi electione schisma, nonnullis Ursici- *Hieron. in Chronic.*
num poscentibus, exortum & CXXXVII cada-
vera in templo reperta sunt. *Ursicinus* tandem *Ruff. l. 2. c. 10*
369 ejectus & Neapoli Episcopus factus est. Sub *Da-*
maso in *Concilio Romano* Ariminensis Synodus
damnata est, Nicæna confirmata. In *Valentino*
quatuor duntaxat canones constituti. *Apollina* *Socrat. l. 2.*
res pater & filius à filio Dei solum corpus in in- *c. 46.*
carnatione assumtum, carnem Christi cœlestem
& consubstantialem esse, post resurrectionem
homines circumcisionem & leges Mosaicas, ob-
servaturos, docuere. *Artropomorphitæ*, autho- *Hieron. in Chronico.*
re Vadio, Deum formam humanam habere affir-
70 marunt. Valens omnes Episcopos à Juliano re- *Epiphan. hæresi 70.*
stitutos. Athanasio, Paulino, & Epiphanio exce-
ptis, ejecit: Mortuo Eudoxio Episcopo Constan-
tinopolitano, Arriani Orthodoxis ob substitutum
72 Evagrium turbas movère. Hieronymus in Ere-
mo literas Ebraicas didicit. *Moses* Monachus *Ruffin. l. 2. c. 6.*
3 Evangelium Saracenis prædicavit. *Eunomius*,
à quo Eunomiana hæresis inclaruit. Auxentio in *Socrat. l. 4. c. 29.*
Episcopatu Mediolanensi Ambrosius urbis illius *Theod. l. 4. c. 5.*
præfectus substitutus est. Damasus, ut Psalmi in-
terdiu ac noctu in omnibus Ecclesiis cantarentur,
constituit. Hoc etiam tempore quatuor pœni-
tentium in Ecclesia Orientali ordines erant, nem-
pe προσκλαίοντες, ἀκροώμενοι, ὑποπίπτοντες,

Meursius in Glossario. συνεςῶτες. His Ecclesiam ingredi non licebat, sed extra eam in loco, qui νάρθηξ dicebatur, quasi sub ferula censuræ Ecclesiasticæ stabant. Apud JUDÆOS *Thalmud Hierosolymitanum*, à Johannan 36
absolutum est; at *Raf Asse* Rector Scholæ Surensis colligere cæpit *Thalmud Bavel* seu Babylonicum, 36
& in eo sexaginta annos insumsit. Tùm etiam fuêre inter eos *Minei*, *Nazarei* nuncupati, qui
Hieronym. Epist. ad August. quamvis Judæi essent, Christum tamen esse Dei filium de virgine Maria natum, credebant.

CAPUT V.
DE
GRATIANO, VALENTINIANO II, ET THEODOSIO.
Anni sunt 16. ad A. 395.

OCciso Valente GRATIANUS viginti anno-
Aurelius Victor. in Theod. Socrat. l. 5. c. 2. rum Juvenis, Orientem resumsit, & VALENTINIANO JUNIORE tantæ moli impare, THEODOSIUM JUNIOREM, ex Hispania evo- 37
catum, reluctantem *Augustum* dixit. His imperantibus *quadruplex bellum*, *duplex seditio*, opera inprimis Theodosii, feliciter confecta sunt.
Zosimus l. 4. *Primum* in Gothos, tum adhuc tumultuantes, desæviit, quos ille per Modarem Scytham oppressos, partim in gratiam recepit, partim in Thracia collocavit, partim in Ægyptum transmisit, partim, ut in patrias terras remearent, concessit. Cum verò iidem, sparsâ de morbo Theodosii famâ, Pannoniam aggrederentur, & illi, quos Valens obsi-

380 obſidum loco in Aſiam traduxerat, clade Parentum auditâ, de vaſtandis urbibus deliberarent, illos quidem per Baudonem ex Macedonia in Thraciam rejecit, per Vitalianum verò Fritigerum ex Achaia & Epiro, Alatheum & Saphracem ex Pannonia deturbavit: Hi verò, re proditâ, ſtratagemate quodam omnes uno die trucidati ſunt.
386 *Alterum* in Gruthungos, ſub ductu Odethei, transmiſſo Iſtro, Thraciam populantes. Hos Promotus militum magiſter Theodoſii auſpiciis ita vicit, ut flumen cadaveribus redundaret. *Tertium* contra Maximum fuit, qui rejectis in Scandiam Scotis imperium ſibi ſumſerat, in Gallias profectus, pertractis in partes militibus, Armoricos ſedibus ſuis pepulerat, & eorum regionem Britannis tradiderat; Victore filio Auguſto proclamato, Hiſpanias invaſerat: Gratiano per Antragathium ad Lugdunum anno ætatis XXIV occiſo, in Italiam, ſpreto omnis legationis & fœderis reſpectu,
387 moverat, & Valentiniano tàm ſubitò ſupervenerat, ut, aſſumta matre claſſe Theſſalonicam fugeret, occupatâ Italiâ, Pannoniam etiam aggreſſus erat. Hoc feliciſſimè abſolutum eſt. Primo ingreſſu Maximi de Alpibus præſidia dejecta ſunt: tùm duplici prælio victus, Aquilejæ ſe incluſit:
388 ibi obſeſſus, & Theodoſio traditus, à militibus interfectus eſt. Andragathius in mare ſe præcipitem dedit. Victor filius ab Arbogaſte captus, è medio ſublatus eſt. *Quartum* in Arbogaſtem Francum, Gratiani & Valentiniani aulæ comitem, dignitate abutentem, motum; quòd Valentinia-
391 num infra privati modum redactum Viennæ ſtrangulâſſet, & Eugenium ex ludimoderatore

Zoſim. l. 4. Nicephor. l. 12. c. 21.

Nicephor. l. 12. c. 18.

Aulæ Magiſtrum, Imperatorem dixiſſet. In eo Eugenius cum Arbogaſte Mediolano egreſſus, ubi 394
Jurejurando affirmârat, ſe victoriâ partâ ſtabulum in baſilica Mediolanenſi facturum, Clauſtra Alpium inſedit, & caſtra ad fluvium frigidum poſuit. Theodoſius, milite ex Romanis, Gothis & Hunnis conſcripto, & præſidio dejecto, *duplex prælium* commiſit. *Primo* XM ex Gothis cecidere, & Duces in ſequens ver bellum differri ſuadebant. *Altero*, Theodoſio per ſomnium alacri, ingenti vento, qui & arma hoſtibus excutiebat, cohortes aliquot ad Theodoſium tranſivêre. Eugenius captus & capite truncatus eſt; Arbogaſtes mortem ſibi conſcivit; Victoria eâ ipsâ horâ Conſtantinopoli à Dæmoniaco nunciata eſt. Et hæc de bellis Theodoſii. *Seditionum primam* Antio- 383
cheni ob novum tributum movêre, & Imperatoris ſtatuæ dejectæ in luto trahebantur: *alteram* 390
Theſſalonicenſes, quod præfectus aurigam adulterum, quo nemo in ludis adminiſtrandis peritior, in carcerem injeciſſet. In ea præfectus cum aliquot nobilibus trucidatus eſt. Diverſus utriusque exitus. Antiochenis, per Florianum Epiſcopum iram deprecantibus, venia data. Theſſalonicæ ita in vulgus ſævitum, ut trium horarum ſpatio ad VIIM perierint. Theodoſius ab Ambroſio monitus, & pœnitentiâ ductus, ut non niſi poſt trigeſimum diem à lata ſententia rei extremo ſupplicio afficerentur, ſanxit. Mortuus eſt aqua intercute, poſtquam annos XVI, dies duos imperaſſet. Conſobrinorum nuptias, tanquam minus honeſtas, lege prohibuit.

CON-

CONTEMPORANEA.

In PERSIA mortuo, qui tot annos regna- *ASIATICA*
380 vit, quot vixit, Sapore, fuerunt post eum successivè Ardeschir, sive *Artaxerxes* frater, si A-
† 385 gathiæ fides habenda †, *Sapores*, & hoc quinto
* 389 regni anno mortuo, * *Vararanes.* Tarich Mu- *Agathias l. 5 Hist.*
sulmanicum subjungit Sapori, qui, quia posthu *Schickard.*
mus, nullum fratrem habere potuit, *Bahramum* *in Tarich.*
II, huic *Schaburem*, seu Saporem III, quem *Jazdigerd* sequitur.

In AFRICA nihil planè obvenit, nisi quod *AFRICANA*
Maximus illum, postquam per Victorem. Fil. in partes pertraxisset, ad tempus obtinuerit.

In GERMANIA Franci, distentis in Italia *EVROPÆA*
Imperatoribus, Geneboldo & Marcomiro ducibus, Rheno superato, inferiorem Germaniam depopulati, dum Coloniæ etiam Agrippinæ terro-
388 rem incutere volunt, à Nannieno & Quintio, *Sigon. l. 9.*
Magistris militiæ, collatis ad Carbonariam signis, *hist. Occid.*
internecioni dati sunt. Quintinus verò, circa *imperii.*
Novesium castellum Rheno superato, saltum primò, dein palustres campos ingressos, in insidias ita præcipitavit, ut omnes ferè militum ductores trucidarentur. Arbogastes dein, Suno-
393 nis Marcomiri odio, sæviente hyeme Rhenum transgressus, Bructeros ripæ proximos, & Chamavorus pagum Aetiam, nemine occurrente, vastavit.

In ITALIA Bononienses Maximo & Vi- *Sigon. l. 9.*
ctori F. columnam, quæ adhuc ad primum ab *hist. Occid.*
urbe lapidem extat, ita inscripsêre D.D N N. *Imperii.*
387 M. A. C.C. MAXIMO. ET. FL. VICTORI.

 PIIS.

PIIS. FELICIBUS. SEMPER. AUGUSTIS. BONO. R.P. NATIS. Romæ verò Theodosius ædes 389
panarias, quas, qui adibant, per occultas insidias in pristina ad servitutem adigebantur, evertit; & pœnas meretricum abrogavit.

Bedas. In BRITANNIA quid acciderit, quartum Theodosii bellum ostendit. Maximo cæso, cum nemo eam defenderet, Scoti à Circio vento, & Pictones ab Aquilone eam invasêre.

SCOTI Eugenio Rege occiso, Britanniâ 383
pulsi, in Scandiam abivêre, ibidem XXVII annos exulavêre.

GOTHI ejecto Athanarico, qui se nunquam in Romanos transiturum juraverat, *Alaricum* 381
substituere. Athanaricus Constantinopolim venit, à Theodosio benignè exceptus est, & Romanum Imperatorem tanquam DEum terrenum coluit.

Prosper. Sub his etiam Imperatoribus LONGOBARDI ab extremis Germaniæ finibus, Scandiaque insula egressi, & novarum sedium avidi, *Iboreâ* & *Ajone* Ducibus, Vandalos primum vi- 379
cêre; his defunctis, primum sibi Regem *Agelmundum* Ajonis F. creavêre. 389

Circa hoc tempus floruere *Magnus Ausonius*, Gratiani præceptor, quem iste in Consulem elegit: *Ammianus Marcellinus* scriptor gravis, qui veteris Germaniæ situm mirificè illustravit.

SACRA.

ROMÆ successit Damaso in Episcopatu * *Siricius*, sed illo adhuc sedente Nazianzenus patientia & doctrinæ perspicuitate Arrianorum turbas *385

turbas Constantinopoli sedavit. Priscillianus Gallaciæ Episcopus, novam hæresin condidit, & eundem esse patrem, qui filius & Spiritus S., humana corpora à Sathana seminari; homines fatali necessitate stellarum viribus subjectos; Animas ejusdem cum DEO naturæ; consuetudinem conjugalem à malis angelis institutam; &
380 carnes esse immundas affirmavit. Theodosius templo primario Constantinopoli Arrianos ejecit. *Concilia* quatuor habita sunt. *Constantinopolitanum*, in quo Maximus Cynicus, qui Con-
381 stantinopolitanum Episcopatum pecuniâ adeptus fuerat, depositus, & doctrina de Spiritu Sancto uberius declarata est. *Cæsaraugustanum* in Hispania, ubi Priscillianus damnatus est: qui post per fraudem restitutus, multum negotii Orthodoxis facesserat. *Romanum*, cui Hierony-
382 mus interfuit, & ibidem Helvidium, virginitatis Mariæ hostem, refutavit; & in quo concilium Constantinopolitanum approbatum est. *Constantinopolitanum alterum*, in quo libelli supplices hæreticorum discerpti, & illi conventus
383 imposterum agitare veriti. Tum etiam Valenti-
384 nianus Ambrosium Mediolano pellere frustra conatus est. Gervasii & Protasii martyrum corpora inventa; & Augustinus à Manichæis ad Platonicos transiit. *Siricio* sedente tria celebrata
385 sunt *concilia*. *Burdegalense*, in quo Priscillianus damnatus; paulò post jussu Maximi supplicio affectus est. *Mediolanense* adversus Jovianum & sectatores, qui impurissimas leges evulgaverant, damnati & in solitudines amandati sunt.
393 *Hipponense* in Africa, cui interfuit Augustinus,

Sulpitius Severus l. 2. Hieronymus in Chronic.

Theodor. l. 5 cap. 9. Damas. in Epist. ad Theodor. Socrat. l. 5. cap. 10. Sozom l. 7. cap. 12.

Prosper. Sever. l. 2. Hieron. ad Pammachiū Epist. 50.

& ubi de fide & Symbolo actum est. Tùm etiam Augustinus, desertis Platonicis, ad Theologos transiit: ab Ambrosio * baptizatus, & in Ecclesia Hipponensi Presbyter † ordinatus est. Justina mater Valentiniani turbas Ambrosio movit. Ambrosius ritum Antiphonas canendi ad Latinos

Ambros. in Auxent. transtulit. Inter Johannem Episcopum Hierosolymitanum & Hieronymum de Origenis scri- 39
ptis dissidia exorta sunt. Siricius verò, ne bigamus ad sacerdotium admitteretur, admissus pelleretur, decrevit.

CAPUT VI.

DE

ARCADIO ET HONORIO.

Anni sunt 14. ad Annum 409.

THeodosio mortuo, Arcadius & Honorius filii successere, quorum illi Oriens, huic Occidens testamento legatus, & quia minorennes erant, huic Stilico Vandalus, illi Ruffinus tutores adjun-

Zosimus l. 5. cti sunt. *Occidentis* res in Contemporanea rejiciemus. *Orientale* Imperium hoc tempore titubare cæpit, eidemque inde exitium improperatum est, unde salus esse debebat. Principium a *Stilicone* fuit. Hic Rufinum munere suo exuere contendit, &, ut citius Constantinopolin advolaret, Rheni limitem, facta cum Francis pace, in

Sozom. l. 8. c. 1. tuto collocare studuit. *Rufinus* horum gnarus, cum aliter sibi prospicere non posset; Alaricum ex Thracia excivit, eundemque ad invadendam Græciam compulit. Hinc magnæ exortæ sunt

cla-

395 clades. Alaricus enim occupatis Thermopylis, quos Antiochus & Gerontius Rufino fidiſſimi, ſpecie tranſitus prohibendi, inſederant, in Bæotia omnia, præter Thebas, expugnavit; Peloponeſum ingreſſus, Corinthum, Argos & Lacedæmonem occupavit: ſolis Athenis, Minervæ & Achillis ſpecie territus, pepercit. Hoc Alarici ſucceſſu audito, Stilico ex Italia in Peloponneſum ſe contulit, & tantum Alarico metum, ut ſe ſeu vallo & caſtris muniret, ſeu in Pholoën Arcadiæ oppidum concluderet, incuſſit, ad incitasque redegiſſet, ni Rufinus metuens, ne victor ſibi exitium approperaret, Arcadio, ut ipſum abſcedere, & exercitium mittere juberet, perſuaſiſſet. Et exercitus quidem Duce Gaina rediit: ſed Rufinus, cum obviam cum Arcadio veniſſet, a militibus interfectus eſt, & dextra ejus per urbem circumlata. Haud melior Rufino *Eutropius* Eunuchus. Hic enim poſtquam honoratiſſimum quemque ex aula removiſſet, vel in exilium miſiſſet, Stiliconem eo ipſo anno quo Alaricus, Epiro vaſtatâ, Græciam tanta atrocitate incurſabat, & multi exteras regiones ſalutis cauſa quærerent, hoſtem a
396 Senatu judicari curavit, &, ut Africam Honorio
399 eriperet, Gildonem Comitem ad ſtudia ſua pertraxit, & pecuniam omnem in domum ſuam convertit. Id cum Gaina indignè ferret, Tribigildum, Barbarorum in Phrygia Ducem, ad Aſiam occupandam incitavit, & contra eum miſſus, magnitudine hoſtilis exercitus in majus aucta, Arcadio, ut intolerabiles conditiones, inter quas & Eutropii deditio erat, recuperet, perſuaſit. Eutropius ergo in Cyprum deportatus: mox inde retra-

ctûs, Chalcedone trucidatus est. Sed nec sub Gaina dispar Arcadii conditio: Nam & is, cum imperio excussurus, Constantinopolin astu occupare conatus est. Re detecta, & Gothis, qui in urbem immissi erant, trucidatis, hostis proclamatus, Asiam occupare voluit: ibi a Frevitta maris præfecto victus, cum in Scythiam fugiens, Istrum transmittere vellet, ab Hudino, Hunnorum Principe, prælio memorabili interfectus est. Ab eo tempore nihil memorabile in Oriente accidit; Arcadius verò anno imperii XIII mortuus est.

Contemporanea.

ASIATICA

Apud PERSAS excepit Vararanem *Jazdigerdes Fuscus* & *Exosus*. Causa odii, seu tyrannis, quam in subditos exercebat, & mari, ignem, ac Regem iratum, affectu commiserationis vacare debere dictitabat, seu quod Marunthæ Episcopo Mesopotamiæ, qui ex ipsius filio Dæmonium ejecerat, Ecclesiam, ubicunque vellet, erigere permisisset, & crescente Christianismo cultus ignis vilesceret. Hic est ille Jazdigerdes, quem Arcadius Theodosio suo tutorem testamento reliquit. 400

Teixera, cap. 28. Diacon. l. 14. d. g. e. Procop. l. 1. belli Persici.

AFRICANA.

In AFRICA *Gildo* Comes, & utriusque ibidem militiæ Magister, a Rufino in partes pertractus, exercitu corrupto, Africam occupavit, & Italia in annonæ angustias conjectâ, Honorium ad transactionem cogere voluit. Non tulit id Honorius, qui interim cum Stiliconis filia nuptias Mediolani celebrabat. *Mazesceles* ergò, Gildonis frater contra ipsum cum exercitu missus, tam feliciter rem gessit, ut fratrem, qui LXXM in armis

Claud. de laudib. Stilic. l. 3.

armis habebat, traductis ad deductionem Romanis militibus, sine certamine vicerit, & Tabracam vi ventorum rejectum, mox captum, exacerbatus quod uxorem & libros suos jugulasset, strangulaverit. Filia Gildonis Salvina Nebridio nupsit.

GERMANIÆ & GALLIÆ ingens clades a novis advenis illata est, Godegisilus namque, Rex Vandalorum, qui in Scythia ad Mæotidem erant, exemplo cæterorum, de quibus mox dicemus, adductus, ex Scythia cum Vandalis & Alanis digressus, Quados ex Sarmatia, Vandalos a Constantino in Pannoniâ locatos, assumpsit. Inde Germaniam inivit, & tractis secum Marcomannis, Herulis, Turcilingis, Suevis, Alemannis, Saronibus & Burgundionibus, ad Rhenum processit, eundemq; frustra se opponentibus. Francis superavit. Tum ergò Moguntiacum eversum; Vangiones in ditionem adducti; Rhemi Ambiani, Atrebates, Morini; Nemetes, Argentoratum direpta sunt. Inde Aquitaniam invasere, eamque cum Novempopuloniâ, Lugdunensi & Narbonensi provincia, depopulati sunt. Apud SICAMBROS successisse dicitur Dagoberto, qui quinquennium præfuit, *Genabaldus*, si Trithemio credimus: si aliis, missus est in carcerem a Stilicone in Hetruriam *Marcomirus*: Sunnoni verò, ne fratrem repeteret, immissus percussor, qui eum e medio sustulit. Post eorum obitum invasère iterum Galliam Franci, Trevirosque urbem antiquissimam, a Lucio accersiti; delevère; plura præstituri, nisi repentina Vandalorum invasio obstitisset. Apud FRISIOS *Richol-*

EVROPÆA

Hieronymus Epist. 11.

Turonens. l. 2. *c.* 9.
Aimoin. l. 1. *c.* 3.

Emmius l. 1. Hist. Frisiaca. Richoldus principatus titulum in nomen Regium commutavit; cum Normannis, qui prædabundi irruperant, ad Groningam victis, pacem fecit; & filio suo Odilbaldo Haddingam, Normanni Regis filiam, in uxorem accepit.

Zosimus l. 5. HISPANIAM Vandali, Alani & Suevi, relicta Gallia, quam vastarant, invasere. Constans autem, Constantini Britanni, de quo mox, Filius, & ex Monacho Cæsar, in Hispaniam transgressus, Vereniano & Dymio Fratribus, qui, excitatis Lusitanis agrestibus & servis in summum ipsum discrimen adduxerant, devictis & captis; præsidia Pyrenæis imposuit, & provinciam Gerontio Duci commisit.

Sigon. l. 10. occid. Imperii. In ITALIAM *duplicem irruptionem* fecere Barbari. *Primæ* Alaricus author, qui, Dalmatiâ & Pannoniâ vastatis, cum Alanis & Hunnis, hyeme transcensis Alpibus Noricis, in Noricum irrupuit; Tridentino saltu superato, in Venetiam descendit; Pado trajecto, Hastæ Honorium obsedit. Cum hoc *bis* Stilico *conflixit*, postquam cum Gallicis & Belgicis Legionibus Alpes superasset. *Primò* ad Pollentiam, ipso die Paschatos, in quo dubiæ primò victoria, tandem Romanis cessit, & Alarico pax oblata. *Altera* vice ad Veronam, ubi Alaricus vix pernicis equi beneficio servatus, & in collem quendam compulsus, eruptione factâ, trans Alpes inglorius abiit. *Altera* Duce Rhadagaiso Scytha facta est, qui cum Transistranis, TransRhenanis, Gothis, & Sarmatis CCM exercitum instructus Alpibus Juliis superatis, ex Pannonia in Regionem Venetam, transmisso Pado in Hetruriam perve-

pervenit, & Florentiam, sed infelici conatu, obsedit. Scilicet Stilico in illis angustiis deprehensum ita profligavit, ut ne unico quidem ex suis vulnerato, illorum CM caderent. Rhadagaisus in colle Fessulano obsessus, trucidatus est. Barbari autem, fame adacti, deditionem fecere, & singuli greges pro multitudine capitum singulis aureis vænierunt. Stilico hac victoria elatus, cum Alarico consilia communicavit: per Sarum *Zosimus l. 5.*
408 Alanorum Ducem milites in seditionem concitavit: sic Honorio suspectus, cum militum Ticini seditionem punire neglexisset, Ravennæ trucidatus est.

In BRITANNIA milites Vandalorum impetum veriti, primò Marcum, mox Gratianum, tandem Constantinum quendam, nominis ibidem gratiosi ominatione, Imperatorem nominarunt. Hic assumptis Augustalibus, in Galliam transcendit, &, Bononiâ captâ, ac militibus ad se pertractis, Cariobaudem in Italiam rejecit; in eandem mox transiturus, nisi Honorius Sarum *Zosimus. l. 5.*
408 opposuisset. Verum hic Justinianum ejus ducem profligavit; Neviogastum successorem, ad pacem faciendam compulsum, interfecit; & Constantinum Valentiæ obsedit. Nec tamen finis bello impositus est. Nam Ebobechus Francus, & Gerontius Britannus obsidionem solvêre; Constantinus Alpes & Rhenum contra Romanos munivit; & filium Constantem Cæsarem esse jussit.

GALLI, ut in Germania dictum est, partim à Vandalis, partim à Francis & Britannis vexati sunt; & habitabatur tum Gallia a tribus populis

Roma-

Romani a Rheno ad Ligerim omnia, exceptis Aremonicis civitatibus, tenuêre: Gotti trans Ligerim totam possidebant Aquitaniam: Burgundiones, quicquid erat inter Rhodanum & Rhenum, paucis civitatibus exceptis, occupabant.

De SCOTIA nihil occurrit.

GOTHIS præerat Alaricus, de quo in Honori & Arcadii vita.

Olymp apud Photium.

40[illegible] Sub his Imperatoribus claruêre *Olympiodorus* Historicus *Philtatius*, qui rationem glutinis Athenis invenit, & ideo statuam promeruit. *Arsenius*, sub quo pueritia Arcadii crevit, & cui Imperator Adolescens insidias struxit; adultior factus, modò vota pro salute faceret, totius Aegypti reditus obtulit: *Aurelius Prudentius Clemens*, qui de martyrum passionibus scripsit. *Dexter*, qui omnimodam Historiam texuit. *Vigilius*, *Rufinus* Christianæ Philosophiæ vir, haut contemnenda Ecclesiasticorum doctorum portio. *Severus Sulpitius* Nitiobrix, Ecclesiasticorum purissimus scriptor. *Paulinus Aquitanicus*, qui cum dignitatis Senatoriæ foret, divendítis suis, uxore etiam adhortante, Nolam, ut ibi Christianæ Religioni magis vacaret concessit. Tum etiam *gladiatoria certamina* Romæ 39[illegible]
prohibita sunt, quod Tolmatium Monachum ea adhortantem, interfecissent. Inusitatæ magnitudinis *grando*, Constantinopoli decidit. 4[illegible]

Hieron. in Script. illustribus. Cassian. de incarn. l. 7. cap. 27. Ambr. l. 6. Epist. ad Sabinum. Sigon. l. 10. Occid. Imperii.

SACRA.

Sigebertus in Chronico.

ROMÆ successit Siricio *Anastasius* * *Romanus*, quem excepit † *Innocentius Albanus*. Siricio adhuc

395 adhuc vivente, Hieronymus S. Biblia ex Ebræo in latinum vertit. Fritigil Marcomannorum Regina, Christianam religionem amplexa est: Hun- *Paul. in Vit.*
†396 ni, qui in Asia consederant, † eandem didicere.
397 Joannes Chrysostomus, Episcopus Constantinopolitanus, in luxum cleri, plebis, & aulæ detonare
397 cæpit. *Concilia duo* celebrata sunt: *Taurinense*, in quo altercationes Episcopi Arelatensis & Viennensis sopitæ: ob *Carthaginense*, in quo inter cætera, ut, si de Paschate dissensio oriretur, Episcopi rem ad Carthaginensem Episcopum deferrent, decretum. *Anastasius*, ut quoties Evangelia recitarentur, sacerdotes curvi starent, constituit. *Baronig T. 5.* *Caranza in sum. Concilior.*
*399 Eo sedente, * *Rufinus*, Origenis errores spargens, damnatus est. utriusque Augusti jussu, idola toto *L. 15. 16. de Pagan. L. 35. de Episc. c. Theod.*
399 orbe prostrata sunt, & templa diruta. Ne in Concilio sacerdotum damnati ad præsidium seculare
400 confugerent, vetitum. Monachi ex Nitriæ monasteriis, utpote Origenis sectatores, a Theophilo Alexandrino pulsi, Constantinopoli recepti sunt. Gazæ Christianis, ab Ethnicis injuria affectis, delubra eversa sunt. *Concilia* celebrata sunt *Carthaginense*, apud Caranzam quintum, in quo quædam de Clericis & aliis constituta, & *Toletanum* primum, in quo nihil singulare. *Innocentius* multa de jejunio Sabbathi, infantibus à solo Epi- *Sozom. l. 8. cap. 4.* *Caranza in sum Concilior.* *Socrat. l. 6. cap. 13. 14.*
4‹›2 scopo consignandis constituit. Sub eo inter Chrysostomum & Epiphanium, ob libros Origenis dissidia exorta sunt: Chrysostomus ob exortas inter eum & Eudoxiam Imperatricem contentio- *Sozom l. 8. c. 15 16.* *Cedr. in Epist.*
404 nes depositus, & in exilium pulsus est, in quo Comanis ad Pontum Euxinum mortuus est. *Pelagius* Adamum, etiam si non peccasset, moriturum fuisse:

fuisse: nullum esse peccatum Originale: hominem habere liberum arbitrium ad bonum, docuit. *Concilia* habita sunt, *Milevitanum**, in quo Pelagiana hæresis damnata est: *Carthaginense* triplex, partim contra Donatistas, ut vi ac legibus ad Ecclesiæ unitatem ab Imperatore cogerentur: partim ut Schisma inter Orientalem & Occidentalem Ecclesiam in causa Chrysostomi tolleretur. 404

Petit. Sariar. Lect. l. 2. c. 11. Hoc tempore *Cœlicolarum* nomen est exortum, qui cum Christiani essent, Judaicos ritus receperant, & forte in nomine cœli, id est, Dei, baptizabant. Inter Judæos vixit *Mar*, Filius Asche, qui cum Jazdigerdæ a Judæis persecutionem precibus

Jouchasin. avertisset, & ipsius virtute factum, ut persecutor in cubili à serpente enecaretur, crederetur; *Tob jomi*, id est, bonus dies, appellatus est.

CAPUT VII.

DE

THEODOSIO JUNIORE.

Anni sunt 42. ad Annum 451.

Zonar. tom. 3. Diacon. l. 14. Prosper. in Chronico. THeodosii res ad *quatuor* redigi possunt *decennia*: *Primum* in illius educatione ferè consumptum est, cujus cura ab Anthemio tutore, & sorore Pulcheria, suscepta est. Ea factum, ut postea precibus frequenter incubuerit, inter uxorem & sorores psalmorum vices distribuerit, & neque difficile, neque magnum aliquid hominem

Marcell. Comes in jugulare, putaverit. *Altero decennio* nonnulla contra Persas gesta sunt, de quibus in Persicis. Tum etiam Plinthæ Comes, qui imperium in Palæ-

Palæstina invaserat, à Ducibus Theodosii victus & occisus est. Placidiæ amitæ, & Valentiniano ipsius filio, post mortem Honorii, in Italiam sub Ardaburii & Asparis conductu, contra Johannem
*426 suppetiæ missæ. Scythæ Istrum * transgressi, & Thraciam vastantes, amisso fulminis tactu Duce, rejecti: & Pannoniæ, quas per L. annos Hunni tenuere, receptæ ac ipsi trans Istrum remoti sunt.
427 In *tertium decennium* bellum cum Persis alterum, cujus suo loco fiet mentio, incidit. Tum etiam Valentinianus Eudociam, Theodosii filiam, in *Socrat. l. 7.*
*437 uxorem * duxit: Theodosius verò suam Eudo- *c. 27.*
438 ciam, Leontii Philosophi Atheniensis filiam, adulterii, quod pomum inusitatæ magnitudinis Paulino se dedisse negaret, suspectum rejecit. *Ultimum decennium* in bello cum Attila & Bleda Hunnis
441 maximam partem insumptum est. *Primum*, quod isti regnum in Scythia trans Istrum, post Hotherum & Rugilam patruos (qui Manzucho Velambri successori substituti erant) adepti, cum utrunque imperatorem in debellandis Vandalis occupatum viderent, castellis in Istri limitibus deletis, in Mæsiam & Thraciam irruissent, motum est. In *Sigon. l. 13. occid. Imperi.* *Marcell. Comes.*
443 hoc, Arnegislus, magister militiæ, cum Attila ad *Prosper. in Chronic.* Marcianopolim congressus est. Johannes, alter Dux Arnegisti, æmuli fraude peremptus, inchoatam defensionem reliquit. Hunni exacerbati Illyricum, Macedoniam, & Græciam immaniter dilacerarunt. Theodosius, cum nec per Areobindam & Asparem quicquam contra eos proficere posset; pacem, oblatis VIM pondo auri, & mille
[illegible] minis quotannis promissis, facere coactus est. *Alterum* causæ Attilæ ambitio, qui fratre occiso,

 Mar-

Martis gladium nactus, prætextu non soluti ex pacto tributi, per Istrum conglaciatum, exercitum in citeriorem Daciam immisit. In eo, Arnegislus, cum Anthemio missus, in ipso prælio defecit. Anthemius ad Sardicam conclusum, & multis certaminibus fatigatum, in fugam conjecit, & pace promissa, si Collegam desertorem interemissent, facile quod petiit, impetravit. Ab eo tempore nihil memorabile gestum est. Altero post anno, cum, equo in venatione delapsus, vertebram dorsi luxasset, mortuus est. Supinam ejus in subscribendis libellis negligentiam, Placidia, venditione uxoris impetratâ, correxit. 4[illegible]

CONTEMPORANEA.

ASIATICA

Agathias l. 4. *Teixera cap. 2.* *Socrates l. 7. c. 18. 20.*

In PERSIA Jazdigerde † mortuo, successit *Bahram* cognomento *Ghur*, id est, Onager, quod venatione eorum delectaretur, seu *Vararanes III*, quem excepit * *Jazdigerdes*. *Bahram* in Arabia, ex consilio medicorum, a Nahamanno Regulo & filio ejus Almansore educatus, armis regnum, quôd Cosroës quidam favore procerum Rex factus esset, recuperare coactus est. Eo occupato cum importuno Episcopi Audæ (qui Pyræum, in quo facer Persarum ignis asservabatur, deleverat) Zelo commotus, persecutionem contra Christianos movisset, Theodosio profugos tradere nolenti, bellum intulit. Vario primò Marte res acta est, cum Ardabarius Nisibin obsedisset, Vararanes, Alamanduro Saraceno in auxilium evocato, obsidionem solvisset: tandem Saraceni, nocturno prælio territi, plerique se in Euphratem præcipites

Niceph. l. 14. cap. 21.

†420 *4[illegible] [illegible]

pites dedere. Ardaburius Immortales devicit, &
*422 Persam * pacem petere coegit. Recruduit quidem aliquot post annos bellum, sed eodem successu. Cum enim Persa duorum Monarchiæ rem committi & ut victa pars L. annorum pacem reci-
413 peret, vellet, vicit per Areobindam Theodosius, *Theod. Hist.* & pax facta est. Dicitur & Regem Turcarum *Trip. l. 11.* Chalcanum, securum, & nihil hostile expectan- *c. 15.* tem, quod a Rege suo, qui Adihebiganon concesserat, quasi derelicti Persæ deditionem regni promitterent, noctu inopinato subegisse, & manu sua occidisse, omnesque lapides preciosos, qui in ejus corona, cum gladio, igni tanquam Deo in Pyraterio consecrasse. Elmacinus etiam & Batricides addunt, a Theodosio ad internecionem cæsum, in Indiam fugisse, ubi cum in venatione Elephantorum venatoris egregii specimen exhibuisset, & exercitui præfectus, hostes Regis devicisset, filiam cum aliquot regionibus in uxorem acceperit: tandemque cognitus, & subsidiis Indorum instructus, ad suos reversus sit. De *Jazdigerde* nihil plane occurrit, nisi quòd Theodoretus illa ei adscribat, quæ nos Vararani attribuimus.

In AFRICA *quadruplex* intra hoc tempus *AFRICANA*
409 *bellum* occurrit. *Primum* contra Attalum, qui imperator à Romanis, ut in Italicis dicemus, factus, Constantinum Ducem in Africam misit. *Zosim. l. 5.* Eum Heraclianus Comes adortus, prout Vates prædixerant, nullo certamine vicit & occidit. *Alterum* in Heraclianum, qui, cum Sabino gene-
413 ro, cum in Honorium conjurasset, & ideò pro- *Sigon. l. 11.* scriptus esset, classe instructâ, Latii se littoribus *Occid. Imper.*

 intu-

intulit. Hunc ad urbem tendentes, Comes Marcianus ita excepit, ut solus *'arreptâ navicula *413
Carthag nem redierit: ubi a militibus oppressus, & ejus nomen ex publicis & privatis monumentis erasum est. *Tertium* Castinus Dux, a Placidia, 426
quod eum Johannis scribæ rebus studuisse comperisset, pulsus, movit. Hunc Bonifacius ingenti prælio vicit, & Hunnorum exercitum, quem in gratiam Johannis Aëtius conscripserat, sine noxa dimisit. *Quartum* contra Bonifacium præ- 427
fectum erat, quem Aëtius affectatæ Tyrannidis apud Placidiam detulit; eum verò ne Africa, si evocaretur, cederet, monuit. Contra hunc Placidia exercitum sub Mavortio, Galbione, & Sineca Ducibus misit: quibus trucidatis, Sigevultem Comitem substituit. Bonifacius Vandalos & Alanos, Gundario & Genserico Ducibus ex Hispania evocavit. *Gensericus*, traducto per fretum Herculeum exercitu, omnia incendiis cædibusque permiscuit, nec citius, victo etiam *, sub Aspare, *4[illegible]
postquam fraus Aëtii detecta esset, exercitu bello finis impositus est, quam ipsis Numidia † concessa †4[illegible]
fuisset. *Quintum* Vandali, postquam novum in Africa erexissent sub Rege Genserico regnum, 4[illegible]
Carthagine captâ, suis non contenti finibus, movere, & in Siciliam transcendêre. Tum Sebastianus Dux in Africam missus, pacem eum facere, 442
filium Hunericum obsidem dare, & tributum pendere coëgit.

EUROPÆA Constant. Imperat.

In GERMANIA nihil occurrit, nisi quod Attila ex Oriente in Thuringiam profectus, Isenaci Comitia egerit, in quibus Ducibus suis mandavit, ut Normannos, Frisios & Cimbros Imperio suo

ſuo ſubjicerent. Quatuor ſuorum nunciorum
ſtationes habuit. Coloniæ Agrippinæ, Jaderæ in
Dalmatia, in Lithvania, & ad fluvium Tanaim.
FRANCI, mortuo Gundebaldo, *Pharamundum*
*419 * Marcomiri F. ſubſtituêre, cui intra hoc tempus
†425 ſucceſſere † *Ciogro* F. & * *Merovæus*. *Pharamun-*
*449 *dus* in Regem electus, duo præcipuè egit. Primò *Forcat. l. 5.*
421 leges Francis ſuis tulit, illas Salicas, dubium quare
vocavit, & illis, ne qua fœmina Regibus ſuccede-
ret, ſed ad proximum Maſculum agnatum ſce-
423 ptrum tranſiret, conſtituit. Deinde bellum cum
Cavarino, Pariſiorum & Senonum Regulo, rapi-
nas Francorum vindicare volente, geſſit, in quo *Sigebert. in*
ſemel concurſum, cæſo Rhodanico & vulnerato *Chroni. o.*
Clodione pax facta, & Polyæna, Cavarini filia,
in uxorem data eſt. *Clodio* ſeu *Hlodovin*, cogno- *Gill. in Clod.*
425 mento *Crinitus*, *duo* inprimis *bella* geſſit. *Primum* *Forcat. l. 5.*
contra Belgas, rebellionem novo Principe agi-
tantes. Hos ille XXM exercitu ita repreſſit, ut
Scaldis fluvius ſanguine Belgarum rubere & ex-
427 undare videretur. *Alterum* contra Romanos
fuit, cum nulla in Galliis præſidia eſſe cognovis-
ſet. In eo Cameracum occupavit, eodemque *Trithem. in*
ſedem Duisburgo tranſtulit, & Tornaco direpto, *Compen.*
omnia ad fluvium Somam loca ſui juris fecit, ita *Annal.*
ut ſub ejus Imperio *Batavi*, *Menapii*, *Tungri*, *Ta-*
ravani, *Morini*, *Ambiani*, *Cameracenſes*, *Torna-*
cenſes, *Atrebatenſes*, & *Beluacenſes* numeraren-
tur. *Merovæus*, Clodiorus conſanguineus, adeò *Aimoin l. 1.*
erat Francis charus, ut ab eo *prima Dynaſtia Me-* *c. 6.*
rovingorum nominaretur. Nec defuit exſpectati- *Gregor. Tu-*
oni Merovæus. Captis enim interioris Galliæ op- *ron. l. 2. c. 8.*
pidis, regionē omnem ſpe & animo, nihil obſtante

 Aëtio,

Aëtio, invasit, & mox Valentiniano fœderatus effectus est. Apud FRISIOS successit patri *Odilbaldus*, sub quo armorū quies perpetua Frisiis mansit.

Emmius l. 3.

Isidorus.

HISPANIAM Vandali & Suevi, relicta Gallia, invasere, ibidemque fame ingenti superatâ, sedes ita posuêre, ut Vandali Gallæciam, Alani Lusitaniam, prope Novam Carthaginem, occuparent; Suevi sub Rege *Ermerico* in extrema succederent. Huic, septimo morbi anno mortuo, succeslit *Rechillanes* † qui Lusitaniæ partem, Hispalim, & Bæticam regno adjecit. Excepit eum **Rechiarius* qui Theuderici Gothorum Regis filiam in uxorem duxit. Plura vide in Gallicis. 4[illegible] †440 *4[illegible]

In ITALIA *quadruplex bellum* gestum est: *Primum* Alaricus, Gothorum Rex, post Stiliconis mortem à militibus excitus, quod Honorius promissam pecuniæ summam cum obsidibus denegaret, & trajecto Pado, sedes in Italia pro se & suis impetrare non posset, movit. Eo bello, Roma obsessa, & ad tantam desperationem adducta, ut ad vetera Deorum auxilia imploranda converteretur: nec prius in Tusciam recessit Alaricus, quam V M pondo auri, III M argenti, tunicarum sericarum V M, pellium coccinearum III M, obsidibus promissis, acciperet. *Alterum* ab eodem, cum Honorius pace cum Constantino, de quo in Gallicis elatus, nec obsides, nec annonam, nec Naricum ad inhabitandum, largiri vellet, excitatum. In eo primò Roma per CCC Gothos prodita; Honorio Imperium abrogatum; & Attalus quidam in ipsius locum receptus est. Honorius mox eo redactus, ut incertus consilii, fugam arripere navibus, ad id 4[illegible]

in

in portu Ravennæ paratis, cogitaret, ibidemque obſideretur. Tandem XLM hominum ex Oriente nactus, Româ ab Herodiano, ad tantam famem, detento in Italia frumento, adactâ, ut precium carni humanæ poni poſtularent, pax
410 factâ; & Alarico Galliæ pars, quam cum Gothis incoleret, tradita. *Tertii* cauſa Sarus, qui in Piceno tum erat; qui cum odio Athaulfi in Gothos nôn opinantes inveheretur, Alaricus Honorii dolo id factum, exiſtimabat. In eo Roma capta & direpta; Latium, Campania, Apulia,
411 & Calabria pari fortuna mulctatæ ſunt. Nec melior Siciliæ fuiſſet, niſi Alaricus, tempeſtate in Calabriam rejectus, anno Regni trigeſimo extinctus, & in Buſento amne ſepultus fuiſſet. Decreverat enim ſucceſſor *Athaulfus* Romam repetere, & eam *Gothiam* nominare: ſed precipus Placidiæ, Honoriæ ſororis, quam mox in uxorem duxit, deſtitit; ac proximo Alarici fœ-
413 deri ſtare, & Galliam adire decrevit. Interim Honorius, morbo intercuti correptus, obiit, *Valentiniano*, ex Gallia Placidia ſorrore nepote, ſucceſſore relicto. *Quartum* poſt mortem Honorii a Johanne ipſius ſcriba, qui pertractis in ſuas partes Caſtino ac Aëtio, imperium invaſerat, in Valentinianum puerum detonuit. Contra hunc Theodoſius Ardaburium, cum filio ipſius Aſpare, in Italiam miſit; & res primò adversâ fortunâ geſta, optimè tandem ceſſit. Ardaburius ſub ipſam exceſſionem in Ravenna-
424 tem † oram rejectus, & à militibus Johannis
425 captus eſt. Aſpares * à patre monitus, duce quodam paſtore urbem ingreſſus, Johannem com-

Jornand. de ſucceſſ. Regnorum.

Marcellinus in Chronico.

comprehendit: Aëtium prælio victum, pacisci, dimissis Hunnis, coëgit. Johannes Placidiæ jussu obtruncatus est. Ibidem VENETA Respublica exordium sumsit. Cum enim Attila Italiam invasurus diceretur; Veneti, in maris Adriatici æstuaria, Patavinis, Aquilejæ, & Concordiæ Civibus authoribus, confugêre; & prima Venetæ urbis fundamenta in Rivo altojecére, ibidemque templum ad Divum Jacobum dedicavêre. Primum eam Consules gubernarunt: mox ex singulis insulis singuli cum potestate perpetua Tribuni. Sub his, tempestate à Gothis vel Longobardis ingruente, incrementum urbs sumsit; Opitergio a Rothare Rege Longobardorum deleto, Heraclia condita; everso Altino, Torcellum extructum; exundante Heracliensium multitudine, Aequilium in formam oppidi redactum; & Metamaricum ædificiis occupatum est. Historia illius sub Justiniano redibit.

Jannotius de Republ. Veneta.

41

Pontanus l. 1. Histor. Danica.

DANICA historia hîc redit, & regnavere ibi ad Anastasii tempora *Sivardus*, cui Gotharus Suecus, Scaniam; Slavi verò Jutiam, filio Jarmerico cum filiabus parvulis in captivitatem abductis, ademere. *Buthlus* frater, qui elapso è custodia Jarmerico, imperium abdicavit. *Jarmericus*, qui Suecos, Gotharo oppresso, Daniæ Regno subjecit; Sembis ac Curetibus obsequii reverentiam imposuit; Classem Slavorum navali prælio delevit; & ob uxorem Suevildam, quam falsò delatam supplicio affecerat, miserè interiit. *Broderus*, qui adulterii cum noverca Suavilda suspectus, ad laqueum damnatus, à Bicone delatore servatus est. *Sivaldus*, de quo nihil occur-

currit. *Snio*, qui Scaniam Daniæ postliminio conjunxit; Gothorum Regem, filiam sibi negantem, subjecit, & cum Rege Sueonum multa bella gessit.

In BRITANNIA, cum remoto, ut ex Gallica Historia patebit, Constantino, nullū Romanorum
411 præsidium esset, Scoti ex Scandia, Duce *Fergusio*, Eugenii nepote, rediere, & pristinis sedibus recuperatis, irruptione & rapinis eam fœdavere. Nec potuit illorum ferociam missa ab Aëtio ex Galliis legio, victos, & muro ex cespite a Bri-
446 tannia exclusos, coërcere. Reversi namque, extremam ejus partem ad muros usque ceperunt, &, præsidiis dejectis, Britannos in magnas angustias conjecerunt. Hinc Dominationis Romanorum in Britannia finis. Cum enim Picti & Scoti infestare pergerent, Romanis negligenti-
449 bus, Saxonum, Anglorum, ex Germaniâ auxilia evocata sunt: qui quidem *Hengisto* & *Horsa* Ducibus venêre; sed devictis hostibus, insulam occupare, in illaque ea Regna erexêre, de quibus in sequentibus dicemus.

In GALLIA multa hoc temporis circa Constantinum, de quo in superioribus, & Gothos accidêre. Constantino Theodosiani imperii initia calamitosa fuêre. Honorius enim trabeam
*409 Imperialem se ipsi * concessisse immemor, per Gerontium Viennâ expugnata, Constantem F. trucidavit: per Constantium, ex Italia missum, Constantinum Arelate obsedit: &, Duce ejus Globecho fuso, presbyterii gradum accipere coëgit. GOTHI, vi fœderis cum Honorio facti, Narbonam & loca a Pyrenæis ad Rhodanum

Ligerimque amnes insedere,& ibi Regnum, cujus caput Tholosa, erexêre. Quatuor ipsis hoc temporum tractu præfuerunt Reges: *Athaulfus*, *Segericus*, *Vallia*, & *Theudericus*. *Athaulfus* primo triennio quievit; hoc exacto, Attalo ex Italia deducto, † Augustalia sumere persuasit. † 41
Hinc Narbona obsessa, Athaulfus, impar viribus, in Hispania Tarragonensi Barcinonem occupavit, ibidemque cum equus in stabulo contemplaretur, * occisus est. Idem & *Sigerico*, * 41
quod inclinatior ad pacem videretur, accidit. *Valliæ* per *triennium*, quod regnavit, res feliciter cessere. *Primo anno* ab Africa rejectus, obsidibus datis, & Placidia reddita, Hispaniam ea conditione, ut bellum pro Romanis gereret, accepit. *Altero* & *tertio* Vandalos ad Tartessum 4
& Calpem multis præliis fatigavit, Suevos ad Augustam Emeritam acie superavit. Alanos †, 4
cæso suo Rege, Gunderico, Vandalorum Regi, se subjicere coëgit, & propter hæc in Remp. merita Aquitaniam ab Augusto obtinuit. *Theudericus duplicem* contra Romanos *expeditionem* suscepit. *Primâ* Archillas oppugnavit, & ab illis 4
per Aëtium depulsus, pacem facere coegit. *Alterâ* Narbonam tentavit: sed importatâ per Litorium Ducem annonâ, obsidionem solvere 4
coactus est. Tandem Litorium, Tholosam obsidentem, magno prælio vicit, & in urbem secum adduxit; serpsissetque ulterius, nisi Valentinianus Aëtium misisset, qui interventu Aviti pacem composuit. Apud BURGUNDOS *Gundecius*, trajecto ad Argentinam Rheno, quicquid à transitu Rheni in occidentem ad mare, & ab Italiæ Alpi-

Heuterus l. 1. Rer. Burgundic.

Alpibus ad Ararim & Rhodanum, agrorum conſpicitur, occupavit; mox Arari & Rhodano ſuperatis, ditionis Nivernenſem Borbonēſem, Mornantum, Arvernos, Charoloum, Foreſtios, Baubofios, cum parte Languedoci, ſibi ſubjecit: ulterius progreſſurus, niſi Aëtius ad Lugdunum congreſſum fudiſſet, & pacem ea conditione dediſſet, ut Araris & Rhodanus Burgundici Regni limites manerent.

Apud SCOTOS imperavit poſt Ferguſium
427 *Eugenius*, de quo in Britannicis, quem excepit
449 *Dongardus*, de quo nihil occurrit.

Intra hoc tempus floruere *Priſcus Hiſtoricus*; *El-Herir Baſorenſis*, ſcriptor Arabs; qui tantæ fuit authoritatis, ut & *Princeps literaturæ* vocaretur, & ſcripta ejus in omnibus Orientis Academiis propter eloquentiam explicarentur: *Abu-Zeid*, qui varias quæſtum faciendi vias excogitavit, & modo ſe Poëtam, modo Arabem, Aegyptium, Regis Perſarum conſanguineum, modo ex tribu El-Jemen finxit: *Abu-El Ulla Muarrenſis*. Awaſchemus (territorium eſt Muarræ) Syrus Poëta, qui cæcus à quarto ſuæ ætatis anno fuit, & res plurimas egregiè deſcripſit: *Amar-El-Kaiſch* Kindæus, Regis cujusdam Arabis Filius: *Iben-Fered*, Poëta Aegyptius, qui aliquot carmina de amore divino, & Dei cum creaturis conjunctione conſcripſit: *Hypatia*, virgo Alexandrina, quæ Philoſophiam publice docuit, & à plebe ſeditioſa, quod diſcordias inter præfectum & Cyrillum non compoſuiſſet, diſcerpta eſt. Tum *Socrat. l. 7. cap. 13. Heſychius de Viris Illuſtribus.*
416 etiam *lapis* ingens in urbem Conſtantinopolim de
4[illegible] cœlo decidit. *Fames* tanta graſſata eſt, ut Imperator

tor Constantinopolitanæ plebi sexcentas & undecim auri liberas, pro frumento emendo, exponere coactus fuerit. Septem *dormientes* à ducentorum annorum somno † revixere. Tanta nix de- †446
cidit, ut vix sex mensium spatio * liquefacta fue- *44
rit. In Italia tanta *fames* † fuit, ut parentes li †4
beros pro cibo emendo venderent. *Terræ motus* 44
Constantinopoli tantus, ut murus cum LVI turribus collaberetur.


SACRA.

ROMÆ rexit adhuc Ecclesiam *Innocentius*; quem excepere † *Zosimus*, *Bonifacius* *, *Cœlesti*- †[illegible]6
nus †, *Sixtus* *, *Leo Romanus*. Sub *Innocentio* * *[illegible]
Donatistæ exilio multati, in obvios puteos se †[illegible]
August. Epist. 61. 204. præcipitabant. Cyrillus Novatianorum templa *4
occlusit, & ipsorum Episcopos ejecit; & Judæos 4[illegible]
Socrat. l. 7. cap. 13. tumultuantes Alexandria † expulit. In Concilio †[illegible]
Augustin. Retract. l. 2. cap. 47. *Diospolitano* Pelagius damnatus est. Stephani protomartyris reliquiæ inventæ sunt: Judæi, quod Christianum puerum cruci per ludibrium affixissent, puniti sunt. *Marcell. in Chron.* *Zosimus* decrevit, ut Cerei in Sabbatho Paschæ per Ecclesias benedicerentur. Sub eo Pelagiani in Concilio Carthaginensi, & Milevitano damnati, & jussu Honorii in exi- 4[illegible]
Sigibert. in Chronico. lium pulsi sunt; & errorem in Paschate celebran- 4
do commissum; exinde patuit, quod aqua, quæ solito more ad Baptizandos Catechumenos manare solebat, nulla apparuerit. *Bonifacio* cum 4[illegible]
Eulalio, qui etiam in Episcopum Romanum electus erat, dissidium erat; quod Honorius, Eulalio ejecto, composuit. Nihil sub eo singulare obvenit. *Cælestinus*, ut ante sacrificium Psalmi
Anast. in Vita Pontif. Davidis canerentur, constituit. Sub eo *Cassianus* Mo-

Monachus floruit. Nestorius ad Episcopatum evectus, Mariam non dicendam Deiparam, asserruit. Ideo *Concilium Ephesinum* convocatum, & Nestorius ab Imperatore Episcopatu dejectus est. Tum Burgundiones & Scoti Christianismum recepere. *Sixtus III* à Basso quodam de stupro Sacræ Virgini illato accusatus, à Valentiniano absolutus est. Sub eo *Vincentius Lirinensis* contra Pelagianos & Nestorianos scripsit. Theodosius libros Nestorii † exuri jussit; eum in Oasim relegavit. *Moses* quidam in Creta, Judæos per mare in Palæstinam reducere conatus est: multis submersis, evanuit. Catenas Petri, & fascias Servatoris inventas, scribunt. Sub *Leone* intra hoc tempus Eutychis error exortus, multum negotii facessivit. Is enim Concilii Constantinopolitani primi judicium subterfugit. Alterius acta falsavit *. In Ephesino anathema omnibus dictum, qui duas personas in Christo post unionem statuerent; nec quicquam in Romano profectum, eum Theodosius, à Chrysaphio Eunucho persuasus, a partibus Eutychis staret. Alexandriæ constituit primus omnium stationes in Ecclesia *Cyrillus* major, Theophili antecessoris ex sorore nepos; cujus etiam tempore *Isaac*, S. Ephrem Syri discipulus, floruit. De cultu ignis apud PERSAS qui aliquid scire volet, Benjaminem Tudelensem consulat.

Margin (left): 431; 435; 434; † 435; 432; 448; * 449

Margin (right): *Socrat. l. 7. cap. 29.* *Prosper. in Chron.* *Socrates l. 7. cap. 36.* *Nicephor. l. 14. c. 47.* *Leo M. Epist. 10, 22, 25, 26.*



CAPUT

CAPUT VIII.

DE MARCIANO.

Anni sunt 7. ad Annum 458.

MOrtuo Theodosio, MARCIANUS Thrax, qui omen imperii ab Aquila sibi dormienti umbram faciente acceperat, imperium, parasia Pulcheria, Theodosii sorore annis L majore, obtinuit, eandemque in uxorem, eâ conditione, ut ei illibata virginitas maneret, duxit. Nihil in ipsius regimine memorabile obvenit. Frequenter illud in ore habuit, *Non esse movenda arma, si pace frui liceat.* Ideò cum Vandalis pacem fecit, & Persis, bellorum pertæsis, eandem concessit, & multum operæ in sopiendis Ecclesiasticorum negotiis insumsit.

Jornād. de Regnor. success.

Procop. l. 3. belli Vādal.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA. Seder Olam Zuta.

Apud PERSAS fuit fortè Jazdigerdæ negotium cum Raba quodam, Judæorum seditiosorum Capite, qui columnæ cujusdam lucidæ apparitione excitatus, arreptis armis, cum exigua suorum manu Persiam invaserat, & aliquas terras occupaverat. Ab eo videtur Raba victus, & Marzutra, Exulum princeps, super pontem regionis suspensus esse.

AFRICANA

In AFRICA fuit adhuc *Gensericus*, de cujus ab Eudoxia Valentiniani vidua evocati expeditione, in Italicis dicemus.

EUROPÆA

De GERMANIS & FRANCIS nihil occurrit, nisi quod his adhuc *Merovæus* præfuerit.

FRI-

FRISIIS ab hoc tempore ad Corolum M. præfuisse dicuntur *Richoldus*, qui Westphalos coercuit, & Danos, Tekenburgicum agrum vastantes, terruit, & cujus tempore Frisiæ diluvio afflicta, & Groninga septo ligneo cincta: *Beroaldus*, qui à Francis in prælio trucidatus est: *Aldegillus* F. sub quo pax floruit per LXXXII annos, &c. *Emmius l. 3. Histor. Fris.*

In HISPANIA *Rechiarius*, Suevorum Rex, ex Gallicia & Lusitania in provinciam Romanorum irrupit.
456 Theodoricus, Gothorum in Gallia Rex, sociis Burgundis, ad amnem Urbium prælio eum vicit, & captum capite multavit. Post eum duo Reges successivè fuêre: *Achiulfus* Theodorici cliens, qui mox rebellavit, & *Maldras Suevus*. *VVasaus in Hisp.*

In ITALIA quædam de Attila, Valentiniano, & ejus successoribus, Maximo & Avito, occurrunt. *Attila* cum rem in Gallia, ut dicemus, *Jornandes de regnor. success.*
451 non bene successisse videret in Italiam irruit, &
453 apertis Juliis Alpibus, Aquilejam obsedit & expugnavit; Mutinam intactam reliquit, & tandem a Leone Pontifice persuasus, exercitum ex Italia deduxit. Hoc ipso anno mortuo, cum filii de regno diffiderent, Ardaricus Rex Gepidarum in eos movit, & Ellace majore natu prostrato reliquos fratres ad littus maris Pontici abire compulit. Populis, qui illorum suberant imperio, sedes distributæ sunt. Gepidæ Daciani, Ostrogothi Pannoniam a Sirmio ad Vindibonam; Sarmatæ, & quidam Hunni, Illyricum ad Castrum Martenam; Scyri & Satagarii Alani Scythiam minorem, & Mœsiam inferiorem; Rugi Scandiopolim,
454 accepere. *Valentinianus* post illa Maximi Consularis

laris uxori stuprum intulit, & ab eo, postquam Aëtium falso ab Eunuchis delatum propria manu interfecisset, eorundem opera trucidatus est. *Maximus*, occupato Imperio, Eudoxiam Valentiniani viduam in uxorem duxit, quæ cum fraude ipsius Valentinianum periisse rescivisset. Gensericum ex Africa evocavit. Hic classe appulsus, Maximum in fugam, in qua lapidibus obrutus est, conjecit; Romam cepit, & Eudoxiam cum duabus filiabus abduxit. Par *Aviti*, qui eum excepit, fortuna. Nam cum in odium ob Maximum, sub quo Magistrum Equitum agebat, incidisset, dimisso Gothico auxilio, Româ pulsus, & à Ricimere Suevo, militiæ magistro, captus, imperium deponere, & Episcopatum Placentiæ accipere coactus est. Urgente verò mortis pœnam Senatu, in Gallias aufugit, ibidemque animi mœrore extinctus est.

In BRITANNIA *Hengistus*, cum & annonam & stipendium parcius à Britonibus acciperet, factâ cum Pictis pace, Britannos deprædari cæpit. Britanni assumpto Ambrosio Duce, se ipsi opposuerunt. Variâ primum fortunâ bellum gestum est: sed tandem *Vortimerus* Rex improvisò Saxones adortus, eos fugavit, Horsum interfecit, & Hengistum Britannia cedere coëgit.

WVestmonast. in Hist. Angl.

In GALLIA *duplex bellum* confectum est. *Primi* causa Gensericus, quæ sibi metuens, quod Theuderici filiam, naso reciso, Patri transmisisset, Attilæ, ut in Galliam transiret, persuasit. In eo Attilæ DCCM accinctus, Coloniam quidem & alias urbes excidit: sed ab Aureliis in Catalaunios campos per Aëtiũ & ejus fœderatos rejectus, in

Sidon. Carm. 7. Gregor. Turon. l. 2. c. 7. Cassiodor. in Chron.

in iisdem universum ferè exercitum amisit, & cum Aëtium de se obsidendo consilia agitare rescivisset, rogum ex sellis equorum construxit. *Alterum* a Thorismundo Theuderici, qui in prælio contra Attilam ceciderat, F. motum est: quod sibi con-
454 tra eundem reducem nulla fuissent submissa auxilia. In eo Atrebatum obsessum, cum liberari
454 non posset, pax facta est. Thorismundo à servo, cum sanguinem mitteret, occiso, successit *Theodoricus*, de quo in Hispanicis egimus. BURGUNDIS desiit imperare Gundecus, ab Attila, quem Rheni transitum prohibere conabatur, oppressus, *Heuter. in Burgundia.* & quatuor filios *Gundebaldum*, *Chilpericum*, *Gundemarum*, & *Godesillum* reliquit, qui Burgundiam communi consilio rexêre; Aëtii in oppugnando Attila adjutores. Historia ipsorum sub Anastasio recurrit.

451 Apud SCOTOS excepit Dongardum *Constantinus*, qui cum vitiis omnibus fræna solvisset, *Buchan. l. 5* nec proceribus monentibus obedire vellet, ab Acbudensi nobili, ob vim filiæ illatam, occisus est.

SACRA.

ROMANÆ Ecclesiæ præerat adhuc *Leo*: & *Caranza in Epitome Conciliorum.*
454 sub eo, intra hoc tempus, *Chalcedorensis Synodus* habita est, quæ quarta inter Oecumenicas habetur. In ea Dioscorus Alexandrinus damnatus, & Gagram in Paphlagoniam relegatus est; manere in Christo Divinam humanamque naturam definitum, & Episcopo Constantinopolitano secundæ a Romano, opponentibus se Leonis legatis, adscriptæ. Marcianus quoque, lege lata, quic- *L. 7. C. de Pagan.*

 quid

quid superstitionis gentilitiæ reliquum erat, sustulit. Valentinianus verò, ne clerici causas dijudicarent, nec forum politicum declinarent, nisi quis ad Ecclesiasticum Magistratum sponte provocaret, constituit. Cum verò Hilarius Episcopus Arelatensis pro vero Patriarcha diœceseos Gallicanæ se gereret, ad Leonis (qui ægrè ferebat, sibi ita principatum abrogari) instantiam, rescriptum per surreptionem imperratum, promulgavit, quo perenni sanctione decernitur, ne quid tam Episcopis Gallicanis quam aliarum provinciarum, contra veterem consuetudinem liceret, sine viri venerabilis, Papæ urbis æternæ, auctoritate. Hoc male intellecto, Leo primus imperium in universam Ecclesiam sibi arrogare cœpit.

Novell. Valent. tit. 12.

CAPUT IX.

DE

LEONE THRACE.

Anni sunt 17. ad Annum 475.

MArciano è vivis sublato, LEO THRAX, facta Asparis Gothi filio Ardaburio adoptionis spe, ad Imperium evectus est, idemque per XVII annos non malè administravit. Primis *octo* annis *expeditio Ostrogothorum* in Illyricum, & *incendium Constantinopoleos* occurrunt. *Illius* causa, quod munera, à Marciano, ut pacem tuerentur, statuta, non exsolverentur. Leo perniciosum sibi cum Barbaris, quod Dinzigum Attilæ fratrem repulissent, elatis, bellum ratus; legatis missis, præterita & præsentia dona persolvit, & obsi-

Sigon. l. 14. hist. Occid. Imperii.

obsidem Theodoricum, post *Veronensem* dictum,
464 accepit. *Hoc* a Dæmone mulieris pannosæ & stipem corrogantis speciem gerente excitatum, adeò sævit, ut latitudo crematorum ædificiorum quinque stadia, longitudo tredecim æquaret. Reliquis *novem* annis, quædam circa *Gensericum*, *Imperatores Occidentales*, *Asparem*, & *Gothos* accidere. De *Genserico* & *Imperatoribus* in Afri-
469 canis & Italicis agemus. *Aspares* Leonem, ut Ardaburio promissam dignitatem conferret, adegit. Hanc iste adeptus, cum Leoni insidiaretur, Leo
470 eum cum Patre Chalcedonem fugatum trucidari jussit, Leone ex Zenone & Ariadna nato, in ipsius
*473 * substituto locum. *Gothi* nonnulla memoratu digna gessere. Nam *primò* Hunnos, de Pannonia controversiam moventes, interfecto ipsorum Du-
470 ce Densice, vicere. Mox Theodomirus ipsorum Rex Hunnimundum, Suevorum in Pannonia Regem, Pannoniam populantem, cepit. Idem Danubium conglaciatum transgressus, Suevos
472 vastavit. *Vindomirus* etiam, alter Ostrogotho-
473 rum Rex, Italiam petiit, sed in itinere mortuus est. *Theodoricus* denique, qui Patrem exceperat, Illyricum & Thessaliam invasit, nec prius cessit, quàm muneribus ab occupanda Græcia avocaretur. Leo ventris profluvio adeò, ut pelluceret, debilitatus, excessit; quem alter Leo, ignorans
474 quid accepisset, ageret, perderet, aut relinqueret, mense vitæ XVII insecutus est.

Contemporanea.

Apud PERSAS successit Isdegerdæ, anno regni vigesimo primo mortuo, occiso fratre, *ASIATICA* *Nicephor. l. 16. c. 16.*

Hormuz, *Firuz*, seu *Perozes*, qui *duplex* contra 4 Naphtalitas Hunnos, (*Hastalitas* potius, gentem Thracum, & Indorum, Chorasanæ vicinam, cui tùm rex *Achschanvar*) *bellum* gessit, pari utrumq; successu. In *primo*, cujus mera ambitio causa, in angustiis quibusdam circumventus, exituque omni clauso, captus, non citius pacem obtinuit, quam & Ducem Haitalitarum corpore inclinato adorasset, & sponsionem juramenti, se Haitalitis bellum nunquam illaturum, dedisset. In altero, quod ignominiæ impatiens, juramento violato intulit, in foveam ab Indis cum toto exercitu protractus, occisus est. Potiti sunt tum temporis Indi Unione insigni, quem Justinus Imperator centum auri libris redimere voluit. Ejus tempore tanta in universa Persia *siccitas* fuit, ut continuo septennio nunquam plueret, amnesque maximi, etiam Tigris & Gichon, exarescerent: nec citius imber decidit, quam Rex in campum cum Universo populo progressus, verum Cœli & Terræ Regem invocasset. Excepit eum minor natu filius * *Cabades*, seu, ut aliis placet, ille qui Tarich* 17 *Jalas*, seu *Balas*, Procopio *Blases*, Cedreno *Balbus*, Agathiæ *Valens*, Teixeræ *Bolasch*, dicitur.

Agathias l. ult. Cedrenus.

In ARABIA imperabant apud Hirenses, ad Muhamedem usque *Al-Aswad* Almondari F. qui Gassanitas Arabes bello superavit, & multos e regia famila cepit: post Almondarem Fr. & Alkamah AlDamyali *Amrio'lkais* F. Noomani, *Almondar* Amri'lkaisi F. cujus mater *Mawiah*, Aufi Filia, ob insignem pulchritudinem *Mao s-samai*, aqua cœlestis (unde & ipse Al Mondar Ebn-*Maissamai* audit, & posteri ejus *filii aquæ cœlestis*)

Pocock. specim. hist. Arab. p. 69. & seqq.

cœlestis:) cognominata. *Al-Hareth*, a Cobade Persarum Rege suffectus, quod Almondar *Mazdacis* impostoris Manichæi hæresin amplecti nollet (volebat hic opes & uxores communes) sed ab Anusherwane, restituto Almondare, iterum pulsus. *Amrus*, Almondari F. aliàs *Ebn Hend* a matre Henda, & *Modreth ol' hajarah* ac si dicas lapillos ἀποπέρδων, ob summam audaciam & robur invictum, vocabatur. *Al Nooman*, qui post *Kabum* Amri fratrem & *Almondar* patrem regnavit, *AbuKabus* cognominatus, & Christianismum, (singulari Taiyensis cujusdam Christiani exemplo motus, qui mortem potius subire quam vadem suum periculo capitis exponere voluit) amplexus est, & omnes Hirenses cum ipso. Quia Tulipas flores magni fecit, & communes primus esse voluit, ideò eæ *flores variegati Al Noomani* dicti sunt. Occiso à Cosroe Parwiz, regnum à Lachmidis ad Aiyasum Taiyensem translatum est. Intra hoc tempus fuere & *Cendæ* seu *Cendini* in ARABIA Reges, quorum primus *Hojr* dicterio uxoris *AccIol morar*, comedens almorar, (fruticem quandam, Cameli delicias) dictus, quod contractiora haberet labia, quàm ut dentes absconderent; alter *Amrus F. AlMaksur*, quasi *contractus*, vocatus, quod regno patrio contentus intra limites suos se continuerit: tertius *AlHareth* Amri F. à Cobade suffectus, de quo superius. Præfecit Asadensibus *Hojrum* filium, aliis tribubus e filiis alios: sed cum ille durius ob insidias sibi structas Asadenses tractasset, ab ipsis astu interfectus est. Fugavit quidam eos, subsidiis à tribubus *Becr* & *Taglab*

impetratis *Amriolkais*; sed dissipatis post Almondari copiis, ad Cæsarem, a quo auxilia petebat, reversus, propè Ancyram diem suum obiit. Sed & aliorum Regum ARABIÆ, qui alibi imperavere, fit mentio. *Amri* nempe e Cahlani posteris, qui Hejazo imperavit, & primus idola, Hobalum, Asaphum, Neyelam, in Caabem induxit. *Zohair Ebnol Habeb Ebnil Hobat Calbensis*, *Ariolus* dictus, qui Gadfanidas bello aggressus est, quod asylum, Mecha instar sacrum, conderent. Erat μακρόβιος *Colaib Ebn Rabiæ*, nomine *Wayel*, tam superbus, ut nec venatu capi feras in locis sibi vicinis pateretur, nec una cum Camelis suis aliorum Camelos aquatum duci. Occisus à Jassaso, quod Camelæ, *Sarah* dictæ, ubera sagitta transfixisset, unde bellum XL annorum. *Mohalhel Ebn Rabiæ*, Fr. qui bellum cum Becrensibus gessit. *Zohajr Ebn Jodaimah*, cui Hawazenenses vectigal in Arabum foro Ocadh pendebant, occisus est a Chaledo quodam, qui ab Al Haretho in aula Al Noomani interfectus, multorum bellorum causa fuit. Rex denique *Zais Zohaimi* F. qui Christianam religionem complexus, & Monachus factus est.

Pocock. l. c. p. 80. & 81.

AFRICANA.

In AFRICA *duo* contra Gensericum Vandalorum Regem, qui interea Sardiniam, Majoricam, & Minoricam ceperat, *bella* gesta sunt. *Primum* Leo, contracta ex Græcia mille centum tredecim navium classe, & conducto centum millium exercitu, quod Gensericus universas ferè Orientis & Occidentis opes vexaret, sub Basilisci, Verinæ uxoris suæ fratris, Heraclii & Marcellini, præfectorum conductu, intulit. In eo res ex parte

Procopius.

Leo-

Leonis feliciter gestæ sunt; Genserico insolentius interim agente, quod Olybrium Senatorem potentissimum, remissâ, quæ ipsi desponsa erat, Placidiâ, & promisso Occidentis Imperio, ad defectionem pellexisset. Marcellinus enim Sardi-
468 niam in potestatem redegit. Heraclius, victis acie Vandalis, Tripolin cepit. Basiliscus, applicata ad vicinum Carthagini oppidum classe, ingentem Genserico terrorem incussit. Quamvis verò postea idem enervato per otium exercitu, & spacio se armandi hosti concesso, vinceretur, & Marcellinus in Siciliam è Sardinia transgressus, opprimeretur: recuperavit tamen post illa de-
470 cus suum Basiliscus, & ita ad Siciliam pugnavit, ut Gensericus Carthaginem fugeret. *Alterum* Majoranus movit, quod in Italicis exponetur.

De GERMANIS nihil habeo quod dicam. *EVROPÆA*
FRISIORUM historia sub Carolo M. occurret. FRANCORUM in Gallicis imposterum quæratur.

In HISPANIA tres *Suevorum* successivè Reges fuere, *Maldras*, de quo superius; *Frumacius*, & *Remismundus*. *Ille* res Suevo- *Vasaus.*
rum, a Theodorico Gotho attritas, erexit,
*460 & regnum stabilivit, ac anno imperii * quarto occisus est. Sub *isto*, qui per quadrien-
466 nium regnavit, nihil singulare accidit. *Hic*, Conimbricâ specie pacis direptâ, Olyssipone, tradente Lusidio, occupatâ, omnibus Suevis in suam ditionem redactis, pacem cum Gallæcis fecit.

In ITALIA sex intra hunc temporis tractum ponuntur Imperatores; *Majoranus*, *Severus*, *Anthemius*, *Anicius*, *Olybrius*, *Glycerius*, & *Julius Nepos*. *Majoranus* per quatuor annos & totidem menses, a Leone † electus, regnavit, & intra hoc tempus, Gensericum, Campaniam vastantem, ex insidiis victum, Italiâ ejecit. Inde, trajecto in Africam mari, postquam, ne monumenta Veterum amplius in privatos usus diruerentur, edixisset; Mauritaniam quidem recepit; sed morbo correptus, in Italiam regredi coactus est. Mox in Galliam profectus, Gothis oppida, quæ occupaverant, * eripuit. Inde in Hispaniam transgressus, ut in Africam trajiceret, consilio suo Vandalis detecto, classe spoliatus est; Genserico tamen pacem expressit. In Italiam redux, cùm contra Alanos, qui præsidio destitutam invaserant, Ricimerem Suevum, militiæ Magistrum, advocasset; ab eodem perfidè trucidatus, imperare desiit. Par *Severi* fatum. Nam & hunc, postquam Alanos in Liguriam transgressos, cum eorum Rege Beorgok, internecione delevisset, per fraudem, anno imperii quarto †, interfecit. Nec dispar *Anthemii* à Leone * missi, fortuna. Sanè & hunc idem, insidiis frustra † petitum, seditione recrudescente, Romæ * obsedit; & victo, qui Gothos ex Gallia ducebat, Bilimere, captum, morte affecit. *Olybrius* tres duntaxat menses imperavit, & sub eo Ricimer fatis cessit, eo Stilicone felicior, quod non plures Imperatores creasset, quàm sustulit. *Glycerius* injustis comitiis regnare † jussus, hoc unico notus est, quod *Vindomirum* Ostro-

Isidorus.

Cassiodor. in Chronico.

Ostrogothorum Regem, in Galliam, muneribus datis, rejecisset.

In BRITANNIAM rediit iterum *Hengistus*; Malmesbur. ad A. 465.
458 cumque a Britannis ad colloquium invitatus fuisset, sibi metuens, suis, ut occulto gladios haberent, imperavit; ita Britannos vicit, & regnum
465 in Cantio obtinuit; quod mox, auxiliis ab *Ella* adductis auctus, reportata iterum à Britannis victoriâ, firmavit.

In GALLIA *Merouaeus*, occupatis consensu oppidanorum nobilissimis civitatibus, ac imprimis Lutetia Parisiorum, Gallos sibi subjecit, &
*460 regionem *Franciam* nominavit. Ei * mortuo, successit *Childericus* F. Hic intra hos, quos hic Gregor. Turon. lib. 2. cap. 12. 18. Aimoin. lib. 1. c. 7.
ponimus, annos, cum stupris & adulteriis principem ageret, & ad Segulinæ nutum negotia ex-
461 plicaret, authore seditionis quodam Finacro, in exilium ejectus, (*superbiam ægrè Principis sui populus, luxuriam ferre nullo modo potest:*) suasore Winomando, in Thuringiam se contulit. Verum cum interim *Aegidius*, Romanorum Præfectus, in locũ ejus substitutus, in clarissimum
465 quemque ferro, ex consilio Winomandi grassaretur, revocatus, justa acie æmulum fugavit, &
459 Suessiones compulit. Ibidem *Theodoricus* GOTHORUM Rex, arma ad Rhodanum usque perduxit. Lugdunum sui juris fecit. Rauennium, Sigon. l. 14.
Severi Comitem, ad defectionem sollicitavit, &
462 Narbona captâ ingenti bello, cujus tamen altum apud Historicos silentium, occasionem dedit. Ithacius
466 Tandem & vita & regno a fratre Euarico spo-
468 liatus est. *Evaricus*, educto, incitante Genserico, in agrum Romanum exercitu, non tantum Sigebertus.

Riothimum, Britannorum ſupra Ligerim Regem, Ecdicii, Anthemii Comitis auxiliarem, acie victum in Burgundiones rejecit: ſed etiam non niſi muneribus ad antiquum fœdus ſe reduci paſſus eſt. Dicitur idem Burgundiones viciſſe, 4
in Luſitaniam tranſcendiſſe, & miſſis exercitibus, Pompelonam, Cæſarauguſtam, & Tarraconen- 4
ſem provinciam in ſuam poteſtatem redegiſſe.

Buchan. l. 5. SCOTIS præfuit poſt Conſtantinũ, anno regni XV ſublatum, *Corigallus*, qui pace domi partâ, 4
proprio exemplo mores publicos emendavit.

Leoni contemporanei fuere *Proſper Aquitanus*; *Sidonius Apollinaris*; *Hyperechius Grammaticus*, quem Leo in exilium miſit; *Eulogius* Philoſophus, cujus ſtipendium cum quidam in militiam inſumere Leoni ſuaſiſſet, *Utinam liceret meo tempore, quæ militibus dantur, in artium Profeſſores impendere*, Leo reſpondit; *Victor Uticenſis*; *Priſcus Rhetor*; & alii. Tum etiam Helleſpontus, Jonia, & Cyclades Inſulæ *terræ motu* concuſſæ, Antiochia planè everſa eſt. In Gallia duo juvenes, de cœlo aduſti, concretis cadaveribus inventi. Viennæ lupi ac cervi portas urbis ingreſſi, impunè per forum vagati ſunt. Conſtantinopoli cinere *pluit*, tanquam nive, quæ ad palmæ altitudinem jacuit; forte quod mons Veſuvius viſcera ſua evomuiſſet.

Suidas. *Nicephorus.* *Cedrenus in Leone.*

SACRA.

ROMANÆ Eccleſiæ præfuere poſt *Leonem* † *Hilarius*, & * *Simplicius Tiburtinus*. Sub *Leone* adhuc vivo, Protherius Epiſcopus Alexandriæ,

driæ, ſubſtituto Timotheo Eutychiano, in tem-
†457 plo † interfectus eſt. *Conſtantinopoli Concilium* *Tomi Con-*
*459 contra Eutychianos * celebratum, cujus decreta, *cil.*
unico excepto, interiere. Studius Vir Conſula-
ris, Cænobium *Monachorum inſomnium* Con- *Nicephor.*
ſtantinopoli extruxit. Simeon Stylita, qui in *Cedrenus in*
Columna octuaginta ferè annos ſtetit, cente- *Leone.*
nario major obiit. Majoranus, *ne filiæ Virgi-* *Novell. t.3.*
nes ad ſacrum velum ſuſcipiendum adige- *4. & 8.*
rentur invitæ, neve illud ante quadrageſi-
mum ætatis annum reciperent, conſtituit. Sub
463 *Hilario Concilia Arauſicanum II, Carpentoraten-*
462 *ſe*, & *Vaſatenſe*, celebrata ſunt. Pictori, Chri- *Cedrenus.*
ſtum formâ Jovis pingere aggreſſo, manus ex- *Theodor.*
aruit. Eliſei cineres Alexandriam translati di- *Lect. l. 1.*
cuntur. Victorinus Aquitanus, juſſu ejusdem,
Cyclum Paſchalem annorum quingentorum
466 duorum ſcripſit. Mamertus, Viennæ Epiſco- *Sigebert.*
pus, terræ motibus perculſus, ſupplicationes Deo *Sidon. Epiſt.*
pro impetrandis imbribus, diebus ante Aſcenſio- *l. 3. Ep. 1.*
nem Chriſti, quæ dies Rogationum, inſtituit. Pe-
trus Fullo Antiochiæ ad illud *Sanctus Sanctus*
Sanctus, addidit: *qui propter nos crucifixus eſt.*
Sub *Simplicio* Remigius, Francorum Apoſtolus,
†471 anno ætatis vigeſimo ſecundo Rhemenſis † Epi-
ſcopus factus eſt. Petrus Fullo Eutychianus, An-
tiochiæ Epiſcopum ſede dejecit, & à Leone in exi-
lium ejectus eſt. Gennadio Conſtantinopolitano
ſpectrum apparuit, quod ab eo repulſum, reſpon-
dit, *Te quidem vivo recedo: ſed poſtea modis omni-*
472 *bus Eccleſiam turbabo.* Acacius Gennadii ſucceſ-
ſor, ſecundas poſt Papam Romanum
fruſtra flagitavit.

CAPUT

CAPUT X.

DE

ZENONE ISAURICO.

Anni sunt 17. ad A. C. 492.

ZENO cognomentum *Isaurici* habebat, quod in Isauris, Ciliciæ loco admodum ignobili natus esset. Res, quas gessit, vel *ante ipsius exilium*, vel *post reductionem* accidere. *Ante exilium*, cum facie hirsuta, pedibus pilosis, staturâ inconcinnâ, Pani similis videretur, & animus secors, omnisque doctrinæ expers, corpori responderet; per flagitiosissimum quemque Imperium administravit; ipse, neglectis curis, voluptatibus deditus. Hinc factum, ut & Saraceni in Mesopotamiam, Hunni in Thraciam irrumperent; & Theodoricus Scytha, Triarii filius, eandem vastaret, ad quartum usque Constantinopolin lapidem veniret; urbem capturus, nisi & suorum invidiâ retardatus, & mox, dum equo exerceri vellet, nec firmiter sellæ inhæreret, à ferociente excussus, mortuus fuisset. *Exilii* causa Sebastianus quidam, potiore apud Zenonem loco, esse dicitur; qui cum ad nutum cuncta gereret, præfecturas venderet, rerum pretia indicaret, & mutaret; in odium tantum Zenonem conjecit, ut socrus Berina Augusta in ejus absentia fratrem suum Basiliscum Imperatorem salutaret, & nuncio perterritum Zenonem, & jam ad cædem quæsitum, in Isauriam fugere, ubi nemini cognitus, herbis vitam cum conjuge toleravit, cogeret. *Reductioni* causam Basiliscus dedit. Cum

Evagrius l.3. c.4.

Marcellin. in Chron.

Cum enim nec Eutychianiſmum, cui favebat, premere, nec à perſecutione Orthodoxorum abſtinere poſſet, in tantum ſenatus & populi odium incidit, ut in ejus invidiam Conſtantinopolis incenderetur, & Zeno ab exilio, in quo menſibus Evagr. l. 3. cap. 4. Procop. de bello Vandal.
477 XX fuit, deficiente ad ipſum Armato Exconſule, revocaretur. Cæterum reductus, tantum abeſt ut ad frugem rediret, ut etiam illuſtriſſimos quosque interficeret, à religionis puritate in ſectarum corruptelas deflecteret, & gulæ ac ebrietati frequentiſſime ita indulgeret, ut errore mentis affectus, ſimilis mortuo prolaberetur. Duplici ergò *conjuratione* exceptus eſt. Nam Marcianus Anthemii Filius, & Leonis gener, imperium invade- Suidas in Baſiliſco. Evagr. l. 3. cap. 26.
482 re cupiens, Palatium occupavit, cumque is à ſuis deſertus, & captus, comâ abraſâ, in Presbyterum ordinatus eſſet, conjunx Ariadna, cui inviſus erat, inebriatum, & ſuo more velut mortuum, in monumenta Imperatoria intulit, eaque advoluto ingenti lapide occluſit. Sibi redditum, lamenta- Zonaras l. 3. Evagr. l. 3. c. 29.
491 bili voce Aulicos, ut ſui miſererentur, inclamaſſe, cumque alium jam imperare dicerent, ut monaſterio dimiſſus includeretur, petiiſſe, & tandem poſt inanes clamores, continua membrorum aroſione extinctum eſſe ferunt. Præceſſit ipſum filius, admodum adoleſcens, quem ſucceſſorem relinquere volebat, alvi profluvio multos dies ſine ſenſu lectum inquinans, extinctus.

Contemporanea.

In PERSIA nihil memorabile ſub *Balaſo* (quem curante Suſara, magnæ exiſtimationis Satrapa, fratri Firutzo ſuffectum diximus) accidit, ASIATICA Teixera l. 1. c. 33.

ejus

Procop. l. 1. de bello Persico. ejus exoculationem si excipias. Scilicet *Cabades*, XXXI filiorum Firutzi minimus, postquam, patre & fratribus interfectis, in Chorasanam regionem digressus, aliquandiu in Nisabur urbe subsistisset, ad aulam Chakani, regis Turkestaniæ (quæ gemmis Turcissis nomen dat) Bzarmeher socero comite, se contulit, & ab eo milite impetrato, Balasum captum, infusione ferventis olei exoculavit, & Susaram Satrapam, subornato sicario, interfecit. *Teixera, l. 1. c. 34.* Ipse, cum à Mezdako, vel Mardeko, homine fanatico, Istacharâ oriundo, persuasus, uxores communes esse jussisset, in vitæ periculum incidit. Tanta enim seditio exorta est, ut *Gusanascades* quidam, limitaneus præfectus, digitalis potius longitudinis cultello captivum conficiendum, quam aliquot millibus gladiorum, si evasisset, svaderet: *Nicephor. l. 16. c. 32. Cedren. in Zenone.* proceres verò regno dejectum, in oblivionis custodiam, Gamaspo quodam in vicarium electo, traderent. Captivo libertatem uxor paravit. Hæc enim, postquam accedendi potestatem à præfecto carceris, factâ sui corporis copiâ, impetrasset, vestes cum marito commutavit. Sic ille pro uxore emissus, ad Haitalitas se contulit, & illorum auxilio restitutus est. Appelatur aliis scriptoribus *Cavades*, *Quadus*, *Coades* & *Chuadus*.

AFRICANA *Turonens. l. 2. c. 3. Victor l. 3. Vandal. Histor.* In AFRICA fuere post *Gensericum*, qui LVIII imperavit annos, diversis temporibus, *Hunericus*, & *Gundabundus*. *Ille*, postquam Genserico successisset, immanem, de qua in sacris, contra Catholicos, persecutionem movit, & anno regni septimo, mense decimo, à vermibus consumptus, interiit, adeò ut non corpus, sed partes cor-

poris

485 poris ſepultæ eſſe viderentur. De *Gundabundo* Hunerici ex fratre Genzane (in exilium, ne tanquam major natu regnaret, miſſo) nepote, nihil memorabile occurrit.

In GERMANIA *Longobardi*, qui jam quin- *EVROPÆA*
tum, ex quo e Scandinavia exceſſerant, Regem, *Sigebertus.*
479 nomine *Gudeoch* habebant, Rugorum regiones invaſere, quas etiam per XL annos quietè poſſederunt.

De HISPANIA nil occurrit, quod dicam.

In ITALIA ingens mutatio accidit, & *novum erectum eſt Regnum.* Cum enim *Oreſtes* Gothus, à Julio Nepote Comes creatus, eundem
475 imperio dejeciſſet, & Salonam fugato, Momyllum filium ſuum, *Auguſtulum*, ob parvitatem ſta- *Nicephor.*
turæ dictum, ſubſtituiſſet, amici Nepotis, *Odoa-* *l. 16. c. 1. 2.*
crum Herulorum Regem, ut pœnam de Oreſte ſumeret, invitavere. Nec defuit hic petitioni, Romanorum divitiis inhians. Herulorum itaque & Turcilingorum regno potitus, cum Herulis, *Paulus Diac.*
Turcilingis, Scyris, & Rugis Danubio trajecto, in *Marcell. & Caſſiodor. in*
Noricum penetravit. Inde, benedictione à Se *Chron.*
476 verino Noricorum Apoſtolo acceptâ, per Alpes *Procopius.*
Tridentinas in Italiam venit, ſuperato Abdâ, Oreſtem ex Liguria Ticinum rejectum, cepit & occidit. Româ deditione captâ, Momyllum imperio ſe abdicare coëgit, & ſede Ravennæ locatâ, nomen *Regis Italiæ* ſumſit, idque per XVII annos obtinuit. Cæterum regni hujus, ut *initia* læta, & felices *progreſſus* fuere, ſic *finis* inclinavit. *Initia.* Poſtquam enim Gothos ad ſtudium ſuum, tertiâ agrorum parte perſolutâ, convertiſſet; Romanis

manis Consulatus & Senatus dignitatem ademisset, Siciliam à Vandalis obtinuisset, Viatorem & Ovidam Comites, quod Julium Nepotem in Dalmatia quietum occidissent, oppressit. *Progressus.* Non tantum enim *Feleteum* seu Febanum, Rugorum trans Danubium Regem, Herulis suis infensum, in triumpho duxit: sed etiam Fridericum ejus Filium, ex fuga reversum, ad Theodoricum Gothorum Regem fugere coëgit, & Rugos in Italiam traduxit. *Finis.* Theodoricus namque Aumalus, Gothorum Rex, Ripensi Dacia, & Mœsiæ parte, à Zenone donatus, acceptâ ab eodem Italiam occupandi veniâ, bello cum Transilla Gepidarum, & Busa Bulgarorum Regibus * defunctus, per Syrmiensem Pannoniam ad Sentium amnem venit. Odoacrum, in Veronenses rejecit; Veronâ captâ ad Athesin compulit, eodem ad Abduam tertio prælio victo, dedentibus se populis, Romam, Mediolanum, & Ticinum occupavit, & Odoacrum Ravennæ obsedit.

Gildas de excid, Britannor. In BRITANNIA excepit in Cantio Hengistum * *Eska F.* Aella & Cissa, Saxones, Britannos expugnatos † occidione delevere. Britanni Worsimerum in turrim compulsum cremaverunt, & in ejus locum, *Ambrosium* Romanum substituerunt.

Gregor. Turon. l.2.c.18. In GALLIA *Childerico* primò cum *Saxonibus*, mox cum *Gothis bellum* erat. *Illud* Audoagrus Saxonum Rex, sive majoris potentiæ avidus, sive Bassinæ, Regis Thuringiæ uxoris, quam Childericus secum abduxerat, adulterio provocatus, movit. Subvecti Ligeri Saxones, cuncta populationibus infestabant, Childericus, acie fuso hoste;

hoste; Aurelia, & Andegavo potitus, aliquot etiam Batavorum insulas Saxonibus extorsit.

474 *Huius* ruptum ab Evarico, novâ, Gothorum accessione feroce, fœdus in causa. In eo Evaricus, Arelatem, Avenionem, aliaque Provinciæ & Delphinatus oppida, occupavit; ad primariam Arvernorum gentis civitatem castra posuit, eandemque ita pressit, ut tandem, fame urgente, pax fieret, & civitas dederetur. Evaricus sedem regni Arelate constituit. Childerico anno regni XXIV Sidon. Apollin. Epist. l. 7. Gregor. Turō. l. 21. c. 25.

484 mortuo, *Hlodovin*, seu *Clodovæus*, vel Ludovicus, Clothildis seu Rothildis, Childerici Regis Burgundionum (quem Gundebaudus frater peremerat, & conjugem ejus, matrem Rothildis ligato ad collum saxo, aquis immerserat) maritus,

486 substitutus est. Hic bellum Syagrio, Aegidii Filio, quod eum de recuperandis urbibus, quas Childericus patri eripuerat, cogitare audivisset, bellum intulit. In eo Syagrius prælio victus, facie sanguine oblitâ, ad Alaricum confugit, traditus, securi percussus est, & Romano in Gallia imperio finis impositus. Ibidem GOTHIS præfuit *Evaricus*, cujus res in Gallicis, quem excepit

*483 * *Alaricus*.

SCOTIS adhuc imperabat *Congallus*.

Contemporanei Zenoni fuere *Eustachius Syrus*, *Johannes Rhetor*, qui horum temporum historias scripsere: *Pamprepius Panopolita*, Procli discipulus, *Gelasius Cyzicenus*, *Candidus Isaurus*,

478 *Eustathius Epiphaniensis*, &c. Tum etiam Antiochiæ & Constantinopoli ingens *terræ motus* extitit, corruit Theodosii statua, quæ columnæ Tauri imposita erat. Constantinopolitanum

illud *incendium*, potissimam urbis partem absumsit, cum sumptuosissimis structuris, Basilica, ipsa etiam Bibliotheca, CXXM librorum continente; inter quos Opus Homeri, exuviis Draconis, CXX pedes longis, aureis literis inscriptum, periisse dicitur. Tum etiam *puncta* apud Ebræos inventa, perperam quidam putant.

Duretę H.L. pag. 105. & 338.

SACRA.

Sedente adhuc ROMÆ *Simplicio*, Petrus Fullo Chalcedonense Concilium damnavit. Eutychiani Alexandriæ & Antiochiæ varias turbas excitavere. Basilius præfectus Romæ legem * [illegible]
tulit, ne ullus Pontifex se inscio eligeretur. Hunericus, Vandalorum Rex, liberum religionis Catholicæ usum in Africa, ubi Orthodoxorum [illegible]
templa XXIV annis conclusa fuerant, concessit, [illegible]
mox, concurrentibus ad Orthodoxos Vandalis, carnifices templis qui Vandalos ingredi prohiberet, opposuit. Zenon clanculum à Synodo Chalcedonensi * defecit. *Turonensis Synodus* cele- *[illegible]
brata est, & corpus Martini, quod in despecto loco positum erat, magnifico templo illatum. Simplicio * successit *Felix II*, qui cum Acacium Con- *[illegible]
stantinopolitanum frustra, per legatos, Eutychia- [illegible]
nismi accusasset, imò legati ipsius vinculis adacti, cum hæreticis communicassent; Acacium excommunicavit, istos Episcopatu indignos censuit. *Sub eo* Hunericus tam atrociter Ecclesiam [illegible]
persecutus est, ut Orthodoxos aulicos abdicaret, milites exauthoraret, Episcopos naribus, pedibus, oculis & linguis mutilaret. Idem indicta disputatio-

Sigon. in Zenone.

Victor. l. 2.

Sidon. Apol. lin. l. 4. Epist. 18.

Nicephor. l. 16. c. 17.

Victor. l. 2.

485 tatione, poſtquam Orthodoxis clamoribus obruti fuiſſent, omnia ſupplicia illis, qui ad Arrianos
488 non tranſiiſſent, conſtituit. Tum etiam Flavita *Nicephor. l.*
miro dolo ad Epiſcopatum Conſtantinopolita- *16. c. 18.*
num pervenit. Barnabæ reliquiæ in Cypro, cum Evangelio Matthæi, illius manu ſcripto, inventæ
485 ſunt. Neſtorianiſmus Edeſſæ in Syria doceri cæ- *Baron. Tom. 6.*
ptus, inde in Perſiam propagatus eſt. In Vanda- *Nicephor. l.*
lica perſecutione lapſis, & in communionem ite- *16. c. 37.*
487 rum recipi poſcentibus, ea pœnitentia in *Romana* *Felicis E-*
Synodo impoſita eſt, ut Clerici inter laicos impo- *piſt. 6.*
485 ſterum reputarentur. Xenajas quidam, aliis Philoxenus, genere Perſa, clericum mentitus, à Petro
Fullone, ipſius expers Baptiſmi, ad Epiſcopatum *Nicephor. l.*
usque promotus eſt. Baronius eum *Iconoclaſta-* *16. c. 27.*
rum authorem facit.

CAPUT XI.
DE
ANASTASIO DICORO.
Anni ſunt 27. ad A.C. 519.

ANASTASIUS, quod pupillas oculorum bi- *Theod. Lect.*
colores haberet, *Dicorus* dictus, ex Silentia- *l. 2.*
rio, de ſententia Senatus, Urbicio Eunucho anni- *Evagrius l. 3.*
tente ad imperium, & Ariadnæ conjugium eve- *Cedrenus.*
ctus eſt: non prius tamen ab Euphemio Patriarcha coronatus, quam, datâ Syngraphâ, in Chalcedonenſis Synodi decreta ſe obſtrinxiſſet. In Imperatorem receptus, quædam *domi*, quædam *foris* geſſit. *Domi* fœda è meretriciis amoribus tribu-
505 ta, licet fiſco fructuoſa, abrogavit. Magiſtratus *Codex.*
vendi ſolitos, gratis tribuit. Legem, ne liceret

 cui-

cuiquam militem fieri, nisi is tribus testibus, se Christianum esse probaret, tulit. Longum murum CCLXXX stadiis Constantinopoli distantem, utrumque mare amplexum, barbaros è Ponto, Colchide, & Mæotide palude incursare suetos, arcentem, exstruxit, & quædam in gratiam Eutychianorum, de quibus in sacris, turbavit. *Foris* ipsi cum *Longino* Zenonis fratre, *Bulgaris, Persis, Barris, Getis, Vitaliano Scytha, Scenitis Arabibus,*

Marcell. in Chronico. & *Hunnis* res erat. Et *Longinum* quidem, regni avidum, Isaurorum & Athenodori auxiliis fulful tum, acie vicit; Athenodoro, cujus caput Tharsi in Cilicia contabuit, interfecto, eundem à Prisco Comite captum, Constantinopoli in theatro cir-

Jornand. de regnor. succ. cumductum, exquisitis Niceæ suppliciis, necavit, & sic bello Isaurico finem imposuit. *Bulgari,*

Marcell. in Chronico. gens hactenus ignota, ex Borealibus progressa, postquam non tantum Thraciam vastasset sed & Anastasii exercitum concidisset, donis mitigati sunt: paulò post * reduces, muneribus quoque

Theodor. Lect. l. 2. placati, ut in Pannoniam penetrarent, persuasi sunt. De *Persis* in Persarum historia agetur. *Barri*, cum Pontum ex condicto invasissent, Anastasium à persecutione Orthodoxorum avertêre. Eidem cum *Bulgaris*, astu Getæ, duce Mundone,

Marcell. in Chronico. Thessaliam vastantes, succubuere. Cum enim Sabinianus Consul, contra eos missus, ingenti affectus esset clade, pecunia bellum sopitum est. *Scenitas Arabes* Mesopotamiam & Palæstinam

Cedrenus. vastantes ad fœdus adegit. *Vitalianus Comes,* cui persecutio Orthodoxorum in Anastasium insurgendi causa, Scythiâ, Mœsiâ & Thraciâ occupatis, Constantinopolin classe obsedit. Anastasius, cum

cum Marinum Syrum, & Procli Mathematici, inventa parum proficere, fervente in Vitalianum populi studio, videret; Episcopos Orthodoxos se ab exilio revocaturum, & Heracleæ Synodum indicturum, pollicitus, Vitalianum, quam etiam
515 militiæ magistrum fecit, elusit. *Hunni* Caspiis *Cedrenus.*
portis egressi, Armeniam, Galatiam & Pontum incursionibus vexavere. Reliqua in sacris videantur. Oraculo quodam edoctus, fulmine sibi pereundum, ædificium quidem à fulmine securum sibi exstrui curavit, oraculum tamen adimplevit. Nam sæviente aliquando tempestate, cum *Zonaras.*
discursaret per cubicula, subitò mortuus est inventus, territus ante mortem viri cujusdam horribilis specie, in somnis ei dicentis: En ob perversitatem fidei tuæ XIV tibi vitæ annos deleo.

Contemporanea.

502 In PERSIA *Cabades*, cum ab Anastasio pe- *ASIATICA*
cuniam sumere vellet, ut Haitalitis satisfaceret, *Procop. l. 1.*
& Anastasius Syngrapham postularet, fœdus ru- *de bello Persico.*
pit, bellum intulit, Mesopotamiam & Armeniam vastavit: Thodosiopolim cæpit, & Amidam ca- *Nicephor. l. 16. c. 37.*
stellum, sex mensium obsidione fatigatum, duorum Monachorum proditione, vel potius eorundem crapulâ, occupavit. Misit quidem contra eum, ducibus *Hypatio* & *Areobinda*, exercitum
503 Anastasius, sed cum illi imperitè prælium commisissent, & primi in fugam conjecti, multorum millium; acturam fecissent, pecuniâ datâ, & Amidam impetravit, & pacem, irruentibus interim in Persiam Hunnis, obtinuit, & quadriennio post, in

cuiquam militem fieri, nisi is tribus testibus, se Christianum esse probaret, tulit Longum murum CCLXXX stadiis Constantinopoli distantem, utrumque mare amplexum, barbaros è Ponto, Colchide, & Mæotide palude incursare suetos, arcentem, exstruxit, & quædam in gratiam Eutychianorum, de quibus in sacris, turbavit. *Foris* ipsi cum *Longino* Zenonis fratre, *Bulgaris*, *Persis*, *Barris*, *Getis*, *Vitaliano Scytha*, *Scenitis Arabibus*,
Marcell. in Chronico. & *Hunnis* res erat. Et *Longinum* quidem, regni 492
avidum, Isaurorum & Athenodori auxiliis sufful tum, acie vicit; Athenodoro, cujus caput Tharsi 497
in Cilicia contabuit, interfecto, eundem à Prisco Comite captum, Constantinopoli in theatro cir- 498
Jornand. de regnor. succeß. cumductum, exquisitis Niceæ suppliciis, necavit, 499
& sic bello Isaurico finem imposuit. *Bulgari*,
Marcell. in Chronico. gens hactenus ignota, ex Borealibus progressa, postquam non tantum Thraciam vastasset sed & Anastasii exercitum concidisset, donis mitigati sunt: paulò post * reduces, muneribus quoque *502
Theodor. Lect. l. 2. placati, ut in Pannoniam penetrarent, persuasi sunt. De *Persis* in Persarum historia agetur.
Barri, cum Pontum ex condicto invasissent, Ana- 504
stasium à persecutione Orthodoxorum avertere.
Eidem cum *Bulgaris*, astu Getæ, duce Mundone, 505
Marcell. in Chronico. Thessaliam vastantes, succubuere. Cum enim 50[illegible]
Sabinianus Consul, contra eos missus, ingenti affectus esset clade, pecunia bellum sopitum est. *Scenitas Arabes* Mesopotamiam & Palæstinam
Cedrenus. vastantes ad fœdus adegit. *Vitalianus Comes*, 514
cui persecutio Orthodoxorum in Anastasium insurgendi causa, Scythiâ, Mœsiâ & Thraciâ occupatis, Constantinopolin classe obsedit. Anastasius,

cum

cum Marinum Syrum, & Procli Mathematici, inventa parum proficere, fervente in Vitalianum populi studio, videret; Episcopos Orthodoxos se ab exilio revocaturum, & Heracleæ Synodum indicturum, pollicitus, Vitalianum, quam etiam
515 militiæ magistrum fecit, elusit. *Hunni* Caspiis *Cedrenus.*
portis egressi, Armeniam, Galatiam & Pontum incursionibus vexavere. Reliqua in sacris videantur. Oraculo quodam edoctus, fulmine sibi pereundum, ædificium quidem à fulmine securum sibi exstrui curavit, oraculum tamen adimplevit. Nam sæviente aliquando tempestate, cum *Zonaras.*
discursaret per cubicula, subitò mortuus est inventus, territus ante mortem viri cujusdam horribilis specie, in somnis ei dicentis: En ob perversitatem fidei tuæ XIV tibi vitæ annos deleo.

CONTEMPORANEA.

In PERSIA *Cabades*, cum ab Anastasio pe- *ASIATICA*
502 cuniam sumere vellet, ut Haitalitis satisfaceret, *Procop. l. 1.*
& Anastasius Syngrapham postularet, fœdus ru- *de bello Per-*
pit, bellum intulit, Mesopotamiam & Armeniam *sico.*
vastavit: Thodosiopolim cæpit, & Amidam ca- *Nicephor. l. 16. c. 37.*
stellum, sex mensium obsidione fatigatum, duorum Monachorum proditione, vel potius eorundem crapulâ, occupavit. Misit quidem contra eum, ducibus *Hypatio* & *Areobinda*, exercitum
503 Anastasius, sed cum illi imperitè prælium commisissent, & primi in fugam conjecti, multorum millium; acturam fecissent, pecuniâ datâ, & Amidam impetravit, & pacem, irruentibus interim in Persiam Hunnis, obtinuit, & quadriennio post, in

 agro

agro Daras, ex eo dicto, quod ibi Alexander Darium vicerit, urbem Anastasiam extruxit, quæ quasi limes quispiam extremos Persarum ac Romanorum fines distingueret. 507

AFRICANA *Gregor. Turon. l. 2 c. 3.* In AFRICA successit Gundabundo *Thrasamundus* frater, qui Catholicis principio regni pacem largitus est, & Theodorici Italiæ Regis sororem Amalafridam duxit. 490

EUROPÆA *Aventin. l. 3. Bojor.* In GERMANIA dicitur Bojis præfuisse *Adalogerion*, cui in prælio contra Clodovæum Francorum Regem occiso, *Theodo* ea conditione successit, ut nomine Ducis eligeretur, Franci autores fierent. Hic post illa Romanos, Danubio tantum ab eo separatos, cum auxiliis Avarorum, Angilorum, Venedorum, & Charimorum invasit, & expugnata Artobriga, trajecto Danubio, Augustam Tiberii vi cepit, & *Reginoburgum* appellavit. Neoburgumque & Selingstadium exstruxit. Hæredes reliquit *Theodonem* & *Utilonem*, à quo Caroli M. prosapiam quidam deducunt.

Annal. Frisiaci. FRISIAM Oceanus inundavit, & VIM hominum, pecorum multò plura, absorpsit. Inundationem quidam, cum halecem ex puteo viventem extraheret, præsensit. 516

Mariā Hisp. Hispan. l. 5. c. 7. HISPANIÆ præfuit primò *Alaricus*, de quo in Gallicis, post, prætermisso legitimo hærede Almarico, *Gesalricus*, Alarici ex concubina nothus. Hunc Theodoricus Veronensis, Almarici avus, per Illam Ducem in Africam pepulit; Thrasimundi Vandalorum Regis auxiliis stipatum, reducem, & duodecimum ab urbe Barcinone lapidem prælii aleam tentare ausum, superavit.

vavit. Huic, mœrore mortuo, successit *Amalricus*, sed, quia juvenis, administratio penes Theodoricum mansit, ad quem, quia vectigalia alendis exercitibus conferebantur, exinde nata opinio, Regem fuisse.

In ITALIA Odoacer extrema rerum inopia *Cassiodor. in* pressus, eà conditione pacem fecit, ut æquo im- *Chronico.* perio Ravennam & Regnum Italiæ cum Theodorico obtineret. Theodoricus ad convivium invitatum interfecit, & Dalmatia cum Rhætia re-
494 ceptis, Herulis sedes inter subalpinos concessit. Siciliam tumultuantem opera Cassiodori in fidem traduxit. eos qui a se defecerant, testandi ac legandi jure privavit. tributo ab Odoacro instituto retento, aliud quod *Assem publicum* vocabat, instituit. Ravennæ regni sedem firmavit. Ligures captivos à Burgundionibus per Epiphanium Ti-
495 cinensem Episcopum impetravit, & ad Romana mœnia reficienda, ingentem pecuniæ summam
500 tulit. Tertio post anno insecuta Bulgarorum, qui ex Thracia in Pannoniam penetrarant, per Petzam Comitem expulsio, quam mox bellum in Gallia contra Gothos, ut suo loco dicemus,
[illegible] excepit. Munitum dehinc Verrucæ ad Athesin positum castellum, ut claustra Italiæ tenerentur, &, ut pluribus munimentis insisteret, Thrasamundo Africano Amalafredam sororem Hermenfri-
515 do Thuringorum Regi Amelbergam neptim; Eutharico verò, ex Amalorum familia Amalasvintam filiam in matrimonium collocavit.

DANIS imperabat *Gothilacus*, seu *Glochilaicus*, qui cum à borea profectus in eam partem re- *Pontan. l. 4. Dan. Hist.* gni Francici, quæ post Clodovæi mortem Theo-

 dorico

Turonensis. dorico natu minimo ſub Auſtraſiæ & Medioma-
trici cum regni appellatione obvenerat,exſcenſio-
nem feciſſet, à Thodeberto Theodorici F. inopi-
natò ſuperveniente, cum omni exercitu ad Ant-
verpiam cæſus eſt. Marchionatus urbis Ethi-
loni Baraviæ Duci cesſit. Hiſtoria ſub CaroloM.
redibit.

In BRITANNIA *Ambroſius*,accepto in præ-
lio cum Occone commiſſo vulnere,interiit. *Uthe-
rius Pendraco*, Vortimeri ſucceſſor, Paſcentium,
Vertigerni ex Anglo-Saxonica filium, novis copiis
inſtructum, devicit, & cum Occone pacem, ea
conditione, ut ager Britanniæ inter Britones,
Saxones, & Anglos certis terminis divideretur,
Malmerbu- fecit. Utherio ſuccesſit *Arthurus* Fil. Eſcæ ſeu 518
rienſ.ad An. Occoni *Otham* & *Ermericus*, Filii, eo anno, quo
513. *Stuff* & *Wutgar* novas Saxonum copias in An- 513
Idem ad A. gliam adduxere. Tum etiam *Certitius* Saxo cum 495
495. filio ſuo in Angliam venit, & primo adventus ſui
die Britannos vicit, eosdem poſt vires reſumentes 508
repulit, & quinque millia cum Huntiroga Rege
Nazaleod occidit.

In GALLIA *quadruplex Clodovæi* occurrit
bellum. *Primum* contra Andochum, Aleman-
norum Regem, ſeu ſociarum gentium nomine,
Gregor. l. 2. ſeu quod iſte Francorum fines depopularetur, 489
c. 31. erat. In eo apud Tolbiacum cis Rhenum in
P. Æmilius. Ubiis ita pugnatum, ut Francorum equitatus,
Sigeberto etiam Coloniæ comitæ ſaucio, diſſi-
paretur; nec citius acies reſtituti poſſet, quàm
Clodovæus, Clotildis fortè uxoris Chriſtianæ
ſuaſu, Chriſtianum ſe futurum Deo voviſſet.
Tum, interfecto Andocho, Alemannia Francis
vecti-

vectigalis reddita est. *Altero* Gundebaudus, *Gregor. l. 2. c. 35. 36. 37.*
507 Clothildis frater, petitus est; de quo in Burgundicis agemus. *Tertium* ab Alarico, Visigothorum Rege, Herulorum auxiliis freto, motum. In eo, in campis Vocladensibus ad Vigennam amnem, quem auctum imbribus, cervæ ductu, Francos trajecisse ferunt, prælium commissum, & Alaricus manu Clodovæi interfectus est. Victoriâ obtentâ, omnia, quæ Gothorum, ad Pyrenæos usque montes occupata, & Almaricus, Alarici F. ad Burdegalam victus, in Italiam rejectus
508 est. *Quartum* Theodoricus, Ostrogothorum Rex, ut Almaricum in regnum restitueret, intulit, & quidem feliciter. Nam per Hibbam Ducem brevi Provinciam imperio promisit. Urbes ultra Rhodanum recepit; Clodovæum sibi occurrentem acie vicit; Alpibus trajectis Clodovæi *Cassiodor. in Chron. Sigebertus ad A. 511. Procop. l. 5.*
509 Nothum Theodoricum apud Arelatam graviter
514 afflixit; & sic Almarico regnum restituit. Mortuo Clodovæo quatuor filii *Childebertus*, *Clotarius*, *Clodomirus*, & *Theodericus* successere, in divisione, primo *regnum Parisiense*, quo Franciæ primum insula, Carnutes, Perticenses, Andes, Cenomani, Turones, Aquitani, cum Occitaniæ parte continentur, cessit: alteri *Suessionum ditio*, quæ Belgii partem sive Picardiam, Veromanduos, Artesiam, Handriam, & Neustriam, nunc Normanniam, complectitur; tertio *Aurelianum*, cui Solonia, Castiensium, Senonum, Biturigum, Arvernorum tractus, & circa Ararim Burgundia annexa erat: quarto *regnum Metense*, quo præter Mediomatricum regionem, Lotharingia, & quicquid ultra Rhenum Francorum *Agathias l. 1.*

Ss 5 erat,

erat, ac inde versus Mosam cum parte Campaniæ,
concluditur. Nihil ferè de illis intra hoc tem-
pus occurrit, Theodoricum si excipias, qui &
Danos, ut diximus, vicit, & ab Ermenfrido,
Thuringorum Rege, contra Badericum fratrem 518
* *Heutor. in Burgundic.* evocatus, eundem trucidavit. GOTHORUM 507
fortunam in tertio & quarto Clodovæi bello
vidimus. Alarico successit *Almaricus*: alii *Ge-
sal* Nothum substituunt. BURGUNDIS præ-
erat *Gundobaudus*, cui *Sigismundus F.* successit.
Ille primò, cum portiones hæreditarias fratribus
denegasset, à Chilperico & Gundimaro regno
ejectus est. Mox ab Alemannis restitutus; cum
capto Viennæ Chilperico cervicem abscidisset,
Gundimarum in turri cremasset; a Godesillo fra-
tre, Clodovæi fœderato, Borbonia & Langue- 504
doco, spoliatus est. Tandem pace factâ, cum
fratrem Viennæ interfecisset, à Clodovæo pul-
sus, exul obiit. *Sigismundus* ea conditione, ut 510
ditionibus ad Rhodanum sitis, qua is septentrio-
nes respicit, Clodovæo cederet, successit. Pactis
stare nolens, bello petitus, &, cadente in prælio
Gothamaro fratre, victus; pacem, belli sumpti-
bus solutis, redimere coactus est.

Apud SCOTOS excepit Congallum *Gora-* 501
Buchan. l.5. *nus*; qui potentiores, quo minus in imbelles
grassarentur, institutis exploratoribus, qui crimi-
na tabulis inscripta ad se deferrent, deterruit;
& Lotherum Pictonum Regem à Saxonum so-
cietate abduxit.

Contemporanei Anastasio ex viris doctis
fuêre *Ennodius*, quo legato Hormisda Papa ad
Anastasium usus est: *Dinamius* patricius, qui B.
Maximi

Maximi, abbatis Lirinensis, vitam tradidit: *Eugippius*, qui S. Severini, Noricorum Apostoli, vitam dedit: *Basilius Cilix*; *Marinus Neapolitanus* Philosophus; *Theodorus Anagnostes*, unus ex Constantinopolitanæ Ecclesiæ lectoribus: *Hesychius Illustris* Milesius, de quo, utrum gentilis an Christianus fuerit, ambigitur. Tum etiam *Horologia*, quæ Clepsydræ dicuntur, ad aquæ
494 fluxum temperata, item σκιλτεϱικὰ opera Boëthii Mathematici facta, Burgundionibus petentibus
512 ex Italia in Gallias transmissa sunt. *Vesuvius* mons iterum exæstuans Campaniam vastavit, hinc incolis tributum remissum est. Alexandriæ plu- *Cassiodor. in Chronic.* *Marcell. in Chronic.*
515 rimi à *Dæmonibus* vexabantur, & canum instar latrabant. Palæstina tanta *pluviæ* per quinquen- *Baron. T. 6.*
517 nium *inopia* laboravit, ut de ea deserenda Monachi consilia agitarent.

Sacra.

ROMANÆ Ecclesiæ successivè præfuere,
492 * *Gelasius Afer*, *Anastasius II* †, *Symmachus*, & *Sigebert.*
496 *Hormisda*. Sub *Gelasio* cryptâ S. Michaëlis Archangeli in monte Gargano inventâ, festum illius institutum est. Pelagianorũ hæresis ex Dal- *Gelas. Ep. 4.*
493 matia in Picenum translata est, cui se Gelasius op- *S. Gregor.* posuit. Benedictus, monachorũ Patriarcha, è ludo *Dial. 2.*
494 literario cum nutrice sua tansiit, & fundamenta vitæ Monasticæ jecit. In tantum hic post illa crevit ordo, ut Volaterrani ætate, ex eo CC Cardinales, MDC diversarũm Ecclesiarum Archi- *Volaterran.* Episcopi, IVM Episcopi, XVMDCC eruditione *l. 21.* celebres Abbates, XVMDC canonizati numera-

ren-

rentur. Hic eſt ille Gelaſius, qui Manichæos
Sigebert. Romæ inventos, in exilium deportari curavit.
In *Synodo Romæ* habita, primatum ſuum ſuper
Gelaſ. Epiſt. omnes Eccleſias aſſeruit; & poſt Sacra Biblia, 494
adDardā.2. Concilium Nicænum, Conſtantinopolitanum
contra Macedonium, Epheſinum contra Neſto-
rium, & Chalcedonenſe contra Eutychetem ſe
recipere faſſus eſt. Sub *Anaſtaſio* Johannes
Baron. T. 6. *Silentiarius* Monachus, qui nec unicum quidem 498
verbum aliis audientibus protulit, innoteſcere
cœpit. Theodoricus Gothus, Arrianus, auli-
cum ſibi chariſſimum, quod ſpe majoris favoris
Orthodoxam religionem cum Arrianâ commu-
Liber Pontif. in ejus Vita taſſet, interfecit. Ab Anaſtaſii communione
multi Clerici ſe ſubduxerunt, quod Photino
Theſſalonicenſi Diacono communicaſſet, & A-
Sigebert. cacium Eutychianum revocare voluiſſet. *Sym-* 498
machus non citius Anaſtaſio, opponente ſe per
cædes & rapinas Laurentio æmulo, ſucceſſit,
quàm à Theodorico præeſſe Eccleſiæ juberetur.
Caſſiodor. in Chronic. Hic in *Synodo Romana* leges de eligendo Ponti- 499
fice ſancivit; ſcelerum multorum inſimulatus, 502
Anaſtaſiq in Symmacho. ſeipſum in alterâ Synodo juſſu Theodorici con-
Bibl. Sanct. T. 1. gregata purgavit, & innocens à Theodorico
pronunciatus eſt; Laurentio Antipapæ exilium
indictum. Idem Anaſtaſium Imperatorem quod 503
Eutychianis faveret, excommunicavit; & cum
Imperator Papam majoribus ſceleribus obno-
xium affirmaret, apologeticum edidit. Sub
Sigebert. *eodem* Clodovæus Chriſtianiſmum amplexus, 500
multa prædia Eccleſiæ Rhemenſi donavit. Re-
Paulo Diac. l. 15. migius, Rhemenſis Epiſcopus, Genebaudum
primum Laudunenſem Epiſcopum fecit, eun-
demque

demque eidem, in fornicationem cum uxore sua prolapso, ademit. Persecutio in Africa re-
504 cruduit, & Fulgentius cum LXX Episcopis in exilium pulsus est. Alamandurus Saracenus, patientiâ Christianorum victus, religionem am-
505 plexus est, & Eutychianos, fictâ Michaelis Archangeli morte, refutavit. Alarico consentiente, *Concilium Agathense* ab Orthodoxis celebratum
506 est, & in eo inter cætera, ne populus nisi finitis cæremoniis Ecclesiasticis templo exiret, statutum. Anastasius Imperator in gratiam Eutychianórum
511 Macedonius, Constantinopolitanos Episcopum, noctu ex urbe abreptum, in exilium ejecit, eidemque, instigante Severo Monacho, Timotheum κήλωνα substituit. Idem in *Sidonensi Synodo* Nestorianos & Orthodoxos damnavit. Cum Cantico, quo Deus *ter sanctus* proclama-
512 tur, addi, *qui passus est pro nobis*, jussisset, in- *Sigebertus.*
503 gentem populi seditionem excitavit. Tum etiam Olympus quidam in Africa, dum in balneis sanctã Trinitatem blasphemaret, ignito jaculo cœlitùs veniente exustus est. Constantinopoli dum
514 Deuterus, Arrianus Episcopus, quendam in nomine Patris, per Filium, in Spiritu Sancto baptizaret, aqua disparuit. Judæi vastum illud
516 *Talmudicum opus*, quod ante seculum ceperat *Buxtorf. in* Raf Asche, ac post ejus mortem continuarat *recens. oper.* Maremar, per Abinam *Amoræorum* ultimum *Thalmud.* absolutum, *Babylonicum* appellarunt, & publi- *Schickard. in Tarich.* carunt. Amoræis apud eos successere *Saboræi* *Galatin. l. 1. cap. 5.* seu Conjectores, qui nullos Canones ponebant,
514 opinionibus duntaxat nitebantur. *Hormisda*, postquam à Clodovæo auream coroneam accepisset,

Anastas. in Hormisda. Liber Pontif. in eodē. pisset, Anastasium Imperatorem duplici legatione, ut promissum celebraretur Concilium ursit, sed frustra. Prima enim ultra annum detenta; 516 altera navi imposita, & ut in Italiam iret, in Græcia nullas urbes visitaret, jussa est. Sub eo 517 *Tarracone Synodus* habita, & Severus Monachus 516 ad Episcopatum Antiochenum evectus, CCCL 517 Monachos ab aris abreptos interfecit, eorumque templa incendit.

CAPUT XII.

DE

JUSTINO THRACE.

Anni sunt 9. ad Ann. C. 528.

Nicephor. l.17. JUstinus Thrax è subulco bubulcus, & lignarii ministro miles, mox Tribunus, tum Comes, Imperator tandem factus est. Res ejus juxta *Imperii acquisitionem* & *administrationem* consistunt. *Acquisivit* Imperium alienâ pecuniâ. Nam cum ipsi Amantius Eunuchus, ejus Necessarius, in gratiam Theocritiani, militum Tribuni, magnam vim pecuniæ inter milites distribuendam dedisset; ille pecuniâ illâ suum negotium egit, & in locum Anastasii surrogatus est. *Administratio* satis laudabilis erat. Postquam enim insidiantem Amantium somnium, quo à grandi quodam porco se devorari viderat, implere coëgisset: Vitalianum præfectum militiæ 519 & Consulem creavit; rebus novis studentem, per Byzantinos, quorum necessitudines bello civili peremerat, trucidavit: ut dissidia Ecclesiastica com-

512 componere poſſet, pacem cum Cabade Perſa facere voluit: & cum in omnibus ferè imperii urbibus nocturnæ cædes fierent, acriori eas cuſto-
521 diâ muniri juſſit. Plura de eo in ſacris tradentur. Occcubuit ex vulnere pedis, quem ſagitta læſerat.

CONTEMPORANEA.

Apud *Perſas* Cabades de ſucceſſore ſollicitus *Coſroem*, ex Avada Sorore Filius Juſtino adoptandum dare voluit. Id cum ex conſilio Procli Quæſtoris Juſtinus renueret, nec pax concludi poſſet; Iberos, gentem Chriſtianam, ad deſerendam religionem compellere voluit, & eorum Regi *Gurgeni*, ut mortuos more Perſarum
522 avibus & canibus exponeret, mandavit. Venit Lazis ſubſidio à Juſtino Probus; ſed cum nequicquam proficeret, Gurgenes viribus inferior in Lazorum fines confugeret, Perſæ locorum iniquitate impediti, nihil digni geſſere. Tum etiam Cabades Eeliobem, Hunnorum Regem,
523 auxilia contra Juſtinum offerentem, quod pecuniam ab hoc accepiſſet, cum XXM exercitu trucidavit. *ASIATICA* *Procop. l. 1. belli Perſici.* *Sigebert.*

522 In AFRICA Thraſamundo poſt perpeſſam ingentem à Mauris cladem mortuo ſucceſſit *Hildericus*, ex Eudoxia Valentiniani III Filia, nepos. Hic à Patre juramento adſtrictus, ne, ſi Rex fieret, Orthodoxos unquam reſtitueret, prius quam in Regem eligeretur, ne ſe perjurio pollueret; omnes Epiſcopos ab exilio revocavit. *AFRICANA* *Paul. Diac. l. 15.* *Evagr. l. 4. cap. 15.*

520 In GERMANIA *Theodo* Bavarus, ſpretâ, quam Anaſtaſius offerebat, ſocietate, trajecto *EVROPÆA* *Aventin. l. 9. Annal. Bojor.*

infra

infra Brundum Oeno, Romanos circumventos ad internecionem cecidit. Hinc Hunnorum præsidio inter Tranum & Oenum locato, oram Oeni ad Alpium angustias subegit; Augustam Vindelicorum, post commissam inter Carnodunum & Abudiacum feliciter prælium, solo æquavit, tandem Vindelicia potitus, Esiloprunnam terminum inter Bojos Italosque designavit.

HISPANIS præfuit *Almaricus*, de quo sequenti capite nonnulla.

In ITALIA Putharicus, Theodorici gener, cum consulatum iniret, feras in Amphitheatro, quas Roma nunquam viderat, produxit. *Theodoricus* Boëtium, quod Triguillam, regiæ domus præfectum, ab incæpto revocasset, ne, acerba fame exorta, inexplebilis çoëmptio, à præfecto prætorii indicta, exigeretur, evicisset; Albinum, læsæ majestatis reum, coram rege acriter defendisset, publicatis bonis, Ticinum relegavit: Symmachum in carcerem conjecit, & utrique caput præsecari jussit. Idem pauló post cœnans, cum ingentis piscis caput à ministris apponeretur, Symmachi se minabundi caput videre putans, in morbum incidit, & *Athalaricum*, ex Amalasvintha nepotem, successorem reliquit. Hujus imperii lata initia Amalasvintha, fœmina lectissima, effecit. Nam Symmachi & Boëtii liberis omnia restituit. Amalarico, Regi Galliæ, ultra Rhodanum portionem concessit & filium Romano more literis informandum curavit, & ut successoribus Grammaticis, Rhetoricis, & Jurisperitis, eadem stipendia solverentur, præcepit.

Procop. l. 1. de bello Gothor.

Aucban, l. 5.

Apud BRITANNOS multa hocce tempore contra

contra Saxones gessit *Arthurus*, uterii ex Igerne Gotloidis Britanni uxore, cujus pudicitiam Merlino majo parario expugnaverat, nothus. Hic enim Saxones, pace ruptâ, sua incursantes, accitis Pictonum & Scotorum auxiliis, duobus prœliis fudit; Londinum & Eboracum occupavit; Colgerium Saxonem in acie trucidavit; Occam in Saxoniam rejecit; Orientales Saxones celeritate sua repressit, &, ut verbo dicam, duodecies cum Saxonibus signis collatis dimicavit. Tum & Julii, Veterum Saturnaliorum imago, in Britannia instituta sunt, quibus prope nefas habetur, aliquid seriæ rei agere. Ibidem regnum Westsaxonum, cujus primus Rex fuit *Cherdicus* seu *Certicius*, erectum est. Complectebatur in se Cornubiam, Devoniam, Dorsetiam, Somersettiam, Wittoniam, Hantoniam, & Berkeriam. *Malmesbur*

De GALLIA nihil singulare occurrit, præterea, de quibus in Burgundicis.

Apud BURGUNDOS verò *Sigismundus*, pellicis secundæ uxoris mente captus, Sungericum Fil. ex Theodorici Ostrogothorum Regis filia natum, interfici jussit, quâ occasione Clodomirus, Rex Aurelianorum, bello Sigismundum, cum Uxore liberisque captum Aureliis obscurissimâ Custodiâ concludi jussit, ubi eâ cum liberis enecatâ, Sigismundus tandem, magna pecuniæ summa persoluta, ægre fuit dimissus. Liber, regno fratri *Gundimaro* tradito, Augaunensi Cœnobio se conclusit, ibique vitam finivit. *Heuter. l. 1. Rer. Burgund.*

Apud SCOTOS fuit adhuc *Goranus*.

Tum etiam Dyrrhachium & Corinthus *terræ motu* eversæ, à Justino restauratæ sunt. *Cedren.*

Tt Sclavi,

Marcellin. in Chron. Sclavi, gens Scythica, Histriam * occuparunt. Antiochia ingenti *terræ motu* concussa, exorto incendio, quod sex dies duravit, exusta est, & multa hominum interiere millia.

Sacra.

Hormisda ROMÆ sedente, *Concilii Byzantini* decreto, Sacrorum Antistites, ab Anastasio pulsi, revocati sunt. Multæ *Synodi in Oriente* celebratæ. Justinus Eutychianos excommunicavit, & Catholicæ Ecclesiæ perduelles militia publicisque muneribus exemit. Orientalis Ecclesiæ cum Romana, rem urgente Hormisda, in com-
Leont. de sect. act. 5. munionem rediit. De corporis Christi corruptibilitate & incorruptibilitate, inter Severum & Julianum Episcopos controversiæ exortæ sunt.
Baron. T. 7. Nestoriani, Nestorii memoriam celebrare volentes, Justini interdicto impediti sunt. Lazorum
Cedren. Rex Zatus, ad Justinum profectus, cum universa gente, Christiana suscepit sacra. Homeritæ illustria pro fide Catholica certamina obivere, & Ca-
Cedrenus. bades Persarum Rex Manichæos, quod filium ejus Phatuarsam, superstitione sua imbutum, ad res novandas pellexissent, contractos in unum omnes extinxit. Homisdæ mortuo successit * *Johannes Hetruscus*, quem excepit *Felix* † *Beneventanus*. Sub illo aliquot *in Africa Synodi* celebratæ. Julinus Arrianos sedibus suis pepulit, & ea ratione
Cassiodor. in Chronico. Theodoricum Veronensem, idem Catholicis imminantem, offendit. Persecutio illa [illegible] Pontificis cessavit, qui redux Ravennæ in carcerem conjectus est. Sub isto Theodoricus in electionem

[illegible] continuis novi se immiscuit. Ephræm Episcopus Constantinopolitanus, injectâ in ignem, [illegible] adulti toga, fidem Catholicam contra Stylitem Eutychianorum firmavit, & Zosimus leonem, quod asellum devorasset, aselli vices subire coegit. *Cassiodor. l. 8. Epist. 15.* *Baron. T. 6.*

CAPUT XIII.

DE

JUSTINIANO.

Anni sunt 38. ad A. C. 566.

[illegible]m JUSTINIANUS sorore ejus genitus, consensu & Senatus & exercitus excepit. Res ab illo gestæ ad *conjurationem nepotum Anastasii*, & [illegible] bella, *Persicum* nempe *Samaritanum*, *Bulgaricum*, *Vandalicum*, *Gothicum in Dalmatia*, *Gothicum in Italia*, *Laricum*, *Sclavonicum*, & *Hunnicum* reduci possunt. *Nepotum Anastasii*, Hypatii nempe, Pompeji, & Probi, *conjuratio* Justinianum petebat, & per quatriduum, dum ille [illegible], urbem vexabat. Hanc Belisarius, [illegible] in privatum ordinem ob quorundam calumnias redactus esset, jamque Hypatius Imperator [illegible]batur, assumtis militibus, sedavit, & in [illegible] ad XXXM civium cum authoribus occubuere. Coactus nihilominus Augustus, ut acclamanti populo morem gereret, Johannem & Tribonianum exosos vulgo homines, magistratu deponere. De *bello Persico* suo loco egimus. *Samaritanum* Judæi & Samaritani, assumpto sibi in Regem Juliano quodam, in Palæstina movere. In eo dira a Ju- *Procop. l. 1. belli Persic.* *Marcellin. in Chronic.* *Cedren.*

a Judæis Christiani passi: ipsi occidione cum Duce a Justiniano deleti sunt. *Bulgarici* causa, eorundem frequens in Mæsiam & Thraciam excursio. In eo Getæ, Illyricum incursantes, a Mundo militiæ Magistro victi: Bulgari ab eodem pulsi. Redivices, &, quod præsidiarios Romanorum trucidassent, feroces, Hunnorum Rex vicit; Mundus, quod Hunnum, securius agentem, intercepisset, iterum erumpentes, multis præliis repulit. *Vandalicum* in Africanis invenies. *Dalmaticum* Justinianus ipse intulit, quod eam provinciam Gothis eripere vellet. In eo variâ certatum fortunâ. Nam primò Mundus, devictis prælio hostibus, Salonam urbem cepit: mox Gothi, Asinari & Grippâ Ducibus, dubio cum Mauritio Mundi F. prælio congressi, eundem interemere: tum Mundus incompositis quamvis copiis cum hoste congressus, victoriam quidem retulit, sed dum cupidine vindictæ fugientes insequitur, ipse cecidit, & Sybillino Oraculo fidem fecit: tandem Constantianus stabuli Magister, Grippa metu perculso, non tantum Salonam recepit, & muros ejus exædificandos curavit; sed etiam, universa cum Liburnia, Dalmatia potitus est. *Gothicum* in Italicis leges. *Lazici* causa, Lazorum ad Persam defectio, quod Zibus Justiniani præfectus, Petrâ urbe excitatâ, salis & aliorum commeatuum, in Colchidem exportari solitorum, monopolium factitaret. In eo pertractis iterum, data præteritorum venia, per Gubazem in partem suam Lazis, Petra quidem duce Dasisthæo obsessa est, Gubazes verò adscitis in societatem Alanis & Sabiris, trajecto, cujus fauces occupaverat, Phaside fluvio Persas

Cedrenus.

Procop. l. 1. belli Gothici

Procop. l. 1. belli Persici.

Persas sub Duce Mermeroë, nihil hostile cogitantes, noctu invasit, & e Lazice ejecit. *Sclavonico* Sclavinorum & Antarum (qui quod sparsim & per tabernacula habitarent *Spori* dicebantur) trans Istrum excursiones, occiso, qui eos hactenus coercuerat, Childibio Duce, occasionem dedere. In quo primò Germanus, Thraciæ præfectus, Antas initio prælio ad internecionem delevit: hinc Sclavi, interfectis Romanorum ducibus, urbem maritimam stratagemate ceperunt, XVM hominum trucidaverunt, & multos palis, secundum longitudinem per corpus adactis, & in terram defixis, suspenderunt: mox iidem, tripartito exercitu, Europam ingressi, Justiniani exercitum, sub Ducibus aliquot, ad Adrianopolin profligaverunt: tandem a Romanis, ex trepidatione collectis, ingenti clade affecti, domum redierunt. *Hunnicum* Hunnorum Cotrigurorum, Duce Zambergano habendi cupiditas excitavit, eo velata quod prae Sandichlo & Hunno, suæ gentis præfectis, à Justiniani stipendiariis contemnerentur. In eo Zambergan exercitum in Chersonesum, ut Seston occuparet & trajecto freto, Abydo captâ, decimarium portorium tolleret, misit. Ipse Constantinopolim recta perrexit, barbaricâ immanitate omnia implevit, & ad Melantidem vicum castra posuit. Belisarius senex excurrentes ita compescuit, ut & consuetudinis illius, qua fugiendo aversos se insectantes oppugnant, obliviscerentur, & castra inde moverent. Germanus, Dorothei filius, harundinea classe Chersonesum tentantes, aquis mersit. Sandichlus verò a Justiniano instigatus, accepto pro captivis precio, domum rede-

Procop. l. 3. bell. Gotbic.

Agathias l. 5

Cedrenus. untes fudit. De Ablavii, Marcelli, & Sergii in Justinianum insidiis, quas capite luere, non est quod dicam. Hic est ille Justinianus, qui Triboniano legum quidem perito, sed impio & avaro, cæterisque Jureconsultis, negocium dedit, ut jus vetus, per immensa volumina sparsum, in paucos libros & certos titulos digererent. Inde [illegible] *Digesta*, & *Juris institutiones* natæ. docendique *Diacon l.16.* legibus Romæ, Beryti, & Constantinopoli collegia instituta sunt. *Codin. de Offic. Aulæ Constantinop.* Idem Avaribus locos habitandi postulantibus, Pannoniam concessit & capitis tegmen ab Imperatore Constantinopolitano gestari solitum, eò, quod eo primus esset usus, Justinianei nomen inditum est.

CONTEMPORANEA.

ASIATICA *Fernandi Mendez. Pinto. Peregr. Chinensis.* In CHINA creditur tempore Justiniani fuisse *Cronagol*, qui vallum trecentarum quindecim leucarum, operâ septingentorum & quinquaginta millium operariorum, spacio viginti septem annorum, contra Tartarorum incursiones extruxit, quod CCM militibus custodiendum committitur. Ejus successor *Goxilet* dicitur carcerem Xinanguibaseu seu Exulantium condidisse, in quo CCCM damnatorum, ad reparationem valli destinatorum, custodiuntur, nec citius dimittuntur, quam vel sex annos ibi consumsissent, vel hostem occidissent, vel tria in oppugnatione vulnera accepissent.

Procop. l. 1. de bello Persico. In PERSIA *Cabades* aliquot contra Justinianum *expeditiones* unam contra [illegible], suscepit. *Prima* in Mesopotamiam, [illegible] cum Mir-

duum

[illegible]m arcem Justinianus Belisario munire præce-[illegible], erat. In ea Persæ structuram impedien-tes Romanos aggressi, capto Cuze, superavere. Belisarius Persas, pacem spernentes, ad Daras, ubi Andreas Byzantius ludimagister fortitudinis eximium specimen edidit, nihil obstantibus Immortalibus fudit. *Altera* in Armeniam, in qua Sittas Byzantinorum prætor, Hunnos [illegible] denos, Persarum auxiliares castris exuit. Mermeroën, Satalam obsidione cingere volentem, Florentii Thracis virtute superavit, & aurifodinas Persis ademit. *Tertia* in Comagenem, Alamundaro Saraceno auxiliare, in qua acri prælio decertatum. Belisarius pro victo habitus: sed Azarethas Dux, a Cabade, quod cruenta nimis victoria esset, ab officio remotus est. *Quarta* contra Haitalitas, ut injuriam avo illatam ulcisceretur, quos ope-ra [illegible] socii oppugnavit & Balachum occupavit. Dicitur ex *S[illegible]o Ebn Di Eba-Amri* in Arabiam subsidio misisse, & Arabiam felicem [illegible] invasisse. Nihil de *R[illegible]* urbe, quam ad exemplar Antiochiæ ædificasse, illucque Antiochenos transtulisse scribitur, dicam. Ingressorum quisque suam invenit habitationem, non aliter, ac si Antiochiam redisset. Cabadi successit *Cosroes*, quibusdam *Anaxiron*, & *Nushirvanus*, quin & *Adel* propter administrationem justitiæ, dictus. Hic intra hoc, quod hic [illegible]s, tempus, pacem primo *ἀπέραντον*, acceptam per Ruffinum & Hermogenem officiorum magistrum, cum Pharangio & Bolo, Laziorum [illegible], pecuniâ, cum Justiniano fecit: mox eandem fregit, & *duplex* cum eo *bellum* gessit.

Primum in gratiam Vitigis, Gothorum Regis; ruptum fœdus Almanzore Saraceno, quod Aretes, Justiniani Dux, territorium suum armatus adiisset, prætexente; & Armeniis, qui a Justiniano, quod Duces sibi missos trucidassent, bello infestabantur, frigidam suffundentibus erat. In eo Surenorum urbs fraude intercepta & incensa; XIIM capti, & CC aureis à Candido Episcopo redempti; Berrhæa excisa, Antiochia omnibus ornamentis spoliata; de Strata, desertissima Arabiæ regione, lis mota; nec citius pax composita, quam LM aureorum singulis annis pactionis loco solvenda promitterentur. *Alterum* in gratiam Lazorum erat, de quo in Justiniani rebus, & cujus infeliciter administrati Dux fugitivus, Nachorgas, crudeles pœnas dedit, cute sibi vivo detracta, & ad scopulos affixa.

AFRICANA. In AETHIOPIA *Adad* Rex fuit, qui cum bellum cum Omeritarum Rege gereret, &, si vinceret, Christianam se religionem amplexurum vovisset. Voti reus, ad Justinianum legatos misit, & ab eodem Episcopos, qui Christianismum in Aethiopia publicarent, impetravit. *Paul. Diacon. lib. 17.*

Apud VANDALOS inclusus est carceri cum liberis, a fratre Gilimere, quod rem contra Mauros malè gessisset. *Hildericus*, cumque ad instantiam Justiniani non dimitteretur, bellum Gilimeri & regno funestum exortum est. In eo sanè præfectus Tripolitanus ad Justinianum defecit. Godas, Sardiniæ præses, insulam tradidit. Belisarius Gilimerem fugatum, Carthagine recepta, in quodam Numidiæ monte obsedit, & panem, spongiam & citharam omnibus deficientibus *Procop. de bello Vãdal. lib. 2.*

ribus poscentem, sese dedere coëgit, eundem in triumpho duxit & finem regno Vandalico in Africa imposuit. Post ista multa sub *diversis Justiniani praefectis* ibidem accidere *Salomon* Maurusios defectores ad oppidum Mammae dupto in monte Burgaon incruento praelio, stratagemate usus, profligavit: post, seditione militum propter conjuges, quas in Africa duxerant, exceptus, in Siciliam secedere coactus est. *Belisarius*, qui, sumtis centum Equitibus, una navi advolarat. Stozam, quem sibi interim Regem seditiosi elegerant, Carthaginem obsidentem, obsidionem solvere coëgit. *Germanus*, multis seditiosorum sibi conciliatis, Stozam castris exuit, & in Mauros rejecit: Maximinum verò, Tyrannidem invadere volentem, propè moenia Carthaginis palo infixit. *Salomon* redux, Vandalos ex Africâ ejecit, Jaudam Maurum Aurusium montem ejusque verticem Thumar relinquere coëgit, ejusdemque thesauris potitus est. Ipse Antalam, frumenta non dari, & fratrem occisum, quiritantem, &, initâ cum Mauris Leucatis societate, bellum agitantem, adortus, interfectus est. Sub *Sergio*, *Areobinda*, & *Artabane*, & *Joanne* Papi fratre, res cùm Mauris vario successu gerebantur, donec tandem isti ad extremos usque Africae fines fugarentur.

Apud GERMANOS mortuo, postquam Norico & Vindelicae *Bojorum* nomen imposuisset in BAVARIA Theodone Magno, filii tres, *Theodo* nempe *III*, *Otto*, & *Theodevalda*, successere, & Bojoariam inter se divisere. Theodoni Narisci, Reginoburgium, & inter Oenum ac EVROPÆ Aventin. l. 3.

Danubium loca cessere: Theodovaldæ Poloniuin, Athesini, montes Oeno continui, & finitima Italiæ data. Utino vel Othoni, Laurea cum Noricum Ripense, quicquid inter Anassum, Danubium, & Oenum amnes, obtigit. Idem pontes Oeni instauravit, & *Oetingæ* nomen indidit: Juvavia autem à salis ibi inventi proventu, *Salisburgum* vocata est.

In HISPANIA præerat Suevis *Theodemirus*. GOTHIS ibidem successive præfuere, *Almaricus*, *Theudis*, *Theudisclus*, *Agila*, & *Athanagildus*. *Almaricus*, quòd Crothildem, [illegible]
Marian l. 5 Hisp. Histor. cap. 7.
Francorum Regum sororem, ob Catholicam religionem & sordibus à vulgo conspergi permitteret, & ex templo reducem verberibus exciperet, à Childeberto Rege bello petitus insperatus oppressus, & obtruncatus est. *Teudis* Græcè & Latinè ita doctus, ut Platonis Philosophiam benè calluerit, contrà Childebertum & Clotharium fratres, Cæsaraugustam obsidentes, rem feliciter gessit. Nam non tantum cum obsessos, cinere fœdatos, passis crinibus, ut lugubri veste, circa muros Civitatis tunicam S. Vincentii circumferre, & divinum numen implorare intellexissent obsidionem, impetrato a civibus S. Vincentii orario, solvêre: sed & obsessis a Theudisclo Pyrenæi montis faucibus, in tantas angustias conjecti sunt, ut auro inducias redimere coëgerint. *Theudisclus*, seu *Theudiselus*, Theudis (a quodam amentiam simulante, seu propter habitus histrionici, quem palam gerebat, deformitatem, seu aliam ob causam, obtruncati) successor, quum mulieres libidini suæ non consentien-

tientes occidi jussisset, apud Hispalim orta se-
549 ditione, anno regni primo obtruncatus est. *Agila*
sub initia Cordubam obsedit. à qua cum civium
oppugnatione ita rejectus esset, ut & filium & impedi-
554 menta amitteret; *Athanagildus* ab eo defecit, & Mariana
acceptis a Justiniano, promissa bona parte Hispa- l. 5. c.
niæ subsidiis, justo cum prælio vicit. Sed cum
occupatam a Romanis Hispaniæ partem recupe-
rare vellet, multis se molestiis implicavit.

In ITALIA sex intra hoc tempus Reges apud
GOTHOS fuere; *Athalaricus* nempe, *Theodaha-
tus*, *Vitiges*, *Theudibaldus*, *Totila*, & *Teias*. *A-*
534 *thalaricus*, juvenum, quibus eum Amalasvintha,
Gothis urgentibus, committere cogebatur, con-
suetudine corruptus, matrem insidiis petitam eò
tandem adegit, ut thesauro in naves ad Dyrra-
chium comportato, de transitu ad Justinianum
cogitaret: ipse luxuriâ oppressus, morbo succu-
buit. *Theodahatus*, Amalfredæ filius, repetunda-
rum antehac condemnatus, in regnum ea condi-
tione ab Amalasvintha evectus, ut penes ipsum
nomen, penes se imperii vires essent: regno oc-
cupato & necessariis ipsius interfectis, & ipsam
in Vulsiniensem insulam relegatam è medio sustu-
lit; & sic in bellum cum Justiniano sibi funestum
incidit. Justinianus namque per Constantianum,
Stabuli Magistrum, Dalmatiam suæ potestatis
fecit. Captâ per Belisarium Siciliâ, Theodaha-
tum universa Italia cedere coegit, a pactis, au-
dita contra Mundum victoria, recedentem, im-
missis Neapolis militibus, in tantum apud suos
contemptum induxit, ut Vitigem in ejus locum,
536 ipso trucidato, sumerent. Nec melior *Vitigis* for-
tuna

tuna erat. Belisarius enim Româ potitus, omnes 537
Italicos populos in fidem accepit. Unilâ & Pissam,
Gothorum Duces, per Constantianum felicissimè
vicit. Vitigem, sex castris Romam annuo spacio
obsidentem, & machinis obsidionis non ex arte
utentem, ingenti clade (XXXM periere) affecit.
Narsetis auxiliis auctus, Aemiliam Imperatori
restituit, & Fessulis, Auximo, & Ravenna re- 538
ceptis, res Gothorum ita afflixit, ut & Vitiges
IV regni sui anno cum Gothis se dederet, & 540
Constantinopolim ad triumphum abduceretur.
Melior *Theudibaldi*, quamvis vix integrum annū
regnasset, conditio fuit. Hic enim, etsi unicam
duntaxat Veronam, milites vix mille haberet; Vi- 541
talem Ducem in prælio vicit. *Badvilla*, cognomen-
to *Totila*, *faventem* primo, mox *dubiā*, *adversam*
tandem *fortunam* expertus est. *Faventem.* Nam
primis regni rudimentis, Duces Romanos, Veronæ
noctu potitos, profligavit, præsidiis ex Thuscia 54[illegible]
ejectis, Brutiis, Lucanis, cum Calabria & Apu-
lia, subactis, Neapolim per deditionem occupa-
vit. Hydrunto, Tibure, Spoleto, Perusia receptis, [illegible]
Romam fame ad deditionem coëgit, eandem ex- [illegible]
cisurus, nisi eum Belisarius dilemmate à proposi-
to dimovisset. *Dubiam.* Belisarius namque sub-
misso à Justiniano milite, Tarento & Spoleto 547
receptis, Romam cepit, cives per Italiam disper-
sos revocavit, & Totilam vi oppugnantem for- 550
tissimè repulit. Totilas Belisario revocato, eandem
Isaurorū proditione recepit,† Siciliā vastavit. Cor- † 551
cyram missa classe diripuit, & multas circa Pelo- 552
ponnesum Imperatoris naves cepit. *Adversam.*
A Narsete enim, Anconam obsidentibus, profli-
gatus est, ut ex XLVII navibus vix XI effugerent.
Gothi

Gothi ex Sicilia ejecti, & , vulnerato ac victo aperto prælio Totila, universa Italia recepta est. *Tejas* ultimus Gothorum rex erat. Hoc enim ad Cumas interfecto, Aligernus, Cumanorum præfectus, in partes transiit; Franci (vide Gallica) cùm Alemannis à Gothis exciti, partim peste, partim gladio periere. Septem millibus Gothorum, qui Caphum urbem obsederant, in deditionem acceptis, universa Italia imperio restituta est. Intra hoc tempus *Longobardi* qui ex Rugia, quam sub Odoacro occuparant, in Pannoniam, pulsis Ostrogothis, transierant, nonnullis in Norico & Pannonia à Justiniano castellis donati, & sedibus suis supra Istrum exciti, Gepidas, Sirmium & quædam Dalmatiæ loca sibi vendicantes, Duce Alboino, profligavere. Hic etiam et Regis eorum Cunimundi cranio auro superinducto poculum fecit, filiam ejus Rosimundam in uxorem duxit, & Narseti contra Totilam subsidia per sinum Adriaticum misit.

Paul. Diac. lib. 17. & 18.

Idē de gest. Longobard. lib. 1. c. 27.

In BRITANNIA cepit CANTIO præesse *Ethelbertus*, Ermerici F. & Bertham Francorum Regis filiam uxorem duxit. Apud AUSTRALES occupavit insulam Veatam * *Certicius*, eamque Stufæ & Witgaro sobrinis suis concessit. Mortuum in WESTSAXONUM REGNO excepit † *Hinricus*, cui successit * *Ceaulin* F. In AQUILONARIBUS verò partibus, quæ regno Cantii subjectæ erant, mutavit †. *Ida* Ducatum in regnum, illudque *Northumbrorum* dixit. Successit * ei *Ella* F. comprehendebat Eboracensem, Lancastrensem, & Dunelmensem provinciam, Westmorlandiam, Cumbriam & Northumbriam.

Ethelbert.

Malmesbur.

In

Gregor. Turon. l. 3 c. 7. In GALLIA *aliquot bella* occurrunt *Primum* Theodoricus contra Hermenfredum Thuringorum, [illegible]
quòd Bertarium fratrem occidisset, a Saxonibus adjutus gessit, & commisso ad Unstrutum fluvium prælio eundem occidit, & Saxonibus partem Thuringiæ versus septentrionem, ad Hercyniam sylvam, Unstrutum, & Helmam fluvios, tradidit. *Alterum* Clotharius Theodeberto, Regi Metensi, [illegible]
Theodorici F. movit, quod is à Childeberto fratre regni hæres institutus fuisset. Hoc, cum stantibus in Aurelianensi agro signis, sudo cœlo, tonante cum fulminibus & grandine nimbus decidisset, interruptum & pace facta, absque sanguinis profusione finitum est. *Tertio* Almaricus, de quo
Gregor. Turon. l. 3. c. 32. Paul. Diacon. l. 18. Procop. l. 1. de bello Gothor. in Hispanicis, petitus est. *Quartum* Theodebertus, Justiniano in gratiam Gothorum, antequam [illegible]
ab iisdem Provinciâ, in Italia movit, infelici eventu. Nam commeatu destitutus, amissa ob dysenteriam maximâ exercitus parte, inglorius domum redire coactus est. Eo mortuo, Narses Buccelinum, illius Ducem, ad Tanetum in Campania superavit. Aminghum, Avidino Gothis auxilium ferentem, interemit. Leutharius verò, Buccelini germanus, dum multa præda onustus in Franciam reverteretur, juxta lacum Benacum propriâ morte defunctus est. *Quintum* inter [illegible]
Paul. Æmil. Clotharium, Theodibaldi Theodeberti F. hereditate potentiorem, (hinc simultates inter Childebertum, majorem natu, & Clotharium exortæ) & Thuringos cum Saxonibus rebelles excitat. In eo Clotharius primò, fusis ad Visurgim Saxonibus victor, mox cum veniam erroris impetrare non possent, victus & ægrè servatus, universâ

Saxo-

Saxonia excidit. *Sextum* Granus Nothus Clotario patri absenti, suasu Childeberti, suo malo intulit. Redux enim Clotharius, & occupato Childeberti, qui interim obierat, regno, Rex universæ Galliæ factus. Cunibaldo Aquitaniæ Rege, belli socio, in sacello D. Martini crematum, Conomerum Britanniæ comitem, cujus opibus filius nitebatur, fudit & occidit; filium vero, in rustici cujusdam casa interceptum, cum uxore & liberis succendit. Dicitur *Ivetoti regnum* in agro Rothomagensi, ob interfectum ad aras Valteramum, ejus loci Dominum, instituisse. Mortuus * *Cheribertum* Franciæ, *Chilpericum* Suessionum, *Guntramnum* Aureliæ & Burgundiæ, *Sigibertum* Metensium & Austrasiæ Reges reliquit. BURGUNDIA, rejecto in Hispaniam à Clodovæo & Clothario *Gundimaro*, Sigismundi F., ubi etiam obiit, quod Clodomirum Viennæ occidisset, devenit ad Francos, qui Burgundiæ regnum in varios principatus divisum, mutatis complurium nationum nominibus, aut veteribus conjunctis, Burgundiæ nomen, arctioribus limitibus circumscripsere. Historia ejus sub Leone Isaurico occurret.

In SCOTIA, occiso à suis Gorano, successive fuere *Eugenius*, *Congalli* F. & frater ejus *Congallus*. Ille quamvis, quod patrui Gorani necem ulcisci nollet, suspicione sceleris non careret: ita tamen fefellit, ut nemo superiorum regum jure ei præferri posset. Iste, modestia vitæ cum Monachis certabat. *Buchan. l.5.*

In POLONIAM circa hæc tempora *Lechus* Sclavus venisse, Principatum in ea constituisse, totum *Cromer. in Hist. Polon.*

totum tractum, quo nunc Silesia, Marchia, Prussia, Mekelburgæ, Pomerania, & Holsatia conti-
Gramerus lib. 1. nentur, imperio suo subjecisse & Gneznam civitatem, à nidificantium aquilarum multitudine, sic dictam, fundasse, dicitur. Quis ipsi successerit, nescitur: hoc tantum scribunt, Visimirum ex ejus nepotibus quendam, Visimariam, Bremam, Dantiscum, & alias quasdam urbes victo Danorum Rege Sivardo, condidisse. Devenit post ad XII Palatinos regimen, quod discordiis distractum fuisse proditur.

VARIA. Tempore Justiniani vixere *Nonnus Panopolitanus*, qui Dionysiaca & Johannis Evangelium
Diacon. l. 18. versibus conscripsit: *Dionysius Abbas*, qui paschalem calculum miranda argumentatione composuit: *Arator*, Romanæ Ecclesiæ subdiaconus, qui apostolorum actus versibus hexametris exaravit: *Priscianus Cæsariensis*, qui Grammaticæ artis profunda rimatus est: *Alexander Trallianus* Lydus, Justiniani Archiater, qui cognoscendæ materiæ medicæ studio Græciam, Tusciam, Galliam, Hi-
Cassiodor. divinar. lect. c. 25. spaniam &c. peragravit: *Marcellinus Comes*, qui Constantinopolitanam civitatem, & urbem Hierosolymorum, quatuor libellis minutissima narratione conscripsit: *Jornandes Gothus*; *Telesinus Helius*, *Melleinus Avalonius*, *Gildas* cognomento
Sigebert. Sapiens, *Brandanus Scotus*, qui septennali navigatione fortunatas insulas requisivit: *Procopius*, qui 5[illegible]
nobis Historiam de bellis Persarum, Vandalorum, & Gothorum reliquit, &c. Tum etiam Antio-
Procop. l. 2. de bello Vandal. chia *terræ motu* corruit, & IVMDCCC homines *obruti sunt. *Pestis inguinaria*, orta in Æthiopia universum orbem † pervasit. Pompejopolis urbs *518 †530

[illegible]s Mysiæ ita *terræ motu* collapsa est, ut dimidia [illegible] parte absorberetur. Agapeti de publicis scholis [illegible] stipendis consilium rejectum est. Italiam tanta *fames* afflixit, ut in Piceno LM perirent, & matres liberos mactarent, quin duæ fœminæ septendecem viros comederunt. Faber quidam *canem* habuit, qui non solum annulos, hominibus detractos, singulis quorum erant, reddidit: sed et [illegible] monetas diversorum Principum discernere potuit. *Mare* Thraciam inundavit. *Cetus* piscis ingens classi imperatoriæ per L annos infestus, XXX cubitorum longitudinis, latitudinis X, in vadum delatus, captus est. Duo Monachi ex India reduces: Græcos rationem conficiendi *serici* docuere. *Mons* Rhodano in Galliis propinquus, mugitum per multos dies edidit, tandem ab alio monte vicino divulsus præceps cùm omnibus ædificiis in Rhodanum concidit.

Diacon. l. 1. c. 4. de gest. Longobard. *Procop. l. 2.* *Cedrenus.* *Sigon. Imper. Occidēt. lib. 16.*

SACRA.

[illegible] ROMÆ sedente, Herulorum Rex [illegible], Absagi Caucasi incolæ, apud quos pueros evirare mos erat, & Tzani, interioris Armeniæ populi, Christianam fidem amplexi sunt. *Acephalorum* hæresis, qui fœminas Diaconas debere fieri præcipiebant, abdicata est. Justinianus legem tulit, ne Episcopis & Clericis aliquid legandi, præterquam de facultatibus, quas antè clericatum possederant, jus esset. Multi Episcopi masculorum corruptores esse deprehensi sunt. Benedictus *Nursinus monasterium* apud *Casinum* montem fundavit, & Monachis sui pondus certum panis & mensuram vini ordinavit. Post Felicem successivè Ecclesiæ Romanæ præfuere *Bonifacius*,

Evagr. l. 4. c. 21. *Niceph. l. 7. c. 13.* *Sigebertus.* *Cedrenus.* *Chronic. Casinense.*

V u * Jo-

* *Johannes* II. cognomento † *Mercurius*, * *Agapetus*, † *Silverius*, * *Vigilius*, † *Pelagius*, *Johannes* III. cognomento * *Catellinus*. *Bonifacius*, cui Dioscorus oppositus erat, coacta Romæ Synodo, Dioscori asseclas excommunicare voluit, Vigilium sibi successorem destinavit, sed opponentibus se Senatoribus, sententiam suam revocavit. Idem Michaeli Archangelo erectum in Hadriani mole templum dedicasse dicitur. Sub *Johanne* vasa quondam a Tito Hierosolymitanis erepta, jussu Justiniani Hierosolymam translata sunt, & Zamazarbus, Rex Iberorum, Constantinopoli baptizatus est. *Agapetus*, Constantinopolim a Theodahato, ut pacem componeret, missus, Anthimum Episcopum, hæreticos deprehensum, convocata Synodo, Episcopatu dejecit, & Mennam substituit; Augusto verò indignanti, *putabam me ad Christianissimum Principem Justinianum venisse, nunc autem Diocletianum inveni*, respondit. *Sylverius*, à Theodahato per vim fere intrusus, à Belisario, jussu Augustæ, quod Anthimum restituere nollet, exauctoratus * est. *Vigilius*, postquam Anthimi restitutionem promisisset, Pontificatum obtinuit, & cùm fide fracta in indignationem Imperatoris incidisset, &, ne Sylverianarum subtituueretur, metueret, sibi a Belisario deditum, in Palmeriam insulam deportari jussit. Sub eo *festum Hypapantes* seu *purificationis Mariæ* * institutum, in *tertia Aurelianensi Synodo*, ne à die Cœnæ Domini, per totum deinceps quatriduum Christiani sese Judæis immiscere, aut urbem quoquo modo circumire liceret, sancitum in celebratione Paschæ apud Orientem erratum...

Baron. T. 7.

Procop. belli Vandal. l. 2.

Cedrenus.

Niceph. l. 17. c. 19.

Anastas. in Agapeto.

Onuphrius in Vigilio.

Caranza in Sum. Concil.

apud Occidentem acerrime disputatum. Cum vero, doctrina Origenis de animabus ante corpora existentibus, & de fine suppliciorum in Palæstina recrudescente, Origenes damnaretur, & Theodorus Cæsariensis Episcopus Theodorum Mopsvestenum, Nestorii præceptorem, Theodoretum, qui olim cum Nestorio senserat, & se XII Cyrilli capitulis opposuerat, & Ibam, qui Nestorii sententiam in epistolâ ad Marin Persam defenderat, damnandos esse statueret; quæstio de *tribus Capitulis* nata est, quæ Ecclesiam per *aliquot annos* exercuit. *Primo* ea Imperator ab Episcopis damnari voluit, & Vigilium Constantinopolim evocavit. *Altero* Vigilius, convocatâ *Constantinopoli Synodo*, personas primò cum doctrina damnandas censuit, mox silendum de illis esse, donec legitimum Concilium indiceretur, decrevit. *Tertio* Diaconi Romani, Vigilii inconstantiâ offensi, Capitula proposita damnari non posse, censuerunt. *Quarto* Vigilius, desertæ veritatis suspectus, cautionem tacendum esset de illis Capitulis, promulgavit, & Diaconos suos excommunicavit. Sequentibus *duobus* Vigilius vim passus, Chalcedonem fugere coactus est. *Septimo*, *Concilium Constantinopoli* celebratum, in quo tria capitula damnata, Vigilius cum suis in exilium ejectus, nec prius restitutus est, quam condemnationi * subscripsisset. Tum etiam Judæi sacra Biblia non Ebraice, sed inusitata lingua, ubi vivunt, legere jussi sunt. *Pelagius*, ab Episcopo Ostiensi consecratus, se innocentem de morte Vigilii esse jurament, & Eutychianismi, quod trium articulorum condemnationi subscripsisset, suspectus, seipsum excu- *Marc. l. 4. c. 30.*

excusavit. Sub eo *templum Sophiæ* Constantino-
poli restauratum * est & masculorũ concubitores
clerici severè puniti † sunt. Sub *Johanne* Justi-
nianus Christi humanam naturam impassibilem
credi voluit, & *Columbanus Presbyter* Pictos in re-
Beda lib. 3. ligione Christiana instituit, eosdemque Pascha à
quartadecima luna ad vicesimam, contra morem
Romanorum, celebrare docuit. In Ecclesia Ori-
entali Justinianus nonnulla circa *Clerum, Lecto-
res, Diaconos, ἐμφανιστικα,* & *Psaltas* ordinavit.
Clerum, qui quadruplex, Imperatoris nempe, Im-
peratricis, Patriarchæ, sive Ecclesiæ, & Ex[illegible]-
Cedrenus. calorum, erat, & primitus in ædibus suis habita-
bat, tertia noctis vigilia ad eburneam palatii por-
tam conveniebat, per quam in Ecclesiam, vota
matutina Deo nuncupaturus intromittebatur, ex
Nobella 3. presbyteris sexaginta, diaconis viris centum, fœ-
minis quadraginta, subdiaconis nonaginta, lecto-
ribus centum decem, psaltis viginti quinque &
ostiariis centum, constare voluit. *Lectorum nu-*
Nobella ead merum, cujus ordinis dignitas magna, & in eo sæ-
pè viri genere illustri, imò Imperatorio, [illegible]
magnum ad CIII. *Diaconorum, τῶν κοινῶν* [illegible]
ad viros centum, fœminas quadraginta, subdiaco-
nos nonaginta; *Psaltarum* ad XXIV, [illegible]
Emphanistica, quæ clerici Constantinopolim in
Nobella 56. clerum allecti, primitus in omnibus Ecclesiis
dabant, in sola magna dari con-
stituit.



CAPUT

Caput XIV.

DE JUSTINO THRACE ET TIBERIO II.

Anni sunt 17. ad A. C. 583.

Justinianum JUSTINUS Curopalates, seu prætorio præfectus, ejusdem ex sorore nepos, cujus etiam conjux Sophia Theodoræ Augustæ neptis erat, excepit. Res ab ipso gestæ *duabus periodis* includi possunt. In *prima, quæ ab initio imperii ad ascitum in Cæsarem Tiberium*, se extendit, Consulatum, populo flagitante, in Rempublicam reduxit, eidemque donativum more majorum distribuit. Turcarum, gentis tum ad Tanaim Eurum versus, legatis, ne Avares hostes infestissimos in amicitiam reciperet, petentibus, satisfecit. Avarum nuncios, pactum a Justiniano tributum exigentes, inanes remisit. Latas à Justiniano adversus illicita conjugia leges abrogavit, & dirimi matrimonia posse ex conjugum consensu voluit. Armenios & Iberos, à Persarum idololatria abhorrentes, in fidem recepit. Narsetem, a Romanis accusatum, quòd tetrior ipse Dominus, quàm Gothi, foret, exauthoravit. Insidiis petitus Justinum cognatum, supremum militiæ Magistrum, suspectum, interfecit, eidemque Aetherium & Addæum Senatores adjecit. Bulgaros Thraciam infestantes per Tiberium trans Istorum removit. In Africa cum Mauris, & in Asia cum Persis, invitato prius in societatem Aethiopum Rege Aretâ, bella gessit

Corippus l. 1. Justinian.

Photius in Biblioth.

Evagr. lib. 5. cap. 1.

Evagr. lib. 5. cap. 1.

de quibus suis locis dicemus. Injurias ad conni-
Cedrenus. ventiam suam gliscentes, dato severo urbi præ-
fecto, cujus opera potentiores coerciti, repressit:
sed & Sophia Aug. æs alienum, à pauperioribus
contractum, ære suo dissolvit. *Altera periodus*,
quæ ad *mortem*, quæ in XII Imperii annum inci-
dit protenditur, nihil fere singulare habet, ora-
tionem Justini, quam ad Tiberium, cùm eum
Evagr. l. 5. cap. 27. chlamyde indueret, habuit, & tumultum [illegible]
tinum, in quo Anatolius quidam, artium v[illegible]
rum compertus, a furente plebe in Amphithea-
trum raptus, bestiis objectus, mox semilacer in
crucem actus, ex eaque à lupis detractus vora-
tusque est, & bellum Persicum, de quo suis locis,
si excipias. In TIBERIO tria occurrunt: *Munifi-
centia* nempe in pauperes, *Insidiæ*, & *Bellum*
Paulo Diac. l. [illegible] 5. Persas. *Munificentia* illa erat indefessa. Nam &
tempore Justini eam exercuit, & increpante pro-
digalitatem Sophiâ Augustâ, non *defuturam sibi*
pecuniam quoad ipse Christi secutus [illegible]
in cœlo thesauros colligeret, egenorum f[illegible]
fectus, respondit. Imò cùm sub tabula marmo-
rea, cruce insignita, multa auri talenta [illegible]
invenisset, & Narsetis opibus potiretur, bonam
Ce[illegible]. [illegible] or. Tu[illegible] n. lib. 5 cap. [illegible]0. eorum partem inter pauperes distribuit. *Insidiis*
bis appetitus est, semel ab illis, qui Justiniano,
Justini nepoti, studebant, cùm ad Circi specta-
la esset proditurus; quas ille flexo in templum
gressu declinavit. Alterâ vice, ab Augusta [illegible]
ejusdem Justiniani gratiam. His detectis, Augu-
stam thesauris, quos congesserat, spoliavit, [illegible]
visque famulis ei attributis, honesta velut [illegible]
custodia habuit. Justinianum verò, in [illegible]
aerea

antea receptum, militari præfectura dejecit. De bello Persico vide historiam Persarum. Imperavit annos ferè IV.

Contemporanea.

CHINENSES potentiam Cosrhois metuentes, & fortunæ ipsius invidi, bello quidem eum lacessivisse, & in Usbekensi regno Kaicham, [illegible]pham, Bocharam & Samarcandam cepisse creduntur; sed à Cosrhoë tàm masculè excepti sunt, ut omnibus de[illegible]ctis, turpi fuga Orientem suum repetere coacti fuerint. *ASIATICA Schickard. p. 148 ex Teixera.*

Apud PERSAS gessit *triplex bellum* Cosrhoës. *Unum* contra Chinenses, de quo nunc diximus. *Alterum* contrà Justinum, Retentæ quingentæ auri libræ pro stipendio Persæ dari solitæ, armatus in eundem Aretas Aethiopum Rex & recepti in fidem majoris Armeniæ incolæ, in causa. Res varia fortuna gestæ sunt. *Primo* namque *anno* Cosrhoes in Armeniam irruit. Dux Justini, Martianus, victis acri prælio Persis, Nisibin obsedit. Justinus, cum Nisiben pro capta haberet, nec Gregorii Antiocheni literis, vires Persarum referentibus, fidem daret, & Martiano Acacium [illegible] ingenii Ducem substitueret, ut exercitus se invito obsidionem solveret, & castris desertis dilaberetur, effecit. *Altero* Cosrhoes, irruptione in fines Imperii facta, Apameæ muros, vetustate collapsos, destruxit, & Daras, quinque mensium obsidione pressas, ipsius præfecti proditione cepit. *Tertio* Ardabanus Dux Heracleam diripuit & incendit, Antiochiæ *Paul. Diacon. l. 16 Hist. Misc. Evagr. lib. 5. c. 7. 10. 11. 13.*

[illegible]

Vv 4 muros

muros dejecit, & Sophiam Augustam ad pacem petendam adegit. *Tertium* contra Tiberium, inducias Justino mortuo prorogari cupientem, erat. In eo Cosrhoës Meletinam exussit. Tiberius verò, collecto ex Transalpinis, Mæsia & Illyrico exercitu, Duce Justiniano, Persam ita profligavit, ut castra cum tentoriis & thesauris caperentur, Rex ipse vix Euphratem elephante trajiceret. Omnia, quæ sub Justiniano & Justino amissa erant, recuperata sunt, & Cosrhoës, rei male gestæ dolore perculsus, postquam legem, ne quis Rex Persarum deinceps Romanis bellum faceret, scripsisset, † decessit. Antequam id fieret, movit ei *quartum* Nuschad, ex Euphemia Christiana uxore Filius. Occasionem, morbus patris, causam, quòd ignem colere nollus, in carcerem ab eodem conjectus fuisset, suppeditavit. Exitus Nuschado infelix erat. Nam ab Iracensi gubernatore Rambarlimo, quem absens Rex hisce motibus contravenire jusserat, oppressus, & telo per hypochondrium confossus est. Excepit Cosrhoëm † *Hormisdas*, qui cum intra hoc tempus bellum restaurare vellet, a Mauritio ita bis cæsus, est, ut castra & supellex * cùm Elephantis caperentur & omnes Romanis ademptæ munitiones, opera mancipiorum, quæ ex Hunnis & aliis empta, ad militiam Tiberius instruxerat, recuperarentur. De cætero dicitur etiam Cosrhoës ille regno suo provincias Tocharistanam, Sablestanam, & Kabulstanam adjecisse, omnes in quatuor satrapias, juxta mundi plagas (ut Orientis præfecto Maurenahar, Coraian, Sagestan, & Kirman; Austrino Ahwaz & ipsa Persis

Zonaras Tom. 3.

Schikard. in Tarich. p. 14 & seq.

Septentr-

Septentrionali Ispahan, Kom, Adarbigan & Armenia; Occiduo Babylonia & Irach, obvenirent) divisisse multos Philosophorum etiam Indicorum libros, (inter quos *Kelilah*, *Vademana*) in Persicum idioma transferri curasse; & Scachicum ludum ab inventoribus Indis, primum accepisse.

In ARABIA FELICE fuere post *Waciaam* Marthedi F. & *Abrahah Alashram* F. *Shaban*, *Du Shanater*, *Du Jadan* & *Zara Dunuas*, & ex Abyssinis *Ariath*, *Abrahah Aldhram*, & post *Iacsum*, *Masruk* Abrahæ F. *Shaban* in bello contra Madrenses cecidit. Alii ei *Ebn Dalhan*, cui penetrantissimus ille Amri Ebn Maadi Cerbi gladius, *Samsama* dictus, erat. *Du Shanater*, cognomento *Lachtiaal*, pueros nobiles, & puellas regiæ stirpis, turpi cum dehonestaret libidine, a successore suo, quem muliebri patientiæ subjicere voluit, in penetrali obtruncatus est. *Du Jadan* i.e. voce amœna præditus, ultimus a quibusdam Hamyarensium Regum putatur, Ahmed Ebn Yusef contradicente. *Zara Dunuas* seu *Du Nowas*, a cincinnis a tergo pendulis ita dictus, *Juseph* alias, & *Dominus foveæ*, quod omnes Judaismum profiteri recusantes in foveam ignis accensam conjiceret, & Christianos persequeretur. Motum ideò illi ab Abyssinis bellum, Duce Arbate, quo victo, & regno subjugato pervenit imperium ad Aethiopes, quorum primus *Arbata* seu, ut alii vocant, *Ariath*, a successore per insidias obtruncatus est. *Abrahah Alashram* a cicatrice vulneris, ita labiis inflicti, ita denominatus est, nec non *Dominus Elephanti*, de qua re fabellam apud Pocockium

Histor. Orient. p. 281.

Pocock. Specim. Hist. Arab. p. 6[illegible].

tuna erat. Belifarius enim Româ potitus, omnes 537
Italicos populos in fidem accepit. Unila & Piffam,
Gothorum Duces, per Conftantianum feliciffimè
vicit. Vitigem, fex caftris Romam annuo fpacio
obfidentem, & machinis obfidionis non ex arte
utentem, ingenti clade (XXXM periere) affecit.
Narfetis auxiliis auctus, Aemiliam Imperatori
reftituit, & Fefulis, Auxino, & Ravenna re- 538
ceptis, res Gothorum ita afflixit, ut & Vitiges
IV regni fui anno cum Gothis fe dederet, & 540
Conftantinopolim ad triumphum abduceretur.
Melior *Theudibaldi*, quamvis vix integrum anni
regnaffet, conditio fuit. Hic enim, etfi unicam
duntaxat Veronam, milites vix mille haberet; Vi- 541
talem Ducem in prælio vicit. *Badvilla*, cognomen-
to *Totila*, *faventem* primo, mox *dubiã*, *adversam*
tandem *fortunam* expertus eft. *Faventem*. Nam
primis regni rudimentis, Duces Romanos, Veronæ
noctu potitos, profligavit, præfidiis ex Thufcia 542
ejectis, Brutiis, Lucanis, cum Calabria & Apu-
lia, fubactis, Neapolim per deditionem occupa-
vit. Hydrunto, Tibure, Spoleto, Perufia receptis, 544
Romam fame ad deditionem coëgit, eandem ex- 546
cifurus, nifi eum Belifarius dilemmate à propofi-
to dimoviffet. *Dubiam*. Belifarius namque fub-
miffo à Juftiniano milite, Tarento & Spoleto 547
receptis, Romam cepit, cives per Italiam difper-
fos revocavit, & Totilam vi oppugnantem for- 550
tiffimè repulit. Totilas Belifario revocato, eandem
Ifaurorũ proditione recepit, † Siciliã vaftavit, Cor- † 551
cyram miffa claffe diripuit, & multas circa Pelo- 552
ponnefum Imperatoris naves cepit. *Adverfam*.
A Narfete enim, Anconam obfidens, ita profli-
gatus eft, ut ex XLVII navibus vix XI effugerent.

Gothi

Gothi ex Sicilia ejecti, &, vulnerato ac victo aperto
prælio Totila, universa Italia recepta est. *Tejas*
ultimus Gothorum rex erat. Hoc enim ad Cumas
interfecto, Aligernus, Cumanorum præfectus, in partes transiit; Franci (vide Gallica)
cùm Alemannis à Gothis exciti, partim peste,
partim gladio periere. Septem millibus Gothorum, qui Caphum urbem obsederant, in deditionem acceptis, universa Italia imperio restituta
est. Intra hoc tempus *Longobardi*, qui ex Rugia,
quam sub Odoacro occuparant, in Pannoniam, pulsis Ostrogothis, transierant, nonnullis in
Norico & Pannonia à Justiniano castellis donati, & sedibus suis supra Istrum exciti, Gepidas,
Sirmium & quædam Dalmatiæ loca sibi vendicantes, Duce Alboino, profligavere. Hic etiam
ex Regis eorum Cunimundi cranio auro superinducto poculum fecit, filiam ejus Rosimundam in
uxorem duxit, & Narseti contra Totilam subsidia per sinum Adriaticum misit.

Paul. Diac. lib. 17. & 18.

Idē de gest. Longobard. lib. 1. c. 27.

In BRITANNIA cepit *CANTIO* præesse
Ethelbertus, Ermerici F. & Bertham Francorum
Regis filiam uxorem duxit. Apud AUSTRALES
occupavit insulam Veatam * *Certicus*, eamque
Stufæ & Witgaro sobrinis suis concessit. Mortuum in WESTSAXONUM REGNO excepit † *Hinricus*, cui successit * *Ceaulin* F. In AQUILONARIBUS verò partibus, quæ regno Cantii subjectæ erant, mutavit †. *Ida* Ducatum in regnum,
illudque *Northumbrorum* dixit. Successit * ei
Ella F. comprehendebat Eboracensem, Lancastrensem, & Dunelmensem provinciam, Westmorlandiam, Cumbriam & Northumbriam.

Ethelbert.

Malmesbur.

In

In GALLIA *aliquot bella* occurrunt. *Primum* Theodoricus contra Hermenfredum Thuringum, quòd Bertarium fratrem occidisset, a Saxonibus adjutus gessit, & commisso ad Unstrutum flumen prælio eundem occidit, & Saxonibus partem Thuringiæ versus septentrionem, ad Hercyniam Silvam, Unstrutum, & Helmanis fluvios, tradidit. *Alterum* Clotharius Theodeberto, Regi Metensi, Theodorici F. movit, quod is à Childeberto tanquam regni hæres institutus fuisset. Hoc cum illi turbis in Aurelianensi agro signis, sudo cœlo, ingens cum fulminibus & grandine nimbus decidisset, interruptum & pace facta, absque sanguinis profusione finitum est. *Tertio* Almaricus, de quo in Hispanicis, petitus est. *Quartum* Theodobertus, Justiniano in gratiam Gothorum, a quibus ab iisdem Provinciâ, in Italia movit, infelici eventu. Nam commeatu destitutus, amissa ob dysenteriam maximâ exercitus parte, inglorius domum redire coactus est. Eo mortuo, Narses Buccelinum, illius Ducem, ad Tanetum in Campania superavit. Aminghum, Avidino Gotho auxilium ferentem, interemit. Leutharius verò, Buccelini germanus, dum multa præda onustus in Franciam reverteretur, juxta lacum Benacum, propriâ morte defunctus est. *Quintum* inter Clotharium, Theodibaldi Theodeberti F. hereditate potentiorem, (hinc simultates inter Childebertum, majorem natu, & Clotharium exortæ) & Thuringos cum Saxonibus rebelles exarsit. In eo Clotharius primò, fusis ad Visurgim Saxonibus, victor; mox cùm veniam erroris impetrare non posset, victus & ægrè servatus, utrinque

Gregor. Turon. l.3 c.7.

Gregor. Turon. l.3. c.32. Paul. Diacon. l. 18. Procop. l 1 de bello Gothor.

Paul. Æmil.

Saxo-

Saxoniâ excidit. *Sextum* Granus Nothus Clo-
thario patri absenti, suasu Childeberti, suo malo,
[illegible]. Redux enim Clotharius, & occupato
Childeberti, qui interim obierat, regno, Rex uni-
versæ Galliæ factus, Conobaldo Aquitaniæ Rege,
belli socio, in sacello D. Martini cremato, Cono-
brum Britanniæ [illegible], cujus opibus filius ni-
tebatur, fudit & occidit; filium verò, in rustici
cujusdam casa interceptum, cum uxore & liberis
succendit. Dicitur *Ivetoti regnum* in agro Ro-
thomagensi, ob interfectum ad aras Valteramum,
ejus loci Dominum, instituisse. Mortuus * *Che-
ribertum* Franciæ, *Chilpericum* Suessionum, *Gun-
tramnum* Aureliæ & Burgundiæ, *Sigibertum* Me-
tensium & Austrasiæ Reges reliquit. BURGUN-
DIA, rejecto in Hispaniam à Clodovæo & Clotha-
rio *Gondimaro*, Sigismundi F., ubi etiam obiit,
quod Clodomirum Viennæ occidisset, devenit
ad Francos, qui Burgundiæ regnum in varios
principatus divisum, mutatis complurium natio-
num nominibus, aut veteribus conjunctis, Bur-
gundiæ nomen, arctioribus limitibus circum-
scripsere. Historia ejus sub Leone Isaurico oc-
curret.

In SCOTIA, occiso à suis Gorano, successi- *Buchan. lib.*
vè fuere *Eugenius*, *Congalli* F. & frater ejus *Con-
gallus*. Ille quamvis, quod patrui Gorani necem
ulcisci nollet, suspicione sceleris non caret: ita
tamen se gessit, ut nemo superiorum regum jure
ei præferri posset. Hic, modeiatione vitæ cum
Monachis certabat.

In POLONIAM circa hæc tempora *Lechum* *Kragbin. in*
Sclavus venisse, Principatum in ea constituisse, *Hist. Polon.*
totum

totum tractum, quo nunc Silesia, Marchia, Prussia, Mekelburgæ, Pomerania, & Holsatia continentur, imperio suo subjecisse & Gneznam civitatem, à nidificantium aquilarum multitudine, sic dictam, fundasse, dicitur. Quis ipsi successerit, nescitur: hoc tantum scribunt, Visimirum ex ejus nepotibus quendam, Visimariam, Bremam, Dantiscum, & alias quasdam urbes victo Danorum Rege Sivardo, condidisse. Devenit post ad XII Palatinos regimen, quod discordiis dilaceratum fuisse proditur.

Gremerus lib. 1.

VARIA. Tempore Justiniani vixere *Nonnus Panopolitanus*, qui Dionysiaca & Johannis Evangelium versibus conscripsit: *Dionysius Abbas*, qui paschalem calculum miranda argumentatione composuit: *Arator*, Romanæ Ecclesiæ subdiaconus, qui apostolorum actus versibus hexametris exaravit. *Priscianus Cæsariensis*, qui Grammaticæ artis profunda rimatus est: *Alexander Trallianus* Lydus, Justiniani Archiater, qui cognoscendæ materiæ medicæ studio Græciam, Tusciam, Galliam, Hispaniam &c. peragravit: *Marcellinus Comes*, qui Constantinopolitanam civitatem, & urbem Hierosolymorum, quatuor libellis minutissima narratione conscripsit: *Jornandes Gothus*, *Telesphorus Helius*, *Melleinus Avalonius*, *Gildas* cognomento Sapiens, *Brandanus Scotus*, qui septennali navigatione fortunatas insulas requisivit: *Procopius*, qui nobis Historiam de bellis Persarum, Vandalorum, & Gothorum reliquit, &c. Tum etiam Antiochia *terræ motu* corruit, & IVMDCCC hominum * obruti sunt. *Pestis inguinaria*, orta in Æthiopia universum orbem † pervasit. Pompejopolis urbs

Diacon. l. 18.

Cassiodor. diVinar. lect. c. 25.

Sigebert.

Procop. l. 2. de bello Vandal.

urbis Mysiæ ita *terræ motu* collapsa est, ut dimidia sui parte absorberetur. Agapeti de publicis scholis erigendis consilium rejectum est. Italiam tanta *fames* afflixit, ut in Piceno LM perirent, & matres liberos mactarent, quin duæ fœminæ septendecim viros comederunt. Faber quidam *canem* habuit, qui non solum annulos, hominibus detractos, singulis quorum erant, reddidit: sed et monetas diversorum Principum discernere potuit. *Mare* Thraciam inundavit. *Cetus* piscis ingens classi imperatoriæ per L annos infestus, XXX cubitorum longitudinis, latitudinis X, in ordum delatus, captus est. Duo Monachi ex India reduces; Græcos rationem conficiendi *serici* docuere. *Mons* Rhodano in Galliis propinquus, mugitum per multos dies edidit, tandem ab alio monte vicino divulsus, præceps cùm omnibus ædificiis in Rhodanum concidit. *Diacon. l. 1. c. 4 de gest. Longobard.* *Procop. l. 2.* *Cedrenus.* *Sigon. Imper Occidét. lib. 16.*

SACRA.

Felice ROMÆ sedente, Herulorum Rex Gretas, Abasgi Caucasi incolæ, apud quos pueros evirare mos erat, & Tzani, interioris Armeniæ populi, Christianam fidem amplexi sunt. *Acephalorum* hæresis, qui fœminas Diaconas debere fieri præcipiebant, abdicata est. Justinianus legem tulit, ne Episcopis & Clericis aliquid legandi, præterquam de facultatibus, quas ante clericatum possedissent, jus esset. Multi Episcopi masculorum corruptores esse deprehensi sunt. Benedictus Nursinus *monasterium* apud Cassinum montem fundavit, & Monachis suis pondus escarum panis & mensuram vini ordinavit. Post Felicem successivè Ecclesiæ Romanæ præfuere *Bonifacius,* *Evagr. l. 4. c. 21.* *Niceph. l. 17. c. 13* *Sigebertus.* *Cedrenus.* *Chronic. Casinense.*

 *Jo-

* *Johannes* I. cognomento † *Mercurius*, * *Agapetus*, † *Silverius*, * *Vigilius*, † *Pelagius*, *Johannes III.* cognomento * *Catelinus*. *Bonifacius*, cui Dioscurus oppositus erat, coacta Romæ synodo, Dioscori asseclas excommunicare voluit, Vigilium sibi successorem destinavit; sed opponentibus se Senatoribus, sententiam suam revocavit. Idem Michaeli Archangelo erectum in Hadriani mole templum dedicasse dicitur. Sub *Johanne* vasa, quondam a Tito Hierosolymitanis erepta, jussu Justiniani Hierosolymam translata sunt, & Zamazarbus, Rex Iberorum, Constantinopoli baptizatus est. *Agapetus*, Constantinopolim a Theodahato, ut pacem componeret, missus, Anthimum Episcopum, hæreseos deprehensum, coacta Synodo, Episcopatu dejecit, & Mennam substituit; Augusto verò indignanti, *putabam me ad Christianissimum Principem Justinianum venisse, nunc autem Diocletianum inveni*, respondit. *Sylverius*, à Theodahato per vim fere intrusus, à Belisario, jussu Augustæ, quod Anthimum restituere nollet, exauctoratus * est. *Vigilius*, postquam Anthimi restitutionem promisisset, Pontificatum obtinuit, & cum fide fracta in indignationem Imperatoris incidisset, &, ne Sylverius iterum substitueretur, metueret, sibi à Belisario deditum, in Palmeriam insulam deportari jussit. Sub eo *festum Hypapantes* seu *purificationis Mariæ* * institutum. In *tertia Aurelianensi Synodo*, ne à die Cœnæ Domini, per totum deinceps quatriduum Christiani sese Judæis immiscere, aut urbem quoquo modo circumire liceret, sancitum: in celebratione Paschæ apud Orientem erratum; apud

Baron. T. 7.

Procop. belli Vandal. l. 1.

Cedrenus.

Niceph. l. 17. c. 19.

Anastas. in Agapeto.

Onuphrius in Vigilio.

Caranza in Sum. Concil.

apud Occidentem acerrimè disputatum. Cum vero, doctrina Origenis de animabus ante corpora existentibus, & de fine suppliciorum in Palæstina recrudescente, Origenes damnaretur, & Theodorus Cæsariensis Episcopus Theodorum Mopsvestenum, Nestorii præceptorem, Theodoretum, qui olim cum Nestorio senserat, & se XII Cyrilli capitulis opposuerat, & Ibam, qui Nestorii sententiam in epistolâ ad Marin Persam defenderat, damnandos esse statueret; quæstio de *tribus Capitulis* orta est, quæ Ecclesiam per *aliquot annos* exercuit. *Primo* ea Imperator ab Episcopis damnari voluit, & Vigilium Constantinopolim evocavit. *Altero* Vigilius, convocata *Constantinopoli Synodo*, personas primò cum doctrina damnandas censuit, mox silendum de illis esse, donec legitimum Concilium indiceretur, decrevit. *Tertio* Diaconi Romani, Vigilii inconstantiâ offensi, Capitula proposita damnari non posse, censuerunt. *Quarto* Vigilius, desertæ veritatis suspectus, cautionem de tacendum esse de illis Capitulis, promulgavit, & Diaconos suos excommunicavit. *Sequentibus duobus* Vigilius vim passus, Chalcedonem fugere coactus est. *Septimo*, *Concilium Constantinopoli* celebratum, in quo tria capitula damnata, Vigilius cum multis in exilium ejectus, nec prius restitutus est, quàm condemnationi * subscripsisset. Tum etiam Judæi sacra Biblia non Ebraicè, sed usitata lingua, ubi vivunt, legere jussi sunt. *Pelagius*, ab Episcopo Ostiensi consecratus, se innocentem de morte Vigilii esse jurавit, & Eutychianismi, quod trium articulorum condemnationi subscripsisset, suspectus, seipsum *Evagr. l. 4. c. 30.*

excusavit. Sub eo *templum Sophiæ* Constantinopoli restauratum * est & masculorũ concubitores clerici severè puniti † sunt. Sub Johanne Justinianus Christi humanam naturam impassibilem credi voluit, & *Columbanus Presbyter* Pictos in re-

Beda lib. 3. ligione Christiana instituit, eosdemque Pascha quartadecima luna ad vicesimam, contra morem Romanorum, celebrare docuit. In Ecclesia Orientali Justinianus nonnulla circà *Clerum* [illegible] *res, Diaconos, ἐμφανιστικά,* & *Psaltas* ordinavit. *Clerum*, qui quadruplex, Imperatoris nempe, Imperatricis, Patriarchæ, sive Ecclesiæ, & Ex[illegible]-

Cedrenus. calorum, erat, & primitùs in ædibus suis habebat, tertia noctis vigilia ad eburneam palatii portam conveniebat, per quam in Ecclesiam, vota matutina Deo nuncupaturus intromittebatur, è

Nobella 3. presbyteris sexaginta, diaconis viris centum, fœminis quadraginta, subdiaconis nonaginta, lectoribus centum decem, psaltis viginti quinque & ostiariis centum, constare voluit. *Lectores* [illegible]-

Nobella ead. merum, cujus ordinis dignitas magna, & in eo sæpè viri genere illustri, imò Imperatorio, [illegible] magnum ad CIII. *Diaconorum*, τῶν κοι[illegible] ad viros centum, fœminas quadraginta, subdiaconos nonaginta, *Psaltarum* ad XXIV [illegible] *Emphanistica*, quæ clerici Constantinopoli in

Nobella 56. clerum allecti, primitus in omnibus Ecclesiis dabant, in sola magna dari constituit.



CAPUT

CAPUT XIV.

DE JUSTINO THRACE ET TIBERIO II.

Anni sunt 17. ad A. C. 583.

JUstinianum JUSTINUS Curopalates, seu prætorio præfectus, ejusdem ex sorore nepos, cujus item conjux Sophia Theodoræ Augustæ neptis erat, excepit. Res ab ipso gestæ *duobus periodis* includi possunt. In *primam*, quæ *ab initio imperii usque ad assumptum in Collegam Tiberium* se extendit, Justinianum Consulatum, populo flagitante, in Rempublicam reduxit, eidemque donativum more majorum distribuit. Turcarum, gentis tum ad Tanaim Eurum versus, legatis, ne Avares hostes infestissimos in amicitiam reciperet, petentibus, annuit. Avarum nuncios, pactum à Justiniano tributum exigentes, inanes remisit. Latas à Justiniano adversus illicita conjugia leges abrogavit, & dirimi matrimonia post ex conjugum consensu, voluit. Armenios & Iberos, a Persarum idololatria abhorrentes, in fidem recepit. Narsetem, à Romanis accusatum, quod tetrior ipsis Dominus, quam Gothi, foret, exauthoravit. Insidiis petitus, Justinum cognatum, supremum militiæ Magistrum, suspectum, interfecit, eidemque Aetherium & Addæum Senatores adjecit. Bulgaros Thraciam infestantes per Tiberium trans Istrum removit. In Africa cum Mauris, & in Asia cum Persis, invitato prius in societatem Aethiopum Rege Aretâ, bella gessit.

Corippus l. 1. Justinian.

Photius in biblioth.

Evagr. lib. 5. cap. 1.

Evagr. lib. 5. cap. 3.

de quibus suis locis dicemus. Injurias ad connniventiam suam gliscentes, dato severo urbi præfecto, cujus opera potentiores coerciti, repressit: sed & Sophia Aug. æs alienum, a pauperioribus contractum, ære suo dissolvit. *Altera periodus*, quæ ad *mortem*, quæ in XII Imperii annum incidit protenditur, nihil fere singulare habet, orationem Justini, quam ad Tiberium, cùm eum chlamyde indueret, habuit, & tumultum Byzantinum, in quo Anatolius quidam, artium veterum compertus, à furente plebe in Amphitheatrum raptus, bestiis objectus, mox semivivus in crucem actus, ex eaque a lupis detractus voratusque est, & bellum Persicum, de quo suo loco, si excipias. In TIBERIO tria occurrunt; *Munificentia* nempe in pauperes, *Insidiæ*, & *B*[illegible] in Persas. *Munificentia* illa erat indefessa. Nam & tempore Justini eam exercuit, & increpante prodigalitatem Sophiâ Augustâ, non *defuturam sibi pecuniam quoad ipse Christi secutus* [illegible] *in cœlo thesauros colligeret e*[illegible]*rum* [illegible] *fectus*, respondit. Imò cùm sub tabula marmorea, cruce insignita, multa auri talenta defossa invenisset, & Narsetis opibus potiretur, bonam eorum partem inter pauperes distribuit. *Insidiis* bis appetitus est, semel ab illis, qui Justiniano, Justini nepoti, studebant, cùm ad Circi spectacula esset proditurus; quas ille flexo in templum gressu declinavit. Alterâ vice ab Augusta in ejusdem Justiniani gratiam. His detectis, Augustam thesauris, quos congesserat, spoliavit, novisque famulis ei attributis, honesta velut sub custodia habuit. Justinianum verò, in gratiam ancei

Cedrenus.

Evagr. l.5. cap. 27.

Paulo Diac. l.3. c.5.

C[illegible]

[illegible] Turon. lib.[illegible] cap. [illegible]

intra receptum, militari præfectura dejecit. De illo Persico, vide historiam Persarum. Imperavit annos ferè IV.

CONTEMPORANEA.

CHINENSES potentiam Cosrhois metuentes, & fortunæ ipsius invidi, bello quidem eum lacessivisse, & in Usbekensi regno Kalcham, Nakpham, Bocharam & Samarcandam cepisse creduntur; sed à Cosrhoë tàm masculè excepti sunt, ut omnibus derelictis, turpi fuga Orientem suum repetere coacti fuerint. *ASIATICA Schickard. p. 148. ex Teixera.*

Apud PERSAS gessit *triplex bellum* Cosrhoes. *Unum* contra Chinenses, de quo nunc diximus. *Alterum* contra Justinum: Retentæ quingentæ auri libræ pro stipendio Persæ dari solitæ, armatus in eundem Aretas Aethiopum Rex, & recepti in fidem majoris Armeniæ incolæ in causa. Res varia fortuna gestæ sunt. *Primo* namque *anno* Cosrhoes in Armeniam irruit. Dux Justini, Martianus, victis acri prælio Persis, Nisibim obsedit. Justinus, cùm Nisiben pro capta haberet, nec Gregorii Antiocheni literis, veres Persarum referentibus fidem daret, & Martiano Acacium sui ingenii Ducem substitueret; ut exercitus se invito obsidionem solveret & castris desertis dilaberetur, effecit. *Altero* Cosrhoes, irruptione in fines Imperii facta, Apameæ muros, vetustate collapsos, destruxit, & Daras, quinque mensium obsidione pressas, ipsius præfecti proditione cepit. *Tertio* Artabanus Dux Heracleam diripuit & incendit, Antiochiæ muros *Paul. Diacon. l. 16. Hist. Misc. Evagr. lib. 5. c. 7. 10. 11. 13.*

Septentrionali Ispahan, Kom, Adsarbigan & Armenia; Occiduo Babylonia & Irach, obvenirent) divisisse multos Philosophorum etiam Indicorum libros, (inter quos *Kelilah*, & *Demana*) in Persicum idioma transferri curasse, & Scachicum ludum ab inventoribus Indis, primum accepisse.

In ARABIA FELICE fuere post *Haritham* Marthedi F. & *Abrahah Alsabah* F. *Shabar*, *Ibn Shanater*, *Du Jadan* & *Zara Dunuas*, & ex Abyssinis, *Aryath*, *Abrahah Alashram*, & post *Jacsum*, *Masruc* Abrahæ F. *Shaban* in bello contra Madræos cecidit. Alii ei *Ebn Dalwan*, cui penetrantissimus ille Amri Ebn Maadi Cerbi gladius, *Samsama* dictus, erat *Du Shanater*, cognomento *Lachtiaal*, pueros nobiles, & puellas regiæ stirpis, turpi cum dehonestaret libidine a successore suo, quem muliebri patientiæ subjicere voluit, in penetrali obtruncatus est. *Du Jadan* i. e. voce amœna præditus, ultimus a quibusdam Hamyarensium Regum putatur, Ahmed Ebn Yusef contradicente. *Zara Dunuas* seu *Du Nowas*, a cincinnis a tergo pendulis ita dictus, *Jusuph* alias, & *Dominus foveæ*, quod omnes Judaismum profiteri recusantes in foveam ignis accensam conjiceret, & Christianos persequeretur. Motum ideò illi ab Abyssinis bellum, Duce Arbate, quo victo, & regno subjugato, pervenit imperium ad Aethiopes, quorum primus *Arbata*, seu, ut alii vocant, *Aryath*, a successore per invidiam obtruncatus est. *Abrahah Alashram* a cicatrice vulneris, in facie inflicti, ita denominatus est, nec non *Dominus Elephantis*, de qua re fabellam apud Pocockium

Hist. Orient. p. 261.

Pocock. Specim. Hist. Arabum p. 63.

um vide. De *Jacfum* & *Mafruco* nihil habetur. Poſt hoc rediit regnum ad Hemyarenſes, ſed interfecto *Saif Ebn Di Yazan*, qui auxiliis Regis Perſarum Aethiopes expulerat, & Maadi Carbo ab Abyſſinis Præfecti a Rege Perſarum imponebantur, ad *Bazanum* usque. quo nomen Muhamede dante devoluta ad Muhamedanos Yamanis, cujus tamen partem *Shar* Bazani F. a Muhamede accepit.

AFRICANA *Gerunden.* In AFRICA *Ismael*, Maurorum ad extrema Africæ pulſorum Rex, Juſtino rebellis, poſtquam præfectum Africæ prælio viciſſet & occidiſſet, à Gennadio, Magiſtro militum, bello petitus, & regnum & vitam amiſit.

VANDALORUM ibidem regno finem impoſitum diximus.

EUROPÆA In GERMANIA apud BAVAROS mortuo pôſt ſubactas eis Padum urbes Theodovaldo Bojoaria inter *Thaſſilonem* ipſius F. & *Theodebertum* diviſa eſt. Ille eam partem, quæ ab Oeno ad Lycum, inde ad Francos versùs Bohemiamque porrigitur, accepit. *Aventin. l. 3.* Huic reliquam trans Oenum fluenta, inde usque ad Hunnos, Venetos, & Italos, obvenit. Pacem cum Longobardis habuêre. Thaſſilo verò Vultenburgium ad Danubium eo in loco condidit, quo olim Artobriga, colonia Romanorum, fuerat. Dicitur ibidem filius ipſius ab apro perculſus interiiſſe. Ibidem Saxones ex Italia, ubi Longobardis ſubditi eſſe nolebant, reduces, *Paul. VVarnefrid. l. 3. Longobar.* Suecos pepulere, pôſt ab iisdem victi, in gratiam rediere, & regiones illas circà Saxoburgum incoluere.

In

In HISPANIA successit apud SVEVOS Theodomiro, *Mirus* seu Ariomirus F., & intrà hoc tempus * bellum in Gallæcia Vasconibus intulit, eosdemque vicit. Ibidem apud GOTHOS excepit Athanagildum *Liuba* † nunc * *Leovigildus* frater. *Ille* hoc solo memoratur, quòd secundo regni anno fratrem exæquata potestate, consortem regni fecerit, eidemque omnia præter Gothicam Galliam tradiderit. *Hic* dignum se imperio præstitit. Nam ductâ Gosvindâ, Athanagildi viduâ, Romanos in Bastitanis prælio vicit. Malacæ agrum ferro vastavit, Assidoniam ad fratrem noctu cepit. Cordubam * ad officium revocavit, & compositis pòst mortem fratris Belli & rebus, in Cantabriam belli impetum vertit, & Amajam civitatem, Burgos inter & Legionem sitam expugnavit, reliquam verò Cantabriam vastavit. Nec obliviscendum est Ricopoleos civitatis, quam in Celtiberia * condidit; Aspendii, in Aquitania Senioris, dignitatis nomen et imperium detrectantis, quem in suam potestatem redegit; Hermenegildi F., cui Sigeberti Franciæ R. filiam Ingundam in uxorem dedit, & partem provinciæ tribuit. Suevorum, quorum fines ita vastavit, ut Miro pacem peteret, inducias duntaxat obtineret, jura denique in eligendo rege suffragii, quod ut antiquaret, Hermenegildum & Reccaredum filios consortes imperii fecit, illi Hispali, huic ad Tagi & Guadiolæ confluentes prope Paternianam res commisit, ipse Toleti eas curavit.

In ITALIA initium Italiæ per Justinianum restaurationis, in divisionis & mutationis inemendabilis initium conversum est. Narsetis ex Italia Con- *Paul. Diac. l. 2. c. 8.*

Constantinopolin, ad Senatus Rom. instantiam contumeliosa nec sine periculo revocatio inclusa, quam *Longini*, qui primus inter illos Ravennæ præsides, qui imperatoris nomine ibi jus reddebant; & bella administrabant, & propterea *Exarchi* dicebantur, missio subsecuta est. Narses quippe, odio & metu exagitatus; Longobardos, quorum conductitia opera contra Gothos usus erat, in Italiam spe regni ibidem constituendi evocavit, & per eos eam telam orsus est, quam retexere nec Sophia, quæ Narsen tanquam Eunuchum ad dividenda in Gyneceo pensa vocaverat, nec maritus ejus Justinus detexere poterant. Scilicet, *Alboinus*, Longobardorum Rex, Saxonibus in societatem adscitis, & sedibus suis Hunnis & Avaris cum conditione traditis, in Italiam venit, primò Vincentiam & Veronam, mox, deditionem suadente Episcopo, Mediolanum, tandem Ticinum post triennii obsidionem cepit, & regnum intra Alpes, mare Ligusticum, & Apenninum erexit. Ei, dolore Rosimundæ conjugis, ex cranio patris sui Cunimundi Regis Gepidarum, ab Alboino occisi, bibere coactæ, ab Helmechilde vel Peredio quodam interfecto successit *Clephis*, qui etsi XVIII menses tantùm regnavit, tamen Forum Cornelii ab arce, quâ contra Ravennates illud munivit, *Imola* deinceps dictum, sui juris fecit. Post hæc fuit interregnum, & Aristocratia XXX Ducum, quæ tamen ultra decennium non duravit, sed per discordiam eorum rediit regius dominatus, sub XX ordine personis. Quæ contra Gallos egere, in Gallicis dicentur; hoc tamen addi potest, *Arichen* Longobardorum Ducem

VVarnefrid de gestis Longobard. l. 2. ad cap. 31.

VVarnefrid l. 2. c. 31. 32.

Ducem præcipuum, Beneventum occupasse, & sibi totis L annis retinuisse. Quantum ad EXARCHATUM, Longini nulla virtus memoratur: raptus autem virginum & matronarum, sceleſtum quoque γυναικωνίτου ministerium accusatur. Idem Rosimundam cùm Helmechi excepit. ubi illa, suasu Longini, huic poculum venenatum obtulit, hic fraude animadversa, illam reliquum bibere coegit. Sic meritas pœnas exsolvere; Albsvinda autem filia cùm Peredeo Constantinopolin missa est, ubi ille exoculatus dicitur.

In BRITANNIA victus est *Ethelbertus*, Cantiorum Rex, a *Ceaulino* Westsaxonum Rege. Ibidem ORIENTALIUM ANGLORUM regnum ab * *Uffa*, cui *Titulus* † I. successit; MERCIÆ verò a * *Crida* fundatum est. *Illud* Huntingdoniam, Rutlandiam, Lincolniam, Northamptoniam, Leicestriam, Derbiam, Nottingamiam, Oxoniam, Cestriam, Salopiam, Gloucestriam, Wigorcestriam, Staffordiam, Warvicum, Budringamiam, Bedfordiam, Hartfordiam; *hoc* Suffolciam, Norfolciam, Cantabrigiam, & Eliensem provincias complectebatur. *Speed. in Historia Anglica.*

In GALLIA *quadruplex bellum* occurrit, *Hunnicum* nempe, *Longobardicum*, *Saxonicum*, & *civile*. *Primo* fratrum de hæreditate altercatio occasionem dedit, forte & ignominiam sub Merovæo acceptam armis Hunni vindicare volebant. (*mirum certe quantum deleat, addatque ingentis animi prope accepta semel calamitatis infamia.*) In eo Thuringia, Francorum ditionis provincia, ab Hunnis vastata. Sagebertus ad Albiun *Gregor. Turon. l. 4. c. 23.* *Aimoin. l. 3. c. 6.*

cum

cum eis, dubio primo eventu, (ferunt magica arte spectris undiquaque occurrentibus, ita Francos exterritos primùm, ut funderentur, capto etiam Rege) post felici, congressus est. Multa millia interiere, & plura cecidissent, nisi Chilpericus eo absente Rhemorum urbem occupasset. *Alterum* ducum Longobardorum avaritia excitavit. In eo, primò Longobardi, facta in Alpibus ingenti præda, fusis Guntrani copiis, Pæonio Duce in acie cæso, domum reverterunt. Pòst, Alpibus Cottiis transcensis, ad Ebrodunum, non procul ab eo jugo, unde Druentia oritur, ubi Amatum Regionis præfectum acie congressum interemerant, excurrêre, ubi à Mummulo, Guntrani Duce, in sylva profligati sunt. *Saxonicum* Saxones, fuso nuper Clotarii exercitu superbi, movere. In eo Saxones tùm à Lupo, Sigeberti Duce, tùm à Sigeberto ipso, cùm paucis post primum conflictum mensibus bellum restaurassent, profligati sunt. *Civile* quod post Cheribertum fuit, multa prodigia antecessere. In Parisiensi agro cœlum sanguinem depluisse, visasque hastas & acies igneas e diverso concurrere, ferunt. In eo Theodebertus Chilperici F. Turones, Pictavos & alios invasit. Sigebertus fratrem, ut oppida redderet, compulit; sic pax facta est. Ardente iterum bello, in finibus Carnutum acie pugnatum est. Theodebertus perrit; Chilpericus Tornacum profugit. Sigebertus (*omnis fere felicitatis pedisequa est calamitas*) dum se Regem esse putaret, ab immissis à Fredegunda, Chilperici prolice primò, pòst uxore, juvenibus occisus est. Merovæus ab Chilperico patre, occupata Sigeberti

WVarnefrid. l. 3. c. 3. 4. Papyr. Masson. Paul. Aemil. in Histor. Gallic.

Papyr. Masson.

Turonensis l. 6. c. 14.

urbe-

...ditione, ad invadendas Guntrani terras missus Brunechildis, Sigeberti viduæ, Rothomagum relegatæ, amore irretitus eam in uxorem duxit; & ideò à patre in custodiam missus, mox elapsus receptusque, instinctu Novercæ interfectus † est. Regnum itaque penes Chilpericum mansit.

In SCOTIA excepit Congallum † Kinatellus Fr. & hunc * Aidanus Gorani Filius. De suo cubili Buchan. ... occurrit, sunt etiam qui, eo omisso, Aidanum Congallo subjiciunt. Iste regia à Columbano, maximè tum autoritatis viro, insignia accepit, latrones in Galloviadia, ducibus ipsorum supplicio affectis, compescuit, & bellum cùm Pictis, quod seditiosos, qui regios ministros, eos in jus vocantes pulsassent, ex fœdere tradere nollent, gessit, quod tamen brevi Columbani authoritate extinctum est.

Ex Doctis floruère Gildas Anglus, qui sui VARIA. temporis historiam scripsit. Venantius Fortunatus, Duplabilis dictus, qui gesta Sanctorum cùm prosa tum carmine edidit: Bandonensia, S. Radegundis alumna, quæ librum de ea reliquit. Tum Sigebertus in Chronic. etiam lupi Burdegalam ingressi, neminem metuentes, canes devoraverunt.

SACRA.

ROMANÆ Ecclesiæ in hujus, quod hic ponimus, temporis initiis adhuc præfuit Johannes, quem excepere † Benedictus & † Pelagius. Eo adhuc vivente, Johannes Patriarcha Constantinopolitanus de Trinitate consubstantiali quæstionem habuit, Photius in Biblioth.

* *Johannes* I. cognomento † *Mercurius*, * *Agapetus*, † *Silverius*, * *Vigilius*, † *Pelagius*, *Johannes* III cognomento * *Catelinus*. *Bonifacius*, cui Dioscorus oppositus erat, coacta *Romae Synodo*, Dioscori asseclas excommunicare voluit, Vigilium sibi successorem destinavit; sed opponentibus se Senatoribus, sententiam suam revocavit. Idem Michaeli Archangelo erectum in Hadriani mole templum dedicasse dicitur. Sub *Johanne* vasa quondam a Tito Hierosolymitanis erepta, jussu Justiniani Hierosolymam translata sunt, & Zamazarbus, Rex Iberorum, Constantinopoli baptizatus est. *Agapetus*, Constantinopolim a Theodahato, ut pacem componeret, missus, Anthimum Episcopum, haereticos deprehensum, convocata Synodo, Episcopatu dejecit, & Mennam substituit; Augusto verò indignanti, *putabam me ad Christianissimum Principem Justinianum venisse, nunc autem Diocletianum inveni*, respondit. *Silverius*, à Theodahato per vim ferè intrusus, à Belisario, jussu Augustae, quod Anthimum restituere nollet, exauctoratus * est. *Vigilius*, postquam Anthimi restitutionem promisisset, Pontificatum obtinuit, & cum fide fracta in indignationem Imperatoris incidisset, &, ne Sylverius iterum substitueretur, metueret, sibi à Belisario deditum, in Palmeriam insulam deportari jussit. Sub eo *festum Hypapantes* seu *purificationis Mariae* * institutum. In *tertia Aurelianensi Synodo*, ne à die Coenae Domini, per totum deinceps quatriduum Christiani sese Judaeis immiscere, aut urbem quoquo modo circumire liceret, sancitum. In celebratione Paschae apud Orientem erratum, apud

Baron. T. 7.

Procop. bell. Vandal. l. 1.

Cedrenus.

Niceph. l. 17. c. 19.

Anastas. in Agapeto.

Onuphr. in Vigilio.

Caranza in Sum. Concil.

apud Occidentem acerrimè disputatum. Cum verò doctrina Origenis de animabus ante corpora existentibus, & de fine suppliciorum in Palæstina recrudesceret, Origenes damnaretur, & Theodorus Cæsariensis Episcopus Theodorum Mopsvestenum, Nestorii præceptorem, Theodoretum, qui olim cum Nestorio senserat, & se XII Cyrilli capitulis opposuerat, & Ibam, qui Nestorii sententiam in epistolâ ad Marin Persam defenderat, damnandos esse statueret; quæstio de *tribus Capitulis* orta est, quæ Ecclesiam per *aliquot annos* exercuit. *Primo* ea Imperator ab Episcopis damnari voluit, & Vigilium Constantinopolim evocavit. *Altero* Vigilius, convocata *Constantinopoli Synodo*, personas primò cum doctrina damnandas censuit, mox silendum de illis esse, donec legitimum Concilium indiceretur, decrevit. *Tertio* Diaconi Romani, Vigilii inconstantiâ offensi, Capitula proposita damnari non posse, censuerunt. *Quarto* Vigilius, deseriæ veritatis suspectus, causam cur tacendum esset de illis Capitulis, promulgavit, & Diaconos suos excommunicavit. *Sequentibus duobus* Vigilius vim passus, Chalcedonem fugere coactus est. *Septimo*, *Concilium Constantinopoli* celebratum, in quo tria capitula damnata, Vigilius cum suis in exilium ejectus, nec prius restitutus est, quam condemnationi * subscripsisset. Tum etiam Judæi sacra Biblia non Ebraicè, sed multitaria lingua, ubi viverent, legere jussi sunt. *Pelagius*, ab Episcopo Ostiensi consecratus, se innocentem de morte Vigilii esse juravit, & Eutychianismi, quod trium articulorum condemnationi subscripsisset, suspectus, seipsum excu-

* *Evagr. l. 4. c. 30.*

excusavit. Sub eo *templum Sophiæ* Constantino-
poli restauratum * est. & masculorū concubitores
clerici severè puniti † sunt. Sub *Johanne* Justi-
nianus Christi humanam naturam impassibilem
credi voluit, & *Columbanus Presbyter* Pictos in re-
Beda lib. 3. ligione Christiana instituit, eosdemque Paschale
quartadecima luna ad vicesimam, contra morem
Romanorum, celebrare docuit. In Ecclesia Ori-
entali Justinianus nonnulla circà *Clerum, Lecto-
res, Diaconos, ἐμφανιστικά,* & *Psaltas* ordinavit.
Clerum, qui quadruplex, Imperatoris nempe, Im-
peratricis, Patriarchæ, sive Ecclesiæ, & Exocata-
Cedrenus. calorum, erat, & primitus in ædibus suis habita-
bat, tertia noctis vigilia ad eburneam palatii por-
tam conveniebat, per quam in Ecclesiam, vota
matutina Deo nuncupaturus intromittebatur, &
Novella 3. presbyteris sexaginta, diaconis viris centum, fe-
minis quadraginta, subdiaconis nonaginta, lecto-
ribus centum decem, psaltis viginti quinque &
ostiariis centum, constare voluit. *Lectorum* nu-
Novella ead. merum, cujus ordinis dignitas magna, & in eo sæ-
pe viri genere illustri, imò Imperatorio, antehac
magnum ad CIII. *Diaconorum*, τῶν κοινῶν nempe,
ad viros centum, feminas quadraginta, subdiaco-
nos nonaginta; *Psaltarum* ad XXIV, restrinxit.
Emphanistica, quæ clerici Constantinopoli in
Novella 56. clerum allecti, primitus in omnibus Ecclesiis
dabant, in sola magna dari con-
stituit.



CAPUT

Caput XIV.

DE

JUSTINO THRACE ET TIBERIO II.

Anni sunt 17. ad A. C. 565.

JUstinianum JUSTINUS Curopalates, seu prætorio præfectus, ejusdem ex sorore nepos, cujus item conjux Sophia Theodoræ Augustæ neptis erat, excepit. Res ab ipso gestæ *duobus periodis* includi possunt. In *prima*, quæ *ab initio usque ad ascitum in Collegam Tiberium* se extendit, Consulatum, populo flagitante, in Rempublicam reduxit, eidemque donativum more majorum distribuit. Turcarum, gentis tum ad Tanaim Eurum versus, legatis, ne Avares hostes infensissimos in amicitiam reciperet, petentibus, satisfecit. Avarum nuncios, pactum à Justiniano tributum exigentes, inanes remisit. Latas à Justiniano adversus illicita conjugia leges abrogavit, & dirimi matrimonia posse ex conjugum consensu voluit. Armenios & Iberos, à Persarum idololatria abhorrentes, in fidem recepit. Narsetem, à Romanis accusatum, quòd tetrior ipse Dominus, quàm Gothi, foret, exauthoravit. Insidiis petitus Justinum cognatum, supremum militiæ Magistrum, suspectum interfecit, eidemque Aetherium & Addæum Senatores adjecit. Bulgaros Thraciam infestantes per Tiberium trans Istrum removit. In Africa cum Mauris & in Asia cum Persis, invitato prius in societatem Aethiopum Rege Aretâ, bella gessit

Corippus l. 1. Justiniani.

[illegible] in [illegible].

Evagr. lib. 5. cap. 1.

Evagr. lib. 5. cap. 1.

de quibus suis locis dicemus. Injurias ad [illegible]-
Cedrenus. ventiam suam gliscentes, dato severo urbi præfecto, cujus opera potentiores coerciti, repressit: sed & Sophia Aug. æs alienum, à pauperioribus contractum, ære suo dissolvit. *Altera prosodia*, quæ ad *mortem*, quæ in XII Imperii annum [illegible] dit protenditur, nihil fere singulare habet; [illegible] tionem Justini, quam ad Tiberium, cùm [illegible]
Evagr. l. 5. ca. 17. chlamyde indueret, habuit, & tumultum Byzantinum, in quo Anatolius quidam, artium [illegible] rum compertus, à furente plebe in Amphitheatrum raptus, bestiis objectus, mox semilacer in crucem actus, ex eaque a lupis detractus voratusque est, & bellum Persicum, de quo suo loco, si excipias. In TIBERIO tria occurrunt; *Munificentia* nempe in pauperes, *Insidiæ*, & *B*[illegible]
Paulo Diac. l. 3. c. 5. Persas. *Munificentia* illa erat indefessa. Nam & tempore Justini eam exercuit, & increpante prodigalitatem Sophiâ Augustâ, non *defuturam sibi pecuniam, quoad ipse Christi [illegible] in cœlo thesauros colligeret* [illegible] *fectus*, respondit. Imò cùm sub tabula marmorea, cruce insignita, multa auri talenta defossa invenisset, & Narsetis opibus potiretur, bona [illegible] eorum partem inter pauperes distribuit. *Insidiis*
Ce[illegible]. Gr. Tu[illegible] n. lib. 5 ca. 10. bis appetitus est, semel ab illis, qui Justinianum, Justini nepoti, studebant, cùm ad Circi spectacula esset proditurus; quas ille flexo in templum gressu declinavit. Alterâ vice ab Augusta in ejusdem Justiniani gratiam. His detectis, Augustam thesauris, quos congesserat, spoliavit, novisque famulis ei attributis, honesta velut sub custodia habuit. Justinianum verò in gratiam anteà

antea receptum, militari præfectura dejecit. De bello Persico, vide historiam Persarum. Imperavit annos ferè IV.

CONTEMPORANEA.

CHINENSES potentiam Cosrhois metuentes, & fortunæ ipsius invidi, bello quidem eum lacessivisse, & in Usbekensi regno Kalcham, Malcpham, Bocharam & Samarcandam cepisse creduntur, sed à Cosrhoë tàm masculè excepti sunt, ut omnibus derelictis, turpi fuga Orientem suum repetere coacti fuerint. ASIATICA Schickard. p. 148 ex Teixeira.

Apud PERSAS gessit *triplex bellum* Cosrhoes. *Unum* contra Chinenses, de quo nunc diximus. *Alterum* contrà Justinum. Retentæ quingentæ auri libræ pro stipendio Persæ dari solitæ, armatus in eundem Aretas Aethiopum Rex, & recepti in fidem majoris Armeniæ incolæ, in causa. Res varia fortuna gestæ sunt. *Primo* namque *anno* Cosrhoes in Armeniam irruit. Dux Justini, Martianus, victis acri prælio Persis, Nisibin obsedit. Justinus, cùm Nisiben pro capta haberet nec Gregorii Antiocheni literis, vires Persarum referentibus fidem daret, & Martiani Acacium sui ingenii Ducem substitueret; ut exercitus se invito obsidionem solveret, & castris desertis dilaberetur, effecit. *Altero* Cosrhoes, irruptione in fines Imperii facta, Apameæ muros, vetustate collapsos destruxit, & Daras, quinque mensium obsidione pressas, ipsius præfecti proditione cepit. *Tertio* Artabanus Dux Heracleam diripuit & incendit, Antiochiæ Paul. Diacon. l. 16. Hist. Misc. Evagr. lib. 5. c. 7. 10. 11. 13.

Septentrionali Ispahan, Kom, Adiarbigan & Armenia, Occiduo Babylonia & Irach, obvenire dixisse multos Philosophorum etiam Indicorum libros, (inter quos *Kelilah, & Demana*) in Persicum idioma transferri curasse, & Scachicum ludum ab inventoribus Indis, primum accepisse.

In ARABIA FELICE fuere post *Harithum* Hamdanidi F. & *Abrahah Alsalahi* F. *Shaban*, *Du Shanater*, *Du Jadan* & *Zora Dunuas*, & ex Abyssinis, *Aryath*, *Abrahah Alashram*, & post eum, *Masruk* Abrahæ F. *Shaban* in bello contra Madraitas cecidit. Huic ei *Ebn Dahlan*, cui penetrantissimus ille Amri Ebn Maadi Cerbi gladius, *Samsama* dictus, erat. *Du Shanater*, cognomento *Lachtsaal*, pueros nobiles, & puellas regiæ stirpis turpi cum dehonestaret libidine, a successore suo, quem muliebri patientiæ subjicere voluit, in penetrali obtruncatus est. *Du Jadan* i. e. voce amœna præditus, ultimus a quibusdam Hamyarensium Regum putatur, Ahmed Ebn Yosef contradicente. *Zara Dunuas* seu *Du Nowas*, a cincinnis a tergo pendulis ita dictus, *Joseph* alias, & *Dominus foveæ*, quod omnes Judaismum profiteri recusantes in foveam ignis accensam conjiceret, & Christianos persequeretur. Motum ideò illi ab Abyssinis bellum, Duce Arbate, quo victo, & regno subjugato, pervenit imperium ad Aethiopes, quorum primus *Arbata*, seu, ut alii vocant, *Aryath* à successore per invidiam obtruncatus est. *Abrahah Alashram* a cicatrice vulneris, in facie inflicti, ita denominatus est, nec non *Dominus Elephantis*, de qua re fabellam apud Pekockium

Pekock. Specim. Histor. Arab. p. 63.

um vide. De *Jacsum* & *Masruco* nihil habetur. Post hoc redit regnum ad Hemyarenses, sed interfecto *Saif Ebn Di Yazan*, qui auxiliis Regis Persarum Aethiopes expulerat, & Maadi Carba ab Abyssinis Præfecti a Rege Persarum imponebantur, ad *Bazanum* usque, quo nomen Muhamede dante devoluta ad Muhamedanos Yaman, cujus tamen partem *Shar* Bazani F. a Muhamede accepit.

AFRICANA *Gerunden.* In AFRICA *Ismael*, Maurorum ad extrema Africæ pulsorum Rex, Justino rebellis, postquam præfectum Africæ prælio vicisset & occidisset, a Gennadio, Magistro militum, bello petitus, & regnum & vitam amisit.

VANDALORUM ibidem regno finem impositum diximus.

EUROPÆA In GERMANIA apud BAVAROS mortuo pòst subactas eis Padum urbes Theodovaldo Bojoaria inter *Thassilonem* ipsius F. & *Theodebertum* divisa est. Ille eam partem, quæ ab Oeno ad Lycum, inde ad Francos veteres Bohemiamque pertingitur, accepit. *Aventin. l. 3.* Huic reliquam trans Oenum Baenta, inde usque ad Hunnos, Venetos, & Italiam, obvenit. Pacem cùm Longobardis habuêre. Thassilo verò Vultenburgium ad Danubium eo in loco condidit, quo olim Artobriga, colonia Romanorum, fuerat. Dicitur ibidem filius ipsius ab apro percussus interiisse. Ibidem Saxones ex Italia, ubi Longobardis subditi esse nolebant, reduces, *Paul. Warnefrid. l. 3. Longobar.* Suecos pepulere, pòst ab iisdem victi, in germaniam rediere, & regiones illas circà Saxoburgum incoluere.

In

In HISPANIA successit apud SVEVOS Theodomiro, *Mirus* seu Ariomirus F., & intra hoc tempus * bellum in Gallæcia Vasconibus intulit, eosdemque vicit. Ibidem apud GOTHOS excepit Athanagildum *Luiba* [illegible] * *Leuvigildus* frater. *Ille* hoc solo memoratur, quòd secundo regni anno fratrem, exæquata potestate, [illegible] regni fecerit, eidemque omnia præter [illegible] cam Galliam tradiderit. *Hic* dignum se imperio præstitit. Nam ductâ Gosvindâ, Athanagildi viduâ, Romanos in Bastitanis prælio vicit. Malacæ agrum ferro vastavit, Assidoniam ad fretum noctu cepit. Cordubam * ad officium revocavit & compositis pòst mortem fratris Belicæ rebus, in Cantabriam belli impetum vertit, & Amajam civitatem Burgos inter & Legionem sitam expugnavit, reliquam verò Cantabriam vastavit. Nec obliviscendum est Ricopoleos civitatis, quam in Celtiberia * condidit; Aspendii, in Aquitania Seniorum (dignitatis nomen est) imperium detrectantis, quem in suam potestatem redegit; Hermenegildi filii, cui Sigeberti Franciæ R. filiam Ingundam in uxorem [illegible] dedit, & partem provinciæ tribuit. Suevorum quoque fines ita vastavit, ut Miro pacem peteret, [illegible] duntaxat obtineret, juris denique in eligendo rege suffragii, quod ut antiquaret, Hermenegildum & Reccaredum filios consortes imperii fecit. Illi Hispali, huic ad Tagi & Gvadiolæ confluentes propè [illegible] res commisit, ipse Toletanas curavit.

In ITALIA initium Italiæ per Justinianum restaurationis, in divisionis & mutationis inemendabilis initium conversum est. Narsetis ex Italia

Con-

Constantinopolin, ad Senatus Rom. instantiam contumeliosa nec sine periculo revocatio in causa, quam *Longini*, qui primus inter illos Ravennæ præsides, qui imperatoris nomine ibi jus reddebant, & bella administrabant, & propterea *Exarchi* dicebantur missio subsecuta est. Narses quippe, odio & metu exagitatus; Longobardos, quorum conductitia opera contra Gothos usus erat, in Italiam spe regni ibidem constituendi evocavit, & per eos eam telam orsus est, quam revera nec Sophia, quæ Narsen tanquam Eunuchum ad dividenda in Gyneceo pensa vocaverat, nec maritus ejus Justinus detexere poterant. Scilicet *Alboinus*, Longobardorum Rex, Saxonibus in societatem adscitis, & sedibus suis Hunnis & Avaris cum conditione traditis, in Italiam venit, primò Vincentiam & Veronam, mox, deditionem suadente Episcopo, Mediolanum, tandem Ticinum post triennii obsidionem cepit, & regnum intra Alpes, mare Ligusticum, & Apenninum erexit. Ei, dolore Rosimundæ conjugis ex cranio patris sui Cunimundi Regis Gepidarum, ab Alboino occisi, bibere coactæ ab Helmechilde vel Peredio quodam interfecto successit *Clephis*, qui etsi XVIII menses tantùm regnavit, tamen forum Cornelii ab arce, quâ contra Ravennates illud munivit, *Imola* deinceps dictum, suum fecit. Post hæc fuit interregnum, & Aristocratia XXX Ducum, quæ tamen ultra decennium non duravit, sed per discordiam eorum rediit regius dominatus, sub XX ordine personis. Quæ contra Gallos egere, in Gallicis dicentur, hoc tamen addi potest, *Arichen* Longobardorum Ducem

VVarnefrid de gestis Lōgobard. l. 2. ad cap. 31.

VVarnefrid l. 2. c. 31. 32.

Ducem præcipuum, Bergamum occupasse, & sibi totis L annis retinuisse. Quantum ad EXARCHATUM, Longini nulla virtus memoratur: raptus autem virginum & matronarum, scelestum quoque γυναικοιερῶν ministerium accusatur. Idem Rosimundam cùm Helmichi excepit: ubi illa, suasu Longini, huic poculum venenatum obtulit, hic fraude animadversa, illam reliquum bibere coëgit. Sic meritas pœnas exsolvere; Albsvinda autem filia cùm Peredeo Constantinopolin missa est, ubi ille exoculatus dicitur.

In BRITANNIA victus est *Ethelbertus* Cantiorum Rex, a *Ceaulino* Westsaxonum Rege. Ibidem ORIENTALIUM ANGLORUM regnum ab * *Uffa*, cui *Titilus* successit; MERCIÆ verò a * *Crida* fundatum est. *Illud*, Huntingdoniam, Rutlandiam, Lincolniam, Northamptoniam, Licestriam, Darbiam, Nottingamiam, Oxonium, Cestriam, Salopiam, Glocestriam, Worcestriam, Staffordiam, Warvicum, Budingamiam, Bedfordiam, Hartfordiam; *hoc* Suffolciam, Nortfolciam, Cantabrigiam, & Elensem provincias complectebatur. *Speed. in Historia Anglica.*

In GALLIA *quadruplex bellum* occurrit, *Hunnicum* nempe, *Longobardicum*, *Saxonicum*, & *civile*. *Primo* fratrum de hæreditate altercatio occasionem dedit, forte & ignominiam sub Merovæo acceptam armis Hunni vendicare volebant. (*mirum certe quantum dolorem afferat ingenuis animis populis accepta semel calamitatis infamia.*) In eo Thuringia, Franciæ ditionis provincia, ab Hunnis vastata. Sagebertus ad Albim *Gregor. Turonen. l. 4 c. 23.* *Aimoin. l. 3 c. 6.*

cum

ditione, ad invadendas Guntrani terras missus Brunechildis, Sigeberti viduæ, Rothomagum relegatæ, amore irretitus, eam in uxorem duxit; & ideò à patre in custodiam missus, mox elapsus receptusque, instinctu Novercæ interfectus † est. Regnum itaque penes *Chilpericum* mansit.

In SCOTIA excepit Congallum † *[illegible]* Fr. & hunc * *Aidanus* Gorani Filius. De [illegible] occurrit, sunt etiam qui, eo omisso, Aidanum Congallo subjiciunt. *Iste* regia a Columbano, maximè tum autoritatis viro, insignia accepit, latrones in Gallovidia, ducibus ipsorum suppliciis affectis, compescuit; & bellum cùm Pictis, quòd seditiosos, qui regios ministros, eos in jus vocantes pulsassent, ex fœdere tradere nollent, gessit, quod tamen brevi Columbani auctoritate extinctum est.

Ex *Doctis* floruère *Gildas Anglus*, qui sui temporis historiam scripsit *Venantius Fortunatus*, *Duplabilis* dictus, qui gesta Sanctorum cùm prosa tùm carmine edidit: *Baudonovia*, Radegundis alumna, quæ librum de ea reliquit. Tum etiam *lupi* Burdegalam ingressi, † neminem metuentes, canes devoraverunt. [illegible] *in Chronic.*

SACRA.

ROMANÆ Ecclesiæ in hujus, quod hic ponimus, temporis initiis adhuc præfuit *Johannes*, quem excepere † *Benedictus* & † *Pelagius*. Eo adhuc vivente, Johannes Patriarcha Constantinopolitanus de Trinitate consubstantiali quæstionem habuit, *Photius in Biblioth.*

habuit, quam Philoponus Ethnicus refutavit. Theodomirus, Rex Suevorum, *Concilium Lucense* in Gallæcia celebravit, in quo limites Ecclesiæ Lucensis sunt circumscripti, & de novæ Metropolitanæ Ecclesiæ in Gallicia institutione, quæ tamen Braccarensi subesset, actum est. In Gallia *Turonensis Synodus*, ut Corpus Domini in altari sub crucis titulo poneretur, nullus clericorum vel laicorum præter Episcopum epistolia facere præsumeret, ut Episcopus conjugem ut sororem haberet; & ita sancta gubernatione domum omnem tàm Ecclesiasticam quam propriam gubernaret, ut nulla de eo suspicio oriri posset: & nonnulla alia, instituit. Felix Episcopus Biturricensis elegans vas turris instar, ad servandam Eucharistiam paravit. Episcopi in Italia vasa aurea & argentea in usum pauperum conflaverunt. Donatus, Africâ relictâ, primus in Hispaniam monachatum introduxit, sub eo Beneficio seu Bonoso, qui undecimo demum sub rogatus est, Miro *concilium Bracarense* in Hispania, in quo quædam capitula sancita sunt, celebravit. In Bavaria primum monasterium Weltenburck ædificatum est. Quidam Galliæ Episcopi loricati galeatique, quod pro monstro habitum, in acie stetere. De Paschate celebrando inter Hispanos & Gallos certatum, quòd terminus Paschalis in decimum tertium Aprilis, seu Iduum primam (unde sequabatur, Pascha in sequentem Dominicam seu 25. April. differendum) incideret. Francos XIV Calendas Maji rectiùs quàm Hispanos XII Calend Aprilis celebrasse, ex eo claruisse, Sigebertus scribit; quòd fontes in Hispa-

Venantius in Epigram.

Paul. Diacon. l. 18. Vasæus. Baron. T. 7.

Aventin. Turonens. l. 4. c. 7.

Sigebertus ad An. 573.

Hispania, qui in Paschæ sabbatho ad baptizandum sponte repleri solent, non in Hispanorum, sed Francorum Paschate repleti fuerint. *Pelagius II*, qui consensum Imperatoris, quod Roma à Longobardis obsessa fuisset, petere non potuit, ut Subdiaconi vel uxores à se separarent, vel sacerdotiorum possessione cederent, constituit, & quotidianam sacramentorum præfationem ad Missas, novem tantummodò præfationibus, secundum antiquum Romanorum ordinem esse commutandam, decrevit. Sub eo in *Toletana Arrianorum Synodo* ut, qui ex Catholicis ad Arrianos deficiunt, manuum tantum impositione, absque ullo baptismo, in communionem, cùm hac verborum formula, *si dent gloriam Patri per Filium in Spiritu Sancto*, recipiantur, decretum est. Chilpericus, Prætextati Episcopi Rothomagensis, qui partes Merovæi rebellantis foverat, causam judicaturus, Synodum Episcoporum convocavit, in qua Turonensis ad Regem dixit:

Polyd. Virgil. l. 5. c. 4. de inventor.

Sigebert. in Chronico.

Gerund.

Si quis de nobis, ô Rex justitiæ tramitem transcendere voluerit, a te corrigi potest.





Xx CAPUT

CAPUT XV.

DE MAURITIO.

Anni sunt 20. ad A. C. 603.

TIberium, MAURITIUS, gente Cappadox, ejus per filiam Constantinam gener, vir strenuus, gravis, & ingeniosus excepit. Res ejus ad *tria bella*, *Persicum* nempe, *Avaricum*, & *Sclavinicum*, & *tragicum exitum* referri possunt. De *Persico* in Persicis agemus. Cum *Avaris* continuò ferè bellatum est. *Primo decennio* Chaganus Sirmium, insignem Pannoniæ urbem, subegit, & a Mauritio annui stipendii quartâ parte augmentum cum Elephante extorsit. Cum vero plura peteret, & Mauritius exercitum opponeret, ipse quidem recessit; sed Sclavini, ut pòst dicemus, in Romanos concitati, fines eorum populati sunt. *Altero decennio sextuplex* ejus notatur *expeditio*. *Prima* in Thraciam, in quâ nihil singulare tentatum. Mauritius contra Chaganum profectus, postquam Septimio urbe sub initium Eclipsis Solaris egressus, summum ab apro in venatione, à naufragio in mari, periculum effugisset, nulla re tentatâ, domum rediit. *Altera* in Pannoniam, in qua Chaganum, vicina Sirmii vastantem, Priscus Dux vicit. Chaganus Anchialem invadit, &, occasione capta, Priscum obsedit. Mauritius, fictis ad Priscum literis, ut Zorolum constanter tueretur, quoniam classis ad eos populandos à se esset emissa, Chaganū ad sua redire coegit. *Tertia* in Dalmatiam, quod Priscus Sigidunum repeteret,

Evagr. lib. 5. c. 19. & lib. 6. & c. 1. 2.

Paul. Diacon. lib. 18.

Zonar. T. 3.

Gregor. Cedren.

in quâ Chaganus XL civitates depopulatus est. Priscus Chaganum ex insidiis aggressus, præda omni exuit. *Quarta* in Mæsiam, ubi Pascha in induciis egerunt, & exercitus Romanus à Chagano commeatum accepit, pòst præliis aliquot, deteriore Romanorum fortuna, concursum est. *Quinta* in Thraciam, quâ adeò territus est Mauritius, ut de deferenda Constantinopoli cogitaret. Pax igitur, promissis LM aureorum annuis, facta est; sed Chaganus XIIM captivos (cum Mauritius legionibus succenseret, quod stipendii partes aliquas armis ac veste sibi persolvi abnuerent; Commentioli Ducis artibus effecit, ut proderentur) quorum singulos dimidio nummo Mauritius redimere noluit, interfecit. *Sextæ* occasionem Commentiolus, quod se cum Prisco contra fœdus datum conjunxisset, dedit. In ea trajecto ratibus Danubio, XIIM Avarum occisa, filii Chagani in Istro submersi sunt. Sed captivos Mauritius, quod contra fœdus id putaret factum, reddidit. *Sclavinico* Sclavinorum ad longinquum usque murum excursiones causam dedere. Commentiolus ipsos captivis & præda omni exuit; Priscus magna edita strage, ex Thracia ejecit, & trajecto Istro, plurimam ex ipsorum † regionibus prædam cepit. Quantum ad *tristem Mauritii exitum*, milites, super accepta in quinta Chagani expeditione clade, litem Commentiolo intendebant: Sed cum non modo Recuperatores, ejus gratia ad Imperatorem missos, Judicatis ac Phocæ Centurioni liberius agenti colaphum infractum, & barbam evulsam esse, perciperent: sed etiam Petrum, in locum Commentioli missum, in ea eos

gerentur. At *Romanos* infeliciter nimis oppugnare pergebat. *Philippicus* enim Mauritii per sororem affinis, non tantum, factâ in Mediam irruptione, oppida multa vastavit, & egregia præda auctus Constantinopolim rediit: sed etiam Persas aliquot præliis ita fudit, ut VM captivorum haberet. *Germanus* à seditiosis militibus in locum Prisci, quem ob insolentiam Edictam fugarant, in Ducem electus, in fines se Romanorum hac occasione inferentes, ita excepit, ut ne unus quidem in Persiam reverteretur. *Philippicus*, postquam exercitus a Mauritio in gratiam receptus esset, redux ad Martyropolin, a Sitta Decurione Persis † proditam, hærens, eosdem commeatum importare conatos, * vicit. *Commentiolus* Thrax, ad Martyropolin fusis, & Ducibus occisis ingentium calamitatum occasionem præbuit. Hormisdas enim Bahramo Duci (Baram alii vocant) velut ignavo, muliebrem stolam misit. Baram exercitum contra Regem ita concitavit, ut in ejus depositionem conjurarent. Bindoes illustrium unus, opera fratris Balæ ex carcere elapsus, catenas Hormisdæ injecit. Cæteri, uxore & filio interfectis, *Cosroem* F. Patri invisum, Regem constituêre. Nec hic malorum terminus. Cum enim Cosroes patrem, primo benignissimè habitu, post quod ejus maledictis laceraretur, fustibus occidi jussisset, & favoris erga Bahramum suspectos, e medio sustulisset, bello petitus, & equi arbitrio in fines Græcorū deportatus, Constantinopolim fugit, nec citius rediit, quam per Narsetem, Mauritii Ducem, fuso ingenti prælio Persis (6000 captivorum erant) restitueretur. In eo prælio fuere Turci, quorum super- *Paul. Diacon. l. 17.*

supercilia in crucis formam composita, atramento-toque fuisse illita, narrant, quod eo insigni, ex Christiani cujusdam persuasione suscepto, iam eam diram effugissent. Contra filiam Mauritii Mariam in uxorem duxit,& Christianismum amplexus est.

AFRICA-NA. De AFRICA nihil fere occurrit.

EVROPÆA. In GERMANIA apud BAVAROS Th[illegible] Venetos, sibi ab Oriente conterminos, a Childeberto Franco stimulatus, invasit, & sibi subjecit: cum vero illi iterum descivissent, & hic iterum irrupisset, interveniente Duce Venetorum

Aventin.l.3. (Avarorum potius) Chagano, totum exercitum amisit, ut ne nuncius quidem cladis superesset. Excepit eum *Garsovalda* F. Gelæ, Romildæ & Sigulphi filiæ, maritus; qui à Venetis in Agunto superatus, eosdem præda onustos & abire contendentes fudit, & Norico exterminavit.

Pasius. In HISPANIA desiit SVEVORUM regnum. Miro namque ad Hispalin mortuo, successit *Eboricus* F. Hoc capto & in cœnobium detruso, *Audeca* † regnum, ductâ in uxorem Siseguntia Mironis viduâ, occupavit. Andecanem capto, *Leovigildus* tonsum monasterio inclusit, & Malerici motibus compressis, qui favore Principum regnum aucupabatur, regnum Galliciæ, quod Suevi per CLXXVI annos tenebant, suo adjecit.

Apud GOTHOS duo *Leovigildus* egit. *Unum* est, quod *Hermenegildum* F. ab *Ingunde*, Sigeberti Mediomatricum Regis, filia, conjuge, operâ Leandri Hispalensis Episcopi, in partes Catho-

Mariana l. 5.c.12. licorum traductum, oppugnavit; Hispali ac Ossato expugnatis, cepit, & detractis regiis insignibus, carceri inclusum, revinctis ad cervicem ma-nibus,

ribus, cum sacra ab Episcopo Arriano accipere nollet, capite truncari jussit. Ingundis, cum filiolo in fuga ad Pyrenæos montes à Mauritii præfecto capta, & in Siciliam missa mœrore animi extincta est. *Alterum* est, quod in Suevica Historia recensuimus. Moriturus Reccaredum F. ut Catholicos revocatos cum Arrianis de doctrinæ veritate disceptantes audiret & dijudicaret, monuit. Successit ei *Reccaredus* *, quem intra hoc tempus excepit *Luiba* seu † *Leiva*. In *Reccaredo* tria occurrunt. *Primum*, bellum cum Guntranno Franco, cujus causa Ingundis, ob religionem susceptum, à Gosvinda socru, quæ eam semel capillis arreptam ad terram prostraverat, dein in piscinam conjecerat, male habita. In eo Franci Narbonam, Nemausum, & alia oppida frustraneo conatu petiere. Reccaredus in Provinciam impetum fecit, pax tandem facta, & Rex Catholicam religionem * amplexus (hinc *Catholicus dictus*) Clodosindam, alteram Childeberti Austrasiæ Regis sororem, † in uxorem duxit. *Alterum* est, Athaloci in Gallia Narbonensi Episcopi, Granistæ, & Bildigerni Comitis, sub specie religionis Arrianæ tuendæ, rebellio, quæ illo defuncto, his victis, & interfectis, sopita est. *Tertium*, triplex *conjuratio*: quarum *prima* auspiciis Sunnæ, Episcopi Arriani, cæpta, a Witherico, per quem parabatur, gladium evaginare non valente, detecta est: *altera*, quam Gosvinda Regina, quæ in privigni gratiam Catholicismum simulabat, & sacrum epulum de manu sacerdotis sumptum spuere solebat, machinata est, pari modo evanuit. Propter *tertiam*, Argimundus Cubicularius, decalvatus, (erat hoc amissæ nobilitatis insigne;

Isidor.

Aimoin. l. 4.

Warnefrid l. 3. c. 21.

Marian. l. 5. c. 14.

Nobiles enim à plebe promiscua cæsarie distinguebantur) adhæc præcisa manu, asino impositus, per Toleti plateas traductus, tandem capite plexus est. De *Luiba* nil occurrit. *Leovigildus* primus Gothorum Regum veste à populo discreta usus est; primusque regia insignia, atque instrumentum principale, trabeam, sceptrum, diadema gestavit. *Reccaredus* primus *nomen Flavii* sibi imposuit. In ejus historia fit mentio *Comitum* & *Ducum*, quæ magistratus temporarii nomina: ad hos quia jus cudendæ in stipendium militare pecuniæ spectabat, factum ut aureus nummus *Ducatus* diceretur.

VVarnefrid l. 3. Longobard. Histor. à cap. 3. ad finem.

In ITALIA LONGOBARDI postquam non ex voto facta tribus exercitibus in Gallias irruptio, cessisset, & à Gallis in Italia impeteretur, Aristocratiæ pertæsi *Antharis* Clephi F. Regem creaverunt, eidemque & Flavii *nomen* imposuerunt, & partem thesaurorum a XXX Ducibus congestorum, tradiderunt: Regnavit annos quinque & menses sex. *Primo anno* Childebertus Francus, donis Mauritii inductus, in Italiam irrupit, & muneribus placatus est. *Secundo* Childeberti exercitus, quem iterum in Italiam ducebat, per Francorum & Alemannorum diffidia, infecta re, rediit. Antharit vero amicos sibi Francos reddere volens, Childeberti sororem per legatos in uxorem, sed frustra, petiit. Eodem Brexilla, civitas ad padum, capta; Histria per Evinem Tridentinum Ducem subjecta; & insula Amacina, dedente eam Francione Militum sub Narsete magistro, occupata. *Tertio* Childebertus in Italiam rediit, sed cum damno

rece-

recedere coactus est. *Quarto Theudelindam*, Garimaldi seu Garivaldæ Bavari filiam, Antharis in Conjugem duxit. *Quinto* Franci, irruptione in gratiam Mauritii facta, plurima circa Veronam & Placentiam castella ceperunt. Sed cum exercitus, Imperatoris non compareret dysenteriæ morbo correpti, domum redire coacti sunt. *Sexto* dicitur Antharis Apuliam ad Rhegium usque percurrisse & columnam quandam in mari sitam cuspide hastæ tetigisse Francos eum de pace sollicitasse, certum est. Mortuo suffecta est uxor *Theudelinda*, quæ *Agilulfum*, Ducem Taurinensium, prout puer aruspex prædixerat, in thorum & regnum admisit. Hic intra hoc tempus Romaniolam & * Thusciam vastavit, multosque captivos abduxit. Pacem à Gallis per Evinum, captivos per Agnellum Episcopum, impetravit † Ducem Bergamensem & alios sibi rebelles coercuit. Urbes Longobardorum, fraude Romani, Patricii & Exarchi occupatas, * recepit; & Urbi Romæ minatus est: Cum qua tamen, interponente se Theudelinda, pacem fecit, postquam per Ducem Beneventanum Crotonem cepisset. Chagano artifices ad faciendas naves transmisit, & Patavium Civitatem, quod hactenus Longobardis restiterat, † exussit. Circa hoc tempus Chaganus Venetorum fines invasit, & Gisulpho cum exercitu cæso, castrum Forojulianum, prodente id sub conjugii pacto occisi conjuge Romilda, igne consumsit. Romilda palo perforata, & in campo erecta, dignam proditionis mercedem accepit; filiæ verò, ut pudicitiam tuerentur, pullo-

VVarnefrid l. 3. c. 33.

Idem l. eod. c. 1. & 31.

VVarnefrid l. 4. à c. 1. ad 37.

rum carnes mamillis subſtratas putreſcecerunt, eoque fætore milites abegerunt. In EXARCHATU ſucceſſivè poſt Longinum fuere †, *Smaragdus*, qui aptus ad pellendos Longobardos videbatur *, *Romanus Patricius*, qui Perusium & alia Longobardorum loca intercepit, & amiſit. *Callinicus* †, qui filiam Agilulfi cum marito * intercepit, & Ravennam deduxit, ſicque pacem rupit.

In BRITANNIA præfuit adhuc CANTIO *Ethelbertus*; AUSTRALIBUS Saxonibus poſt Ciſſam † *Ethelwolfus*; OCCIDENTALIBUS, poſt Cheaulinum, *Cearlicus* *, Cuthwolfi F. & poſt hunc *Chelwolfus* † Kenrici nepos; ORIENTALIBUS, poſt Erchenwinum, *Sledda* * & † [illegible] F. NORTHUMBRIS, poſt Ellam, *Edel*[illegible] Idæ F. & *Athelfridus* † Edelricæ F. de quo [illegible] Scoticis; MERCIIS *Wibba* *, Cridæ F. Orientalibus ANGLIS poſt Tityllum † *Reddwaldus* F.

Gregor. l. 5. c. 40. l. 6. c. 24. Aimoin. l. 3. c. 61. In GALLIA *Chilpericus*, Rex Franciæ, Fredegundis uxoris, cujus impudicitiam forte per jocum detexerat dolos, & Landerici, Equitum Magiſtri, adulteri, conſilio cæſus eſt. *Clotarius II.* F. quatuor menſium, ſucceſſore relicto. *Guntranus*, Aureliorũ & Burgundiæ Rex, evitatis Fredegundæ inſidiis, rebus pupilli bene firmatis, Gondevaldũ qui a longo jam tempore magni Clotarii ſe jactabat filiũ, e monaſterio elapſum, Childeberti & aliorum ſocietati innixum, poſtquam Childeberto hærede ſuo inſtituto, eundẽ ab illius partibus abduxiſſet, a ſuis proditum mori juſſit, & Epiſcopos ipſius aſſeclas ab officio removit. *Childebertus*, Rex Metenſium (de cujus contra Longobardos expeditionibus in horum Hiſtoria egimus) mortuo Guntranno, ſpecie vindictæ de Fridegunde ſa-

firmendæ, revera, ut regno infantis potiretur, Franciam † ingressus; a Clotarii exercitu, quem Fredegundis frequenti infantis ostentatione animabat, ita cæsus est, XXXM hominum amitteret, ipse vix fuga incolumis, brevi fato * fungeretur. Theodebertus & Theodericus successores & filii (quorum ille Austrasiam, hic regnum Guntrani obtinuit) ignominiam Patris ex consilio Brunechildis aviæ ulcisci volentes, ita fusi sunt, ut Aurantii fluvii cursus, ad cujus ripam pugnatum est, mortuorum cadaveribus impeditus fuerit. Quæ de inventis a Guntranno thesauris dicuntur, vide apud Serranum.

In SCOTIA gessit *duplex* cum Pictis, & Ethelfredo Northumbriæ Rege, *bellum Aidanus*. *Primi* causa Picti, qui prædas ex agro Scotico abigebant. In eo Aidanus, auxiliis Malgonis Britonis firmatus, Ceaulinum, Pictis in subsidium venientem, in fugam conjecit; mox Socii Reges junctis viribus Scotos profligavere; in prælio Ethelfridus oculum amisit. Hinc Aidanus, Cumbria & Northumbriâ vastatis, Saxones repetito prælio vicit; victoriam Columbanus eadem hora in Jona insula suis sodalibus renunciavit. *Alterum* infeliciter Aidano cessit. Amisit tamen & Ethelfredus cum aliquot cohortibus Theobaldum fratrem. *Buchanan. H. Scotica l. 5.*

Intra hoc etiam tempus arborum in Gallia frondes, inundatione & frigore impeditæ, in Septembri demum floruerunt. Pestis Gallias atrocissime afflixit. Antiochia divinitus immisso *terræ motu* corruit, & ad LXM hominum periere; Una calamitas defuit, quod ignibus ubique erum- *VARIA.* *Sigebert in Chronic.*

Paul. Diacon. l. 18.

erumpentibus, nullum exortum fuerit incendium. Italiam ingens *diluvium* afflixit. Tiberis ita intumuit, ut aquæ super urbis Romæ muros influerent: per alveum fluminis draco miræ magnitudinis, in modum validæ trabis, cum magna serpentum multitudine, per urbem transiens, usque ad mare descendit. Athesis ita increvit, ut circa S. Zenonis Basilicam, quæ extra urbis muros sita est, usque ad superiores fenestras aquæ pertingerent. Hinc *pestis inguinaria* qua tabidi sternutando repente mortui concidebant, subsecuta est; quæ in Galliam per nautas translata, magnam stragem * edidit. Ideo Gunthetramnus Rex subditis jejunium indixit, nihilque edulii

Sigebert. in Chronic.

præter panem hordeaceum permisit. Ibidem quidam ligna in Sylva cædens, adeò a muscis infestatis est, ut per biennium amens fieret. Romæ aliquot templa & ædificia a *ventis* dejecta fuit. Constantinopoli *puer quadrupes* & alter, duos vertices habens, natus est. In Nilo *pisces in forma hominis* apparuerunt, masculus unus, alter fæmella. Ab hominibus per Deum adjurati, a mane usque ad nonam se videndos præbuere, ut Sigebertus scribit.

Sigebert. in Chron. ad A. 60.

SACRA.

ROMANÆ Ecclesiæ præfuit adhuc *Pelagius II.* cui, peste grassante mortuo, *Gregorius*, qui antehac miles, mox Pontificis Constantinopoli Apocrisiarius, dein urbis Præfectus * substitutus est. *Illo* adhuc sedente in *Synodo Matisconensi prima*, jussu Guteramni indicta, ne clericus Sagum aut calceamenta secularia induat, ab-

Joan-

Judæi judices aut telonarii Christianorum esse permittantur; ne iidem tempore Paschatis in plateis obambulent; & ut à Festo S. Martini, usque ad Natalem Domini, secunda, quarta & sexta sabbathi jejunetur, statutum in *Lugdunensi*; ne leprosi vagentur, sed à cujusque loci Episcopo alantur, sancitum: in *Matisconensi secunda*, ut dies Dominicas, & festum Paschatos, omnes celebretur; omnibus diebus Dominicis oblatio altaris, panis & vini, ab omnibus viris & mulieribus fiat, Episcopales domus canes non habeant; Seculares clericis honorem exhibeant, decretum est. In *Toletana*, a Reccaredo convocata, ut Sacrarum Scripturarum lectio sacerdotalibus conviviis misceatur, ne clerici clericos ad judicia pertrahant, ne pœnitentia facile concedatur, injunctum. Tum etiam Monachi, derelicto *cœnobio Casinensi*, a Longobardis direpto, Romæ cœnobium inchoarunt. Pelagius Episcopos Istriæ, qui in damnationem trium capitulorum non consentiebant, frustra ad sui communionem revocare voluit. Ravennatensi Episcopo communicare ab Exarcho vi adactos, reduces, nec plebs nec reliqui Episcopi recipere voluerunt. *Gregorius*, sæviente inguinaria peste Litaniam Septiformem, a septem cœtibus, litanias suas in urbe canentibus, dictam, pestis avertendæ gratiâ, instituit. Tunica Christi inconsutilis in urbe Zaphat in arca marmorea inventa est. Gregorius Antiphonarium confecit; Kyrieleison semper ad Missas cantare, Alleluja extra tempus quadragesimæ duntaxat, præcepit; & Orationem Dominicam post Canonem addi voluit. Idem Syno-

Chron. Casin.

Diacon. l. 3. Lib. 6. de gest. Longob. c. 27.

Sigebert. in Chronico.

Greg. l. 7. Ep. 24.

Paul. Diacon. l. 18. erumpentibus, nullum exortum fuerit incendium. Italiam ingens *diluvium* afflixit. Tiberis ita intumuit, ut aquæ super urbis Romæ muros influerent: per alveum fluminis draco miræ magnitudinis, in modum validæ trabis, cum magna serpentum multitudine, per urbem transiens, usque ad mare descendit. Athesis ita intumuit, ut circa S. Zenonis Basilicam, quæ extra urbis muros sita est, usque ad superiores fenestras aquæ pertingerent. Hinc *pestis inguinaria* qua tacti sternutando repente mortui concidebant, subsecuta est; quæ in Galliam per nautas translata, magnam stragem * edidit. Ideo Gunthramnus Rex subditis jejunium indixit, nihilque edulii præter panem hordeaceum permisit. *Sigebert. in Chronic.* Ibidem quidam ligna in Sylva cædens, adeò a muscis infestatus est, ut per biennium amens fieret. Romæ aliquot templa & ædificia a *ventis* dejecta sunt, Constantinopoli *puer quadrupes* & alter duos vertices habens, natus est. In Nilo *pisces in forma hominis* apparuerunt, masculus unus alter fæmella. *Sigebert. in Chron. ad A. 60.* Ab hominibus per Deum adjurati, a mane usque ad nonam se videndos præbuere, ut Sigebertus scribit.

SACRA.

ROMANÆ Ecclesiæ præfuit adhuc *Pelagius II.* cui, peste grassante mortuo, Gregorius, qui antehac miles, mox Pontificis Constantinopoli Apocrisiarius, dein urbis Præfectus * substitutus est. *Illo* adhuc sedente in *Synodo Antissiodorensi prima*, jussu Guteramni indicta, ne clericus Sagum aut calceamenta secularia induat, & Judæ

Judæi judices aut telonarii Christianorum esse permittantur; ne iidem tempore Paschatis in plateis obambulent; & ut a Festo S. Martini, usque ad Natalem Domini, secunda, quarta & sexta sabbathi jejunetur, statutum: In *Lugdunensi*, ne leprosi vagentur, sed a cujusque loci Episcopo alantur, sancitum: in *Matisconensi secunda*, ut dies Dominicus, & festum Paschatos, digne celebretur; omnibus diebus Dominicis oblatio altaris, panis & vini, ab omnibus viris & mulieribus fiat; Episcopales domus canes non habeant; Seculares clericis honorem exhibeant, decretum est. In *Toletana*, a Reccaredo convocata, ut Sacrarum Scripturarum lectio sacerdotalibus conviviis misceatur; ne clerici clericos ad judicia pertrahant, ne pœnitentia facile concedatur, injunctum. Tum etiam Monachi, derelicto *cœnobio Casinensi*, a Longobardis direpto Romæ cœnobium inchoarunt. Pelagius Episcopos Istriæ, qui in damnationem trium capitulorum non consentiebant, frustra ad sui communionem revocare voluit. Ravennatensi Episcopo communicare ab Exarcho vi adactos, reduces, nec plebs nec reliqui Episcopi recipere voluerunt. *Gregorius*, sæviente inguinaria peste Litaniam Septiformem, a septem cœtibus, litanias suas in urbe canentibus, dictam, pestis avertendæ gratiâ, instituit. Tunica Christi inconsutilis in urbe Zaphatin arca marmorea inventa est. Gregorius Antiphonarium confecit; Kyrieleison semper ad Missas cantare, Alleluja extra tempus quadragesimæ duntaxat, præcepit; & Orationem Dominicam post Canonem addi voluit. Idem Syno-

Chron. Casinens.

Diaconus lib. de gest. Longob. c. 27.

Sigebert. in Chronic.

Lib. 7. Ep. 24

Paul. Diacon. l. 18. erumpentibus, nullum exortum fuerit incendium. Italiam ingens *diluvium* afflixit. Tiberis ita intumuit, ut aquæ super urbis Romæ muros influerent: per alveum fluminis draco miræ magnitudinis, in modum validæ trabis, cum magna serpentum multitudine, per urbem transiens, usque ad mare descendit. Athesis ita increvit, ut circa S. Zenonis Basilicam, quæ extra urbis muros sita est, usque ad superiores fenestras aquæ pertingerent. Hinc *pestis inguinaria*, qua tacti sternutando repente mortui concidebant, subsecuta est; quæ in Galliam per nautas translata, magnam stragem * edidit. Ideo Gunthera[mnus] Rex subditis jejunium indixit, nihilque edi[...]

Sigebert. in Chronic. præter panem hordeaceum permisit. [...] quidam ligna in Sylva cædens, adeò à mul[...] festatis est, ut per biennium amens fieret. Romæ aliquot templa & ædificia a *ventis* dejecta sunt. Constantinopoli *puer quadrupes* & alter, duos vertices habens, natus est. In Nilo *pisces in forma hominis* apparuerunt, masculus [...]

Sigebert. in Chron. ad A. 60. ter fæmella. Ab hominibus per Deum [...], a mane usque ad nonam se videndos præbuere, ut Sigebertus scribit.

SACRA.

ROMANÆ Ecclesiæ præfuit adhuc *Pelagius II.* cui, peste grassante mortuo, *Gregorius*, qui antehac miles, mox Pontificis Constantinopoli Apocrisiarius, dein urbis Præfectus [...] tutus est. *Illo* adhuc sedente in *Synodo Matisconensi prima*, jussu Guteramni indicta, ne clericus Sagum aut calceamenta secularia induere[...]

Judæi judices aut telonarii Christianorum esse permittantur; ne iidem tempore Paschatis in plateis obambulent; & ut a Festo S. Martini, usque ad Natalem Domini, secunda, quarta & sexta sabbathi jejunetur, statutum: in *Lugdunensi*, ne leprosi vagentur, sed à cujusque loci Episcopo alantur, sancitum: in *Matisconensi secunda*, ut dies Dominicus, & festum Paschatis, festive celebretur; omnibus diebus Dominicis oblatio altaris, panis & vini, ab omnibus viris & mulieribus fiat; Episcopales domus canes non habeant; Seculares clericis honorem exhibeant, decretum est. In *Toletana*, a Reccaredo convocata, ut Sacrarum Scripturarum lectio sacerdotalibus conviviis misceatur, ne clerici clericos ad judicia pertrahant, ne pœnitentia facile concedatur, injunctum. Tum etiam Monachi, derelicto *cœnobio Cassinensi*, a Longobardis direpto, Romæ cœnobium inchoarunt. Pelagius Episcopus Istriæ, qui in damnationem trium capitulorum non consentiebant, frustra ad sui communionem revocare voluit. Ravennatensi Episcopo communicare ab Exarcho vi adactos, reduces, nec plebs nec reliqui Episcopi recipere voluerunt. *Gregorius*, sæviente inguinaria peste Litaniam Septiformem, a septem cœtibus, litanias suas in urbe canentibus, dictam pestis avertendæ gratiâ, instituit. Tunica Christi inconsutilis in urbe Zaphat in arca marmorea inventa est. Gregorius Antiphonarium confecit; Kyrieleison semper ad Missas cantare, Alleluja extra tempus quadragesimæ duntaxat, præcepit; & Orationem Dominicam post Canonem addi voluit. Idem Syno-

Chron. Cassinense.

Diaconus, l. [illegible] gest. Longob. c. 2[illegible].

Sigebert. in Chronico.

[illegible] l. [illegible] Ep. 24.

Turonens. l. 10. c. 3. Synodali Epistola tria capitula damnavit; sed Theodoretum & Ibam à damnatione † exemit. Sub eo in *Synodo Antisiodorensi*, ut dies Dominicus præcedentibus vigiliis in Gallia ageretur, & ne mulieres nudis manibus, sed linteolo nitido adhibito, Eucharistiam tractarent, institutum. *Idem l. 9. cap. 39.* In *Narbonensi*, ut nullus Clericorum vestimenta purpurea induat, mandatum. Lex à Mauritio*, ne quis miles nisi expleta militia, monachus esse posset, lata. In Gallia a duabus regum ex concubinis filiabus, monialibus, è monasterio elapsis, tumultuatum est. Johannes Jejunator Episcopus Constantinopolitanus titulum *Oecumenici*, sive Universalis, sibi arrogavit. *Gregor. l. 4. cap. 34.* Gregorius verò propinqua jam esse AntiChristi tempora, exinde conclusit, & titulum *Servi Servorum* assumpsit: quin, Johanne mortuo, legato *Epist. 31. l. 6.* suo, ne cum Successore Cyriaco communicaret, nisi idem ab *Oecumenici* appellatione *Epist. 31. l. 6.* abstineret, mandavit. Tum etiam Episcopi Illirici ad communionem R. E. rediere. *Beda l. 1. c. 25.* Augustinus & Mellitus monachi, a Gregorio in Angliam missi, festo Nativitatis ad XM Anglorum cum Rege Ethelberto baptizarunt. *Turonens. l. 10. c. 25.* Pseudopropheta Bituricensis præstigiis populum ita dementavit, ut innumera multitudo ipsum adoraret. Abbatis Macarii monasteria, sub Damiano Patriarcha, desolata sunt.



CAPUT

Caput XVI.

DE PHOCA.

Anni sunt 8. ad A. C. 611.

PHOCAS, etsi scelere & imperio ad imperium pervenit; tamen ejus, uxorisque imagine, Romam delatâ, gavisus est Gregorius P. R. & proclamavit utrumque Augustum. Contra Cosroes, simulac cædem Mauritii tam indignam intellexit, Phocæ arma intulit. Hinc Phocas pace cum Cagano Chakane ea conditione, ut tributum annuum ageretur, factâ, Cosroæ Narsetem, ducem militum Persis ita terribilem, ut pueros ejus nomine terrerent, opposuit. Sed Narses, cædem Mauritii detestatus, cum Persis colludebat; & a Persis victus, cum Phocæ fidere non auderet, occupata Edessâ ad Persas * transibat. Primis itaque tribus Phocæ annis graviter afflictum est in Oriente Romanorum imperium; cum præsertim rediens, paciario *Domentiolo*, Tyranni fraude, ad Phocæ gratiam Narses, contra fidem sancte datam, vivus ab eo exureretur. Theodosius Mauritii F. ex itinere Persico retractus, mori juberetur, & Persæ Daras fortissimum castellum caperent; ac Mesopotamiam cum Syria vastarent. Postea fuit pax usque ad nuptias Domitiæ Phocæ filiæ, quæ Prisco Patricio, & Excubitorum Comiti nupsit. Nam in his, cum magnificentissimos inter ludos imagines sponsorum publice proponerentur, & populus illos Augustos proclamaret, rediit Phocas ad suum timidum & sangui-

Gregor. Epist. 48. & 2. l. 11.
Zonar. Tomus 3.
Gregor. Cedrenus.

ſanguinarium ingenium; & decollatis, qui imagines propoſuerunt, Priſcum ſuſpectum odio habere cæpit; inquiſitione facta, omnes rerum novarum inſimulatos confertim in anguſtiſſimum carcerem conjecit; Conſtantinam denique, Mauritii viduam, ſparsâ de Theodoſii vita famâ, cum filiabus ſecuri percuſſit, nihil penſi habens, quid Perſæ, qui interim Armeniam & Cappadociam occupaverant, & Romano exercitu fuſo, Galatia & Paphlagoniâ potiti, ad Chalcedonem usque penetrarant, agerent. Hinc creditum eſt, non poſſe imperium & Phocam ſimul ſtare, ſed aut nomen imperii delendum, aut Phocæ occumbendum eſſe. Ipſe itaque gener ejus Priſcus, cum videret magis ac magis ut imperium, ita ſuum jugulum peti, re cum nobilioribus è ſenatu Conſtantinopolitano communicata, Gregoram virum illuſtrem, ad Heracleonem Africæ & Libyæ præfectum, qui cum eo de orbe terrarum à tyrannide liberando conſultaret, miſit; & quidem eo anno, quo Phocas militum contumeliis laceſſitus, multos partim occidit, partim in mare abjecit, partim exauthoravit. Poſt multam deliberationem, miſit Heracleon filium Heraclium mari; Gregoras filium Nicetam terrâ ad urbem, ea conditione, ut uter Tyrannum, occupata urbe, prior ſuſtuliſſet, imperio potiretur. Favit Heraclio fortuna. Hic enim primus in portum appulit, & in eo Phocam feliciter profligavit, eos eundem, ope Photii ob uxorem adulteratam Phocæ infenſi, captum, & ſervili veſte indutum, manibus, pedibus, pudendis, & capite truncavit, milites truncum igne cremarunt. Ex univerſo Phocæ exer-

exercitu, qui per seditionem eum Imperatorem crearet, duo tantum milites supererant.

Contemporanea.

In PERSIA imperabat adhuc *Cosroes*, seu Cosraw, quem Teixera Coswhao Pawez seu potius Abarwez vocat. Ejus contra Phocam expeditiones in hujus historia recensuimus. Durante Constantinopoleos obsidione, constituerunt Tyrii Judæi, evocatis Hierosolymis, Cypro, Damasco, Galilæa montana & Tiberiade aliis, Christianos Tyri invadere, & noctu Paschatis exscindere: re detectà, compacti in carcerem, dignas meritis luere pœnas, exciti, quorum ad XXM, magna strage affecti sunt. Eo Cosroes bello Syria vastata, & Hierosolymis captis, templa Helenæ, Constantini, corporis, partim diruta, partim igne deleta & multa Christianorum millia in spelunca quadam a Persis & Judæis occisa sunt, & lignum crucis cum Zacharia Patriarcha in Persiam delatum. *ASIATICA*

In AFRICA nihil occurrit, præterquam, quod Heracleorum præfectum habuerit. *AFRICANA*

In GERMANIA apud BAVAROS nihil singulare occurrit. Post Gariovaldum fuit *Theodo IV*, cujus filii patrimonium ita partiti sunt, ut *Thassilo* Noricos, *Theodebertus* Vindeliciam & Nariscos possideret. *EVROPÆA* *Aventin. l. 3.*

In HISPANIA, occiso à Viterico Luibâ, nulla re gesta insigni, nisi quod vestigiis patris insistere voluisse videretur, fuere successive * *Vitericus* & † *Gundemarus*. *Ille* per Duces suos ad

Yy Segon-

Segontiam in Celtiberis Romanos, collatis signis, superavit. Cum Agilulpho Longobardorum Rege, Clotario, & Theodeberto Austrasiano, contra Theodoricum Burgundum, quod Hermenberkam filiam sibi remisisset, fœdus init: sed cum istud in fumos abivisset, & belli gravissimi apparatus disjecti essent, despectui haberi cœpit, & inter prandendum interfectus est. Occisi corpus unco per plateas tractum. *Gundemarus* nulla alia re notus est, quam quod per Bulgeranum Comitem, Galliam Gothicam pro Rege gubernantem, Jubinianum & Corneliacum urbes, quæ ex fœdere, a Reccaredo cum Francis inito, Brunechildi cesserant, suæ potestatis fecerit. Vascones etiam, denuo rebellantes, Ducesque & copias, quibus Romani limitis custodia concredita erat, prospero belli eventu exagitavit.

Warnefrid l. 4. a. c. 26. ad 35. In ITALIA apud LONGOBARDOS *Agilulphus* cum filiam ab Exarcho recipere non posset, Cremonam, Mantuam & Vulturium cepit. Bruxillum à præsidiis incensum est. Exarchus his territus, filiam, quæ mox ex partu occubuit, reddidit. Filius ejus *Adelwaldus* Rex Longobardorum Mediolani in circo a patre declaratus est; eidem filiola Theodeberti desponsata, & pax inter Francos & Longobardos firmata est. Ex EXARCHIS erat iterum *Smaragdus*, quem * [illegible] excepit *Lemigius*.

In ANGLIA nihil omnino occurrit.

In GALLIA *duplex bellum* concitavit Brunechildis. In *priore*, quod Theodebertus & Theo-

Theodoricus ejus nepotes movere prælium ad Arvernam fluvium commissum est, & *Clotarius* victus, aliquot ditionis suæ regionibus pacem redimere coactus est. *Alterum* Clotarius, ab eadem in nepotes incitatus, Duce Landerico, *Aimoin. l. 3. cap. 19.* patris percussore, movit, cum Theodoricus Bertaldum, Equitum apud Austrasios Magistrum, in Neustriam, ut superioris fœderis facta expleret, misisset. In eo Landericus ad Stampas ita *Paul. Aemil in Histor. Franc.* profligatus est, ut Merovæus Regis F. caperetur; Bertaldus in prælio occubuit. Clotario regnum facile eripi poterat, nisi Theodebertus obstitisset. Antequam id fieret, venit in aulam Clotarii cum *Annal. Fris.* Hercone Frisio Pipinus, a Carolomanno patre missus.

4 In SCOTIA fuit post *Aidanum** *Kennethus*, quem excepit † *Eugenius*, Aidani F. De illo nihil memoria dignum occurrit. *Hic* belli, quam pacis, studiis magis addictus, assiduis expeditionibus Saxones & Pictos exercuit.

Initio imperii Phocæ *vites* omnibus fere *VVarnefrid l. 4. c. 30.* in locis præ nimio frigore mortuæ sunt. *Messes* partim a muribus vastatæ, partim uredine percussæ evanuerunt. Judæi, excitata Antiochiæ seditione, complures Christianorum, interque eos *Nicephor. l. 8. c. 44.* Anastasium Patriarcham, trucidarunt, & cadaver ejus in foro publice cremarunt; ipsi aut capite aut genitalibus puniti sunt.

Sacra.

ROMÆ, mortuo *Gregorio*, post magnas contentiones devenit Episcopatus ad *Sabinia-*


num, quem * *Bonifacius* excepit. *Ille* paulo ante mortem, ut matrimonia intra gradum tertium legitima essent, constituit, & Anglis per Augustinum indulsit. Sub *isto*, avaritia & invidia infami, Augustinus primus Anglorum Episcopus, Britonibus & Scotis, ut aliter, quam solebant, Pascha celebrarent, persuadere non potuit. Aquilejensis & Gradensis Episcopatus, quod Aquileja in Longobardorum ditione esset, Gradus Ravennæ Exarcho pareret, in duos divisus est. *Hic* apud Phocam, ut Ecclesia Romana caput esset omnium Ecclesiarum, obtinuit. In *Synodo Vaticana*, ne vivente adhuc Pontifice, de successore ageretur, decreto sanxit. Pantheon, ab Imperatore impetratum, honori Virginis Mariæ Rotundæ & omnium Sanctorum dicavit. Sub eo Phocas, quo milites audaciores redderet, lege per sacerdotes statui optabat, ut qui in bello occubuissent, uti martyres colerentur. Tum etiam *Johannes Grammaticus*, dictus *Philoponus*, Monophysitarum hæresin instauravit, Tritheitarum condidit, refutatus a Laurentio Monacho, & Georgio Pisida. *Jacobus Syrus*, ob tenuitatem vocatus *Zanzalus*, Armeniam Syriamque Severiani & Eutychiani implevit dogmatis, ex eo *Jacobitæ* dicti.

Beda in histor. Anglic.

Baron. T. 8.

Sigebertus

Theodor. Balsam. in Can. 13.



MONAR-

MONARCHIÆ ROMANÆ INDIVULSÆ

LIBER IV.

De

QUARTA ROMANI IMPERII PERIODO AB HERACLIO AD CAROLUM MAGNUM.

Anni ſunt 190. ab A. C. 611. ad Annum 801.

CAPUT I.

DE

HERACLIO.

Anni ſunt 31. ad A. C. 42.

RES ab HERACLIO geſtas *tribus periodis* commodè includemus. *Prima*, quæ ad expeditionis Perſicæ initia duravit duravit, plena perplexitatis erat. Perſæ enim impunita Romanarum provinciarum ſub Phoca devaſtatione illecti, & Heraclium imparatum ſcientes, arma deponere nolebant. Hinc factum ut * Armenia & Cappadocia, Cæſareâ expugnatâ, in poteſtatem Cosrhois devenirent. Saraceni in Syria † prædas agerent, Damaſcus * caperetur, & miſſi ab Heraclio legati, ſine reſponſo dimitterentur. Hieroſolymâ captâ, ad XCM hominum à Judæis, vili precio ſanguinem Chriſtianorum

Gregor. Cedrenus. Zonaras Tom. 3.

commercatis, occiderentur, & Zacharias Patriarcha, cum cruce Christi, in Persidem abduceretur; Aegyptus, Alexandria, Libya * & alia omnia * ad Aethiopiam usque occuparentur, Carthago * * expugnaretur, nec aliter pacem Persa concedere volebat, nisi Christiani crucifixum inficiati, Mithram seu solem secum adorarent. Quin & Chaganus Avarorum, seu potius Hararorum, Rex Thraciam vastabat, & pacem dolose, si à præsente imperatore confirmaretur, promittens, eundem intercipere conabatur; eò fere ipso anno, quo Persæ, Ancyrâ Galatiæ expugnatâ, omnia ad Chalcedonem infesta habebant. *Altera periodus* expeditionem in Persas complectitur, quam Heraclius, pace primò cum Chagano firmata, & exercitu ex thesauris Ecclesiæ mutuo sumptis, & vasis aureis ac argenteis, in monetam conversis, ex Hunnis, Havaribus, &c. collecto, suscepit, & feliciter finivit. *Primo belli* illius *anno*, exercitu traducto, ut animos militum, continuis Persarum successibus fractos, erigeret, levibus prælio rem Heraclius tentavit, ac illis tumentes Persarum Spiritus fregit. Dux obviam a Cosroe missus, Asia vastatâ, pacem simulavit, sed cum LXX legatos ab Heraclio accepisset, in vincula eos conjecit, & ad Cosroëm misit. Ipse revocatus, quod simul Heraclium non cepisset, vivus excoriatus est. Nec melior *Sarbari* seu *Zurbahari*, quem Paulus *Sarmanasarem* vocat, in Saenis lacum submissi, fortuna. Heraclius enim, missis Ducibus, & Turcorum copiis in itinere accedentibus in ipsam Persiam penetravit, equitatuque victo, militem suum illic in hyberna distribuit, ipse

Pompon. Latus. Egnat. in Heraclio.

vero

verò Constantinopolin rediit. *Secundo* reversus Constantinopoli Heraclius, pacem Cosrhoi obtulit, ac legatos restitui, præcipue flagitavit; sed cum & ista surdis auribus exciperentur, ac Sarbarus ex Asia in Persiam revocaretur, bellum est in ipsa Persia continuatum, ac regiis aliquot Cosrhois crematis, multa Persarum millia capta, & hyberna in Albania constituta sunt. Auxit Heraclio benevolentiam, quod LM captivorum liberaliter dimiserit, ne frigore perirent. *Tertio* cum in Persiam remearet Heraclius, obsedit eum in angustiis *Sarablaca*, novus Dux, & bellum confectum fuisset, si Sarbarus citius se ei conjunxisset. Sed Heraclius Sarablacam, ante Sarbari adventum, ad prælium adegit, & illo victo, hunc quoq; ejus reliquis conjunctum, vicit, ac supervenientem illis Sainum, vel *Sathinum*, cum desertus a Laziis, & aliis timore perculsis, virtute non auderet, securum reddidit cauto ac timido regressu, ac postea equitatu celerrime reducto incautum oppressit, hyemavitque in Armenia. *Quarto* transiit Euphratem, ibique occupatâ Samosatâ, totam æstatem in fatigandis Persis consumsit. *Quinto* Cosrhoes Hunnos, Hararos & Sclavos muneribus ad oppugnandam Constantinopolin invitavit. Heraclius triente exercitus ad Constantinopolin misso, trientem Theodoro fratri adversus Sainum dedit: ipse cum reliquo triente, in Lazios, profectus, Turcorum XLM evocavit; qui, ruptis Caspiis portis, in Persiam infusi, totam Persiam vastatione inundaverunt. Interim Saina a Theodoro victus, mœrore animi mortem subiit; quæ tamen ab ira & supplicio Cosrhois

ipſum eripere non valebat. Hic enim corpus ſalitum ad ſe deferri, & multis verberibus multatum in fruſta diſcerpi juſſit. Sarbarus verò, cum fruſtra Avares in Conſtantinopoleos obſidione juviſſet, Chalcedonem obſedit, & hyberna ad eam ædificavit. *Sexto* Heraclius, cum hyberna imminerent, ac propterea Turci, quotidianis Perſarum velitationibus jam ante fatigati, eum relinquerent, denuò prælii aleam ſubivit, ac *Raſaſte* Duce eximio prope Niniven cæſo, compulit in fugam Coſrhoën & regias ipſius cepit, incendit, deſtruxit. Reſtabat ſolus Sarbarus, qui, cum in Aſia nihil ageret, Coſrhoës Seleuciâ, quo Damaſtagera, & Creſiphonte relictis, cum theſauris & arcium ſpoliis confugerat; miſit literas ad quendam ejus ſubducem, quibus mandaverat, ut eum jugularet. Has verò literas Heraclius junior intercepit, & Sarbaro miſit. Hic ergo, pace cum eo factâ ac ſalvo reditu in Perſiam impetrato, inimicus ac infeſtus in Perſiam tetendit, ibique *Siros* ſeu *Schyrujæ* (majori natu Coſrhois, è Mauritii filia Maria, quem Coſrhoës Mardaſæ, minori natu, poſtpoſuerat, cùm ex deſperatione in morbum incideret, ac ſucceſſorem deſignaret) ſe conjunxit, & Coſroë enecato, bello finem, ut in Perſicis dicemus, impoſuit. Heraclius hoc Herculeo labore defunctus, pagum Themaninum, quem Noachus exſtruxiſſe dicitur, ingreſſus, montem Gordium aſcendit, hinc in Amidæ regionem abiit, unde Conſtantinopolim redux, eam pie moderato triumpho ingreſſus eſt. *Tertia periodus* ſimilis primæ erat, & prout com-

Elmacin. Saracen. hiſt. l. 1. c. 1.

pen-

periiſſe per Aſtrologus Heraclius dicitur. Imperium ſuum à circumciſa gente vaſtandum, ſic factum eſt; nec quicquam ei profuit, quod Judæos deſignari ratus, eos perfidiam abjurare cogeret, & Chriſtiana Sacra ſuſcipere reluctantes undique ejiceret, vetans quoque eis intra tria milliaria Hieroſolymæ appropinquare. Saraceni enim, qui Duce *Muhammede Abulcaſimo* regnum in Arabia fundarunt, devictis Perſis, exercitum victorem in Heraclii provincias convertêre, & ea geſſere, quæ in Saracenorum hiſtoria inferius referemus.

Contemporanea.

In PERSIA quid cum Coſrhoë ſit actum, ſufficienter in vita Heraclii diximus; hoc de morte ejus addi poteſt, eum in turrim tenebricoſam, quam pro theſauris recondendis exſtruxerat, detruſum, & catenis collo appenſis, compedibus etiam injectis oneratum fuiſſe. Pro ſuſtentatione pauxillum panis & aquæ exhibitum, per ludibrium auro, cujus gratia totum pene orbem ſanguine conſperſiſſet, veſci juſſus eſt: Subornati etiam, qui faciem ejus conſpuerent. Sagittariis tandem, exercitii cauſa, crebro & minuto jaculorum ictu confodiendus datus eſt. Inter cætera ſingularia habebat & *machinam cœli æmulatricem*. Nam & aſtra rotabat in circuitu, & guttas emittebat in morem pluviæ, & fulgure coruſcabat, & mugitum inſtar tonitru edebat: Heraclius eam exuſſit, quod in ea Coſrhois ſimulachrum imaginem ſolis adorare cerneretur.

ASIATICA

Leunclav. l. 1. Muſulm. hiſt.
Cedrenus.

Ejus de fatis imperiorum prognosticon vide apud Zonaram. Post eum successive fuere *Syroes* seu *Schyrujah*, *Ardschir F. Siarjar* vel *Scharibar*, *Kosray*, *Tuwan Docht*, *Jankuchar*, *Azurmy*, *Kesre*, *Schariar Pherochzad*, & *Jazdigerd*. *Syroes*, postquam, pace cum Heraclio factâ, captivos, Sanctam crucem, & prædam omnem reddidisset, per semestre præfuit, & intra illud Merehin patris interfectorem, XV fratres & aliquot Satrapas è medio sustulit; populum verò tributo levavit. *Ardschir*, Syrois F. cum vix L dies in throno sedisset, a Schariare, regni invasore, cum satellitibus aliquot fidissimis, sublatus est. *Scharibar* seu *Schiriar*, Nuschirawani ex Garidbane F. nepos, gubernatorem Agemiæ, tempore Cosravi, agebat; cumque ob victoriarum jactantiam interfici juberetur, ad Heraclium desciverat. Postquam XXII dies præfuisset, jussu Tuwanæ, Ardschiri amitæ, a satellitibus, cum equum ascendere vellet, ad portam palatii, spectante nec inhibente populo, multis ictibus confossus est. *Kosray*, Hormosi ex Kobade nepos, cognomento *Jowan-Schir*, id est, *formosus leonis catulus*, edito boni principis specimine, magnam quidem de se spem concitavit; sed à præfecto Corasanæ mox, tertio regni mense, oppressus est, *Tuwan-Docht*, Elmacino *Turan*, Cosrhois, de quo superius diximus, filia, postquam milites largitionibus, populum remissione tributi, universos administratione justitiæ sibi devinxisset, post mensem XVI publico totius populi luctu decisset. *Jankucar*, qui Elmacino *Gaschanseda*, Cosrhois patruelis, eodem die, quo inauguratus fuit, depositus est, quod

Teixera in Relat. Regn. Persic.

Elmacin. l. 1. Hist. Sarac. cap. 1.

Teixera in Relat. regn. Persic. Idem c. 41.

Teixera c. 43

quod, cum diadema regium ipsi imponeretur, onus illud sibi permolestum dixisset, atque ita ignaviam suam prodidisset. *Azurmy*, Cosrhois natu minima filia, quod *Ferrogum*, Corasanæ præfectum, nuptias suas ambientem, trucidari jussisset, seu à proceribus veneno, seu à Ferrugi filio ferro, mense regni XVI sublata est. *Kelire*, Gaschamadæ F. patre nihilo sapientior, inhabilitatem suam sanguine luit. Nec Tarich Musulmannicum, nec Arabes ipsum agnoscunt. *Shahriar Perochzad*, Cosrhois junioris F ab exilio redux, & ceu proximus agnatus ad illam dignitatem admissus, intra primum mensem a vilissimo quodam servo interemptus est. Sub *Jazdigerde*, Cosravi Abarwezii ex Scheriare (hunc iste ex Scherina, sumpto Chirurgi habitu ad se ingressa, in carcere susceperat) nepote, impletum est ejusdem de undecim turribus, quibus ejus metropolis Almedeyna cincta videbatur, quarum una post aliam corruit, donec tota propugnaculis nudaretur, somnium. Muslimi enim seu Saraceni, de quibus statim dicam, bonâ eum Persiæ parte exuerunt; &, eo pulso, axioma regni ad se traduxerunt, ut mox audiemus. Non oberit verò hic scire, quatuor in *Perside Dynastias* ante propagatam Muhamedis sectam ab Arabibus Historicis statui; quorum prima *Al Pishdaderum*, quasi justitiâ abundantium; altera *Cajaniorum*, quorum nominibus præmitti solebat *Kai*, id est, magnus: tertia *Ashganiorum* seu *Ashganidarum*, qui a patre Ashgan denominantur, cujus filius *Ashga* primus est, de quo aliquid memoriæ proditum; quartus *Cesræorum*, seu *Chosrenorum*, qui com-

communni *Chosrau* appellatione gaudebant, *Sasanidæ* quoque ab avo Sasan denominati.

Elmac. H.S. l. 1. c. 1. In ARABIA *Muhamedes Abulcasimus* legem suam ex variis in Oriente tum vigentibus sectis, opera Sergii Monachi Nestoriani, & Judaici cujusdam impostoris, quasi per saturam miscuit, eademque Meccæ, seu ea Arabiæ parte, quæ ad Hagarenos pertinet, inter consanguineos Taifanos & Menenses quosdam sparsam, sectam constituit. Re prodita, opposuerunt se ei ex Meccanis Coraisitæ, adeò, ut & legem, ne filii Hasiemi cum filiis Almutalibis fœdus inirent aut miscerentur, facerent, & ipse anno DCXXII, Julii XV, aut potius nocte eam secuta (a qua Anni Hegiræ, qui merè lunares sunt, computantur,) cum suis sequacibus Medinam aufugere cogeretur. Medinæ hærens, postquam quotidianis excursionibus vicinos fatigasset †, fracto Coraisitarum fœdere, Meccam, Hawazinos, Tsekifinos, Taji filios subegisset, & ad Islamismum coegisset; Principes Dacimæ & Eilæ tributarios fecisset, regnum fundavit, quod non modò celerrimè ad summum pervenit, sed etiam in summo diu perstitit. Successerunt ei intra hoc tempus *Abubeker*, cognomento Justus, & *Omar*. *Ille* Museleimam Asvadum, & Taliham Pseudoprophetas, quos bona Arabum pars secuta est, profligavit; Arabas desertores tributum recusantes, per Alaum ad obedientiam & Islamismum reduxit. Iracam per Chalidem* tributariam fecit. Bostram in Syria per eundem cepit; & regiones Gazæ & montis Sinai aditus, Præfecto Cæsareæ Palæstinæ frustra obnitente, rarumq; in prædones militiam

Elmac. H.S. l. 1. c. 2.

arinam-

armante, occupavit. Tres duntaxat denarios singulis diebus ex publico ærario sumebat. Tota mortui substantia, quinq; staterum æstimata fuit. *Omar* primus inter Saracenos *Amiro'l Mumenina* sive *Princeps credentiu* dictus est; & res egregias contra *Persas* & *Heraclium* gessit. Cum illis aliquot sunt commissa prælia, *Hiranum* nempe, *Buwaibicum* & *Cadisianum*, deteriore semper Persarum fortuna. In hoc etiam Rustemus, Persarum Dux, cum majore exercitus parte, qui ex CXXM constabat, occubuit; & altero post anno Medainâ, Cosrhois regia, in qua præter domum Camphoræ plenam, quam sal esse rebantur; velum porticus, ex quo, à Saido lacerato, mille drachmarum millia exiere. Tapetem sericeum gemmis & auro factum LX cubitos longum, totidem latum, coronam & vestes regias, mille drachmarum millia, ter millies mille millia aureorum inventa sunt, captâ: & post prælium Gialulense Jazdegirdes Farganam fugatus est. Haud deterior ejusdem *contra Heraclium* fortuna. Nam rejecto Edessam Theodoro, Heraclii fratre; devictis Mahane & Sacellario Ducibus; Emissam, Kinasrinum & Damascum cepit, Phæniciam occupavit, in Aegyptum arma protulit; tributo subdidit. Hierosolymam biennio obsessam, Edessam, Antiochiam, & Daras expugnavit, sicque totâ ferè Syriâ & Mesopotamiâ potitus est. Idem l. 1. c. 3.

In ARABIA apud HIRENSES regnabat *Atyias*, cujus anno sexto Prophetam agere cepit Muhamedes; & post *Zadawaihum*, Mahani filium, Hamdanensem, *Almoudar* F. Noomani, *Al Magrur* appellatus, sub quo Hira ab *Chaled Ebn*

Ebn O'lwalid occupata eſt. Duravis hoc regnum per annos DCXXII, menſes VIII.

AFRICANA De AFRICA hoc ſufficiat; Omarem per Amramum in ÆGYPTO Miſram † cepiſſe, & muro cinctam, *Fuſtatam* nominaſſe. Cum Macuaco, ejus præfecto, pacem ea lege, ut Aegyptii pro ſingulis perſonis aureum Aegyptiacum ſolverent, & Muslimos omnes illac tranſeuntes per triduum hoſpitio exciperent, & annuum ducies decies mille aureorum tributum ſolverent, feciſſe; & Alexandriam *, in cujus obſidione XXIIIM Muslimorum intra XIV menſes periere, expugnaſſe.

Elmacin.l.1. H.S.c.3.

EVROPÆA In GERMANIA erant apud BAVAROS iidem, qui ſupra.

Mariana Hiſt. Hiſp. l.6. c.3. In HISPANIA fuere ſuceſſive poſt Gondomarum. † *Siſebutus*, * *Suinthila*, *Siſenandus* † * *Chintila* * & *Tulga* †. *Siſebutus*, latine etiam doctus, Aſtures & Ruccones, qui locorum natura confiſi rebellarant, Flavii Suinthilæ ductu, brevi domuit; ipſe Romanorum reliquias toties ſurgentes, novis copiis ad veterem Suinthilæ exercitum adjectis, bis vicit; & haud paucas ipſorum ad fretum Gaditanum & Oceani littora urbes in ſuam poteſtatem redegit: tandem etiam Cæſarium, Patricium Romanum, pacem petere, per Cæcilium Menteſanum Epiſcopum coegit. *Suinthila*, pater pauperum dictus, primo Vascones, occaſione novi imperii denuo tumultuantes, & Taraconenſis provinciæ fines vaſtantes, ſuâ præſentiâ conterritos, deditionem facere compulit; & admiſſos in gratiam, urbem Ologitum ſuis ſumptibus ædificare coegit: deinde Roma-

Sigebert. in Chronic.

Marian.l.6. c.4.

Romanos Hispaniæ possessione decedere compulit; & ex duobus Patriciis, qui ad utrumque mare pro rata portione res gerebant, alterum industriâ suâ in partes pertraxit, alterum virtute & armis, cum vim repellere pararet, superavit: tandem cum Richimerum F. in societatem imperii, stabiliendæ in posteris successionis studio, cooptaret, multos offendit, & à *Sisenando* regno deturbatus est. *Sisenandus* & *Chintila* ea duntaxat egere, de quibus in sacris agemus, nec de *Tulga* quicquam occurrit.

In ITALIA, imperante adhuc LONGOBARDIS *Agilulpho*, Gregorius, Patricius Romanus Tassilonem & Cacconem, Gisulfi Forojuliensis Ducis filios, spe adoptionis illectos, Opitergii perfidè interfecit. Rudwaldus verò, & Grimoaldus, excussa patrui Grasulfi potestate, ad Arichim Beneventanorum Ducem concesserunt. Agilulphum successivè excepere *Adelwaldus* F. † *Arioaldus* * & *Rotharis* †. *Adelwaldus* postquam decennium præfuisset, quia delirabat, depositus est. De *Arioaldo* nihil occurrit, Sclavorum prædationes in Beneventano Ducatu si excipias, quas Radoaldus, Ajonis successor, coërcuit. De *Rothari* Arriano in sequentibus. Interim Lupicis Pauli Warnefridi proavus, apud Avares captivus, duce Lupo in Italiam rediit. Quantum ad EXARCHOS, Johanni, a Ravenantibus ob insolentiam occiso, successit † *Eleutherius*, quem * *Isaacius Patricius* subsecutus est. *Is*, cum Imperatorem ab omnibus ferè Barbaris oppugnari videret, *Regem* se *Italiæ* nominavit. Sed Romam, ut eam præsidiis muniret, properans, a militibus interfectus est, & caput Constantinopolin

VVarnefrid l. 4. c. 40. & 41.

Idem l. 4 c. 43. 44.

Anastas. in Severino. in polin missum. *Hic* Honorii Papæ thesauros in Laterano depositos, relegatis Diaconis Cardinalibus, † expilavit.

Speed in Histor. Anglor. In ANGLIA fuit apud CANTIANOS post Ethelbertum * *Eabaldus* F. & *Ercombertus* † nepos: apud AUSTRALES desiit regnum: apud OCCIDENTALES * *Kingil*, apud ORIENTALES Saxonas *Sigebertus* †, qui & Sexred & Sigebertus * parvus: apud NORTHUMBROS *Edwinus* † Ellæ F. & *Oswaldus* *, Ethelredi F. apud MERCIOS *Ceorl* †, nepos Wibbæ, & *Penda* *, Wibbæ F. apud ORIENTALES denique Anglos *Eorpwaldus* †, Redwaldi F. *Sigebertus* *, *Egricus* †, & *Anna*, Eorpwaldi * neptis.

Aimoin. l. 3. c. 100. & l. 4. c. 1. In GALLIA quædam circa *Brunechildem*, *Childerici F. nothum*, *Clotharium*, &, qui huic successit † *Dagobertum*, occurrunt. *Brunechildis*, excitato inter fratres, Theodebertum & Theodoricum, odio, (ex furtivo illum concubitu natum, solùm paternos habere thesauros venditabat) ut collatis signis prius ad Tullum Leucorum, deinde in finibus Ubiorum, apud Coloniam Agrippinam, confligerent, & victus Theodebertus occideretur, effecit. Theodeberti filios, elidò ad saxum juniore Merovæo, interfecit; & Theodoricum, Theodeberti superstitem filiam in uxorem ducere volentem, lento veneno perimit. *Childerici F. nothus*, regnum recuperare volens, a Clothario acie victus captusque, cum fratribus quatuor interemptus est; Brunechildis a Varnero, Austrasiani Palatii Magistro, tradita, & cædis decem Regum convicta, caudæ capillo indomiti alligata equi, periit; con-

in confragosa equo distracta. *Clotharius*, Monarchia obtentâ, & amnistiâ tanquam post bella civilia sancitâ, Dagoberto F., condonatâ ei, quam Sadragisilo Præceptori intulerat * injuriâ, Austrasiæ regnum donavit. *Pipinum* Landesium, Carolomanni F. *primum Ducem* † *Brabantiæ*, & Aulæ * Præfectum perpetuum, *Majorem Domus* dictum, creavit. Saxones, quos magno cum periculo Dagobertus tentaverat, ad Ingelheimium acerrimo prælio vicit: & Beroaldo Rege obtruncato, ita victoriam persecutus est, ut triduum totum ex hostibus, quicunque mensuram gladii sui excederent, trucidaret. *Dagobertus*, mortuo Clotario, Auberto, suo ex Sichilde noverca fratri, Aquitaniam, & quicquid inter Ligerim & Pyrenæum est, concessit, & *duo* intra hoc tempus *bella* gessit. *Primum* contra Sclavos, continuis eorum excursionibus sub Rege Samone provocatus. Eo exercitus, ex Alemannis, Thuringis, & Francis compositus, brevi expeditione furorem hostium compescuit: sed cum nullum excurrendi finem facerent, filius Sigebertus sub tutela Pipini ad finium defensionem missus est. *Alterum* contra Vascones, quod ab Ariberto operâ tutoris Brunulphi subacti, eo mortuo, in fide non mansissent. In eo primum ab Chadonio cæsi, mox Arembertum Ducem opprellere; supplices tandem in gratiam recepti sunt.

Aimoin. l. 4. cap. 18.

P. Aimol. in Clotario.

Aimoin. l. 4. cap. 23.

In SCOTIA successit Eugenio *Ferchardus* * F., quem excepit † *Donaldus* frater *Ille*, regnum in tyrannidem mutare volens, factiones nobilium alebat, hi, dolo detecto, in jus renuentem pertraxerunt, convictum carceri mancipaverunt,

Buchan. l. 5.

 in

in quo sibi mortem conscivit. *Hic* Echelfridi liberos & propinquos, qui multos jam annos in Scotia exularant, mortuo Edvino reduxit, & strenuè verum Dei cultum tutatus est.

Tum etiam *terræ motus* ingentes Italiam per totum annum concussere *. Pestis in Syria XXV M. Muslimorum † sustulit. Lues Elephantina adeò deformabat ægrotos, ut defuncti agnosci non possent.

SACRA.

Baron. T. 7. ROMÆ excepere *Bonifacium*, * *DEUS dedit*, † *Bonifacius V*, * *Honorius*, *Severinus* & † *Johannes IV*. Antequam ille moreretur, Johannes, Episcopus Alexandriæ, ob liberalitatem *Eleemosynarius* dictus, floruit. Theodoricus Francorum Rex, Desiderium, Episcopum Viennensem, per Episcopos damnatum, lapidibus obruit, & Columbanum, vagas suas libidines taxantem, *Sigebert. in Chronic.* ejecit. *Deus dedit* decrevit, ut mulieres & viri, qui suos liberos de Baptismo susceperunt, inter se separarentur, idem ut, si Commater Compatrem, vel vice versa, in conjugium duxisset, divortium fieret, mulier tamen maritalem dotem acciperet, & intra annum nubere posset. Sub eo *Eabaldus*, *Beda l. 2. c. 5.* Cantiorum in Anglia Rex, ad idololatriæ cultum, & Christianorum vexationem, illud addidit, ut novercæ nuptiis pollueretur. *Sisibutus* LXM Judæorum, quâ blandis monitis quâ exilio & minis, *Isidor. in Chronic.* ad Christi fidem traduxit, &, ut omnes annuo spacio religionem Christianam discerent, aut e Hispania, amissis facultatibus, pellerentur, edixit. *Campanulæ* in Burgundia fit mentio, cum in Oriente adhuc pulsandi ligna ad convocandum populum

pulum consuetudo esset. Sub *Bonifacio V* Heraclius sancivit, ne quis clericus in Chorum, nisi in defuncti alicujus locum, reciperetur. Sisebutus monachis cum monialibus, nisi tribus personis præsentibus, conversari, in *Synodo Hispalensi*, interdixit. Edwinus Rex Northumbriæ Christiana sacra amplexus est. *Muhamedes* Coranum suum sparsit, in quo miras revelationes jactat, Christum Dei filium negat, sed ut Prophetam magnum, & lucem gentium, honorare jubet. Qui crucifixum colunt infideles vocat, licentiam pluribus uxoribus utendi tribuit, &c. *Honorius* tegulis D. Petri templum obtexit. Sub eo Edwinus, Rex Northumbrorum, Christiana sacra suscepit. *Festum exaltationis crucis* postquam crux a Persa reddita fuisset, institutum est. Heraclius *Monotheletarum* errorem, duce Athanasio Syro, amplexus est. *Cantabrigiensis Academia* à Sigisberto, Orientalium Saxonum Rege, * instituta est. Dagobertus, repudiata uxore sterili, monialem duxit, & Amandum Episcopum, reprehendentem regno ejecit. Amandus Gaudaci gentiles in Christiana religione cũ magno periculo † imbuit. Oswaldus, Northumbrorũ Rex, devictis Britonibus, Episcopos ex Scotia, qui subditis Christianam religionẽ annunciarent, evocavit. Cum verò illi Anglorum linguam non nossent, ipse Scotorum linguæ gnarus, in concione, concionantis sententias interpretatus est. *Toleti quartum, quintum & sextum Concilia* habita sunt. In * illo Judæos ad Christianismum non esse cogendos, sed nec ad publica officia admittendos, unum psallendi & orandi ordinem per totam Hispaniam & Galiciam servandum, decre-

Isidor. l. c.

Roder. Toletan. H. S. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Cedrenus.

Aimoin. l. 4. cap. 19.

Beda l. 3.

Caranza in Sum. Concil.

decretum. In † isto anathema illi, qui Regem calumniaretur, dicitur. In *hoc* *, juramentum succedentium temporum in Hispania Regibus, de non tolerandis non Catholicis, est impositum. Abubecrus Alcoranum primus e tabulis collegit, eumque *Almubafum* vocavit. Sub *S. verino* Sergius, Patriarcha Constantinopolitanus *Monothelitarum* errorem in Synodo approbavit, & ejus expositionem, *Ecthesin* dictam Romam misit, quæ à Severino improbatur. Tum etiam, si inscriptioni lapidis a Kirshero in Prodromo Copto prolatæ, aliquid tribuendum, quod dubito, propagata est Evangelii doctrina inter Sinas, per quendam *Olopuen*, qui ex Judæa venisse dicitur. Rex nomen dedit, & Ecclesia erecta est. *Johannes IV*, natione Dalmata, Ecthesin, in Synodo Romana examinandam, damnavit; ejus exemplum Africæ Episcopi secuti sunt. Sub hoc Erconbertus, Cantiorum Rex, primus omnia idola destruxit, & *quadragesimale jejunium* observari præcepit. Tum etiam in memoriam victoriæ de Persis obtentæ, totam noctem stando hymni B. Mariæ dicti sunt, & illa exinde ἀκάθιστος nominata. Ἐκκλησιέκδικοι decem ab Heraclio constituti sunt. Erant autem ἔκδικοι quatuor. Primus ὁ πρωτέκδικος, captivos de clero in causis criminalibus suscipiebat, & de iis in prosceiio templi maximi judicabat. Alter causas cleri civiles defendebat. Tertius ὁ τῶν ... ματος, quod munus Papa sustinebat. Quartus ὁ τῆς ἐκκλησίας, de quo Heraclius sumendus est.

Chronol. Orient. p. 64. Elmacin H. S. l. 1. c. 2. Anastas. in Severino.

Triodium.

Meurs in Glossar.

CAPUT

Caput II.

DE
CONSTANTE.

Anni sunt 27. ad A. C. 669.

HEraclius, priore conjuge mortua, duxit Martinam fratris sui filiam. Eo ergo mortuo, cum Constantinus prioris uxoris F. sceptrum patrium assumsisset, noverca incestuosa ei, veneno sublato, filium suum Heracleonem substituit. Sed ut Constantinum ultra quatuor menses in ea dignitate sedere non permisit: ita mensibus sex in eadem exactis, fraus patefacta, ei linguam, illi nares abstulit, utrique pro imperio exilium imperavit. Heracleoni autem successit *Constans* Constantini F. cujus acta in *dua periodos* dividi possunt. *Prima ab initio imperii ad ejusdem in Italiam trajectum* extenditur infelix. In eo enim Omar Calipha, Gregorium patricium, Constantio rebellantem in Africa prælio devicit, & Africæ tributum haud ferendum imposuit. Muhavias, ejus Dux, expedita MDCC navium classe Cyprum invasit, captaque a Saracenis insulæ metropoli Constantia, jugum ei imposuit. Aradus insula, prope Tripolin sita, acriter satis restitit; sed cum pro civibus & habitatoribus suis liberam, quo vellent, discedendi potestatem extorsisset, pertinaci oppugnatione superatâ, manus dedit. Isauria † a Busure vastata est. Armeniæ præfectus * Constante missus ab eodem * ad Saracenos defecit. Rhodus in eorundem potestatem devenit,

Zonar. T. 3. [illegible] 4 [illegible] in [illegible] in Cedreno.

devenit, & Colossi fragmentis nongenti Cameli onerati sunt. Ne Constantinopolin invaderent fratrum duorum (buccinatoris filii erant) stupenda impedivit audacia, qui effractis foribus, & injecto in classem igni cum omni apparatu eam cremarunt. At novâ structâ, cum classis Constantis occurreret, ad Lyciæ portum, qui hodie *Finichus* appellatur, pugna illa commissa est, in qua expertus est, veram fuisse conjecturam somniorum interpretis, qui Thessalonicam, præterita nocte in somnio visam, divisis vocibus, prætendere respondit: *θὲς ἄλλῳ νίκην Cede alteri victoriam.* Ingens enim fuit illa clades, & aiunt, mare rubuisse Christianorum sanguine. Imperator vili circumdatus amiculo, inque dissimulationem sui compositus, hostiles manus elapsus est. Nec multum Saracenorum post mortem Otmenis profuere dissidia. Moavias quidem pacem Imperatori, cum tributo mille in singulos dies numismatum, cum insigni equo, & servo, obtulit; sed, * redi[illegible], illud dependere neglexit. Tandem Constans, pejor indies factus, Theodosium fratrem suum, licet Clericum pridem, interfecit, ejusque parricidii agitatus furiis, quod frater ei in somnis subinde calicem eruore plenum exhiberet, mutatione locorum se ab his terriculamentis liberare voluit. Antequam id fieret, movit † contra Sclavos, & magna præda potitus est. *Altera periodus, res in Italia & Sicilia gestas* continet. In illam transgressus, Luceriâ, & quibusdam aliis Apuliæ locis ditionis Longobardorum expugnatis, & Romoaldo inprimis Benevento obsesso, ac

non-

nonnisi insigni fide Jesualdi, & celeritate Grimoaldi, liberato, Neapolim concessit, ac, sequentibus cum Longobardis, prælium commisit, in quo post ancipitem & longam dimicationem, robore Amelongi, Græcum unum hastâ infixum in sublime supra caput excollentis, Græcis reliquis terror & fuga, Romoaldo verò victoria conciliata est. Neapoli rediit Romam, eamq; placide ingressus, & duodecim diebus perlustrans, omnibus ex ære ornamentis, tegulis etiam, quibus opertum erat Pantheon, spoliavit. Inde Siciliam, Calatriam, Sardiniam & Africam, insolitis tributis exhausit, tanta Græcorum avaritia, ut à maritis uxores, filios à parentibus avellerent. Syracusis hærens, Muhaviæ auxilia, Sapori præfecto Armeniæ rebelli submissa, actaque ejus filii in Phrygia, irrita † reddidit, & in balneo situlâ graviter capiti impactâ, per insidias * extinctus est. *Aimoin l. 4. c. 12.*

CONTEMPORANEA.

Apud PERSAS mortuus est † *Jazdegirdes*, & universum regnum Saracenis cessit; Antequam enim hoc accideret, *Omer* per Naëmanum *Chorasanam*, ubi Turcomanni, à Jazdigerde evocati, substiterant, nec inde pelli poterant, infestavit, per Chadipham Persas ad Nuhawendam cruento prælio vicit: per Meirum Adsarbiganam absque sanguinis effusione obtinuit: per Omerum, fil. Said. Mesopotamiæ quædam loca invasit: per Ejazam Nisibin & Raccam, urbes munitissimas: per Mosen Aschæræum, totam *ASIATICA* *Elmacin. H. S. l. 1 c. 3. & 4.*

totam *Cusistaniam*, ejusque præcipuas urbes Ahwazam & Susam expugnavit. *Otmen* per Meirum Elbirâ, & Hemdanâ, per Abdallam ulterioribus Chorasanæ locis potitus est, & in *Tocharistaniam* usque penetravit. Sic Persia in manus Saracenorum devenit, inque iis usque ad annum Hegiræ CCCXXII qui 22. Decembris A. DCCCCXXXIII incipit, hæsit.

Apud SARACENOS gessit *Omar* illa, de quibus in Persicis: his adde, duxisse eum fossam, quâ frumentum Fustatô Colzumam, & Colzumâ Medinam per mare salsum deferretur. Primus is ab anno Hegiræ supputavit, & literas subsignavit, & primus homines sub uno Principe congregavit. Ei, à Firuso servo, de gravitate tributi conquerente, occiso, successere † *Otman* F. Affan, Elmacin. l. 1. cap. 4. *Ali* F. Abutalibis *, Muhamedi gener, *Hal*[illegible] F. Alis, & *Muhavias* F. Abulosiani. Priores res in Constante & Persicis vide. Occisus est seditione motâ, quod propinquos & domesticos suos maximè promovisset, & thesauro abusus fuisset. Divitias reliquit copiosas, aureos [illegible]00. stateres 5000000, quæ direpti sunt; jumenta mille, & ad erogandas Eleemosynas 20000 aureorum. Sub eo mortuus est *Abdurrhaman* F. Amti, cujus bona in sedecem portiones divisa, & unaquæque octoginta millium aureorum erat, nec non *Soliman Persa*, qui annos ducentos quinquaginta sex habebat. *Ali* perpetuis distinebatur discordiis. Idem l. 1. c. 4. Nam & Talha, cum Zubeiro & Ajisa, inaugurationem ejus irritam reddere volebant, & Muhavias juramentum fidelitatis deponere detrectabat & illi quidem victi sunt, cæsi vel utroq;

utroque exercitu XXXM, & amputatis ad frenum Cameli, cui Ajisa insedebat, LXX manibus. Cum hoc verò post ingens prælium, in quo LXXM cecidisse dicuntur, conventum, ut Syriam obtineret, neque Alis ditionem ingrederetur. Occisus est ab Abdurrhamane, qui post mortem ejus pedibus & lingua truncatus, igne exustus est. *Hasanus*, postquam Muaviæ Damasco cessisset, Mesopotamiam sibi retinuit, sed mox, abdicato imperio, Medinam se contulit, ubi etiam astu Muhaviæ veneno sublatus est. De *Muhavia* nil occurrit, nisi quod intra hoc tempus, postquam Ziadum, Illacharæ præfectum, sibi conciliasset, Mauritaniam invaserit, & in ea aliquot urbes ceperit.

De AFRICA hic, præter jam dicta, dixisse sufficiat; *Aegypto* varios præfectos à Muslimis impositos fuisse, ex quibus sub Otmane *Muhamed* F. Hanifæ se Dominum ejus, ejecto Abdulla [illegible] fecit, sed sub Ali a Muavia captus, & ex fuga retractus, occisus est. *Muhammed* F. Abubecri, *Harethæos*, qui Arabum nigerrimi sunt, ex ea ejecit, ipse a Muavia F. Chodbagi, illos reducente, asini cadaveri impositus exustus est. AFRICANA. Elmacin. H.S. l.1.c.4.

In GERMANIA apud BAVAROS mortuus EUROPÆA.
690 est *Theodo II.* filii autem ejus *Theodobertus*, *Grimoldus* & *Theodoaldus*, Bavariam in tres partes divisere. Theodonis filia erat *Uta*, quæ cum a Segiboto, quodam decurione equestri, compressa esset, alvo intumescente, Haimeranum Episcopum Reginoburgensem, qui Romam versus profectus erat, ceu authorem honestiorem, parentem vocavit. Id cum Landobertus, puellæ frater, accepisset, Episcopum assecutus, interfecit, pater Aventin. l.3.

filiam in Italiam relegavit. Landobertus verò profugus apud Avares obiit. Soboles omnis à Ducatu deturbata, & in equestrem ordinem redacta est.

In HISPANIA erat post Tulgam, *Chindasvinthus*, qui *Recesuinthum* F. in societatem imperii accepit : Nihil fere singulare de iis occurrit.

VVarnefrid l.4.c.44.47.

In ITALIA *Rotharus*, postquam leges gentis suæ libro, cui titulus *Edictum* *, comprehendisset, omnes in Thuscia urbes imperatori † eripuisset; Tarvisium ex fundamento diruisset, prælio cum Exarcho congressus VIIIM Romanorum * occidisset, mortuus est. Excepere eum † *Rodoaldus* F., * *Aripertus*, & † *Grimoaldus*. *Ille* Gundebergam, Agilulfi, & Theudelindæ filiam, quam post adulterii, sed falsò, suspectam habebat, in uxorem duxit. & cum cujusdam Longobardi conjugem stuprasset, ab eodem interfectus est. De *Ariperto* nihil occurrit. *Grimoaldus* Beneventanorum Dux erat, & regnum scelere acquisivit. Cum enim *Godebertus* & *Perthariт* filii inter se dissiderent, & ille ejus subsidium implorasset, Grimoaldus, conciliatis sibi Longobardis, Godebertum Ticini interfecit. Perthariт ad Chaganum Ararorum Regem confugit, inde sub fide publicâ redux, cum de se interficiendo Regem agitare intellexisset, operâ Hunulfi & Vestiarii in Galliam effugit. Grimoaldus verò interim Francos, qui irruperant, vino & somno sopitos invasit, & internecione fere delevit. Lupum, in Foro Julio rebellem per Chaganum oppressit, & Chaganum, cum ad propria redire nollet, exercitum suum aliquoties

VVarnefrid l.5.c.3.4.5.6. & s.

abiret

aliter atque aliter vestitum ostentando, terruit. Petierunt ab eo Bulgari, Duce *Alzeco*, sedes: sed ille ad filium Romoaldum, de quo superius, missis, Bovinianum & alia loca impetravit.

De EXARCHIS non est quod scribam. Post *Speed in* * *Olympium* erat *Theodorus* † *Calliopa*. *Histor. Anglic.*

In BRITANNIA, si seriem successionis spectemus, successit apud CANTIOS * *Egbertus*, Ercomberti F. apud OCCIDENTALES Saxones † *Kenwaldus*, Kingelis F. apud ORIENTALES * *Sigebertus* bonus † *Suidhelmus*, Sigeberti Fr. & *Sigerus* * ad *Sebba* fratres apud NORTHUMBROS † *Oswius* nothus, apud MERCIOS * *Peada* Pendæ F. & † *Wulferus* Pendæ F. apud ORIENTALES SAXONAS * *Ethelwerus*, Annæ Fr.
654 † *Edelwaldus*, Etherher F. *Aldulfus* *, Ethel-
656 heri F. si res gestas. *Oswaldus* Northumber a Penda interfectus est: *Oswius* successor continua ideo cum eo bella gessit, & Merciæ regnum tandem obtinuit: quo tamen mox a Proceribus spoliatus est. *Cenwalchus* occidentalis a Penda regno exutus est, quod in superstitionem gentilem relaberetur. *Kenwalchus* Westsaxo Wulferum Mercium * cepit.

In GALLIA *Dagobertus*, postquam *Traje-* *Annal. Franc.* *ctum* urbem in medio Rheni brachio condidisset, eamque Cuniberto Episcopo Coloniensi donavisset, Judicalem, Armoricanorum civitatum Regulum, in fidem accepisset, relicto *Clodovæo* seu *Ludovico* Francia, Sigeberto *Austrasia*, mor- *Aimoin. l. 4.* tuus est. Post ejus mortem *Sigebertus*, bello à *cap. 26.* Rodolpho Thuringiæ Duce petitus, Thuringiam amisit. Cum verò de posteritate desperaret,

Chil-

Childeberũ, Grimoaldi Majoris domꝰ F * adoptavit: masculâ interim prole auctus, eande Grimoaldo commendavit. Grimoaldus, mortuo Sigeberto, filiũ ejus Dagobertũ attonsum in Scotiam ad monachos relegavit, & filium suum Childebertũ Regem fecit. Clodovæus eo per Ercembaldum, sui Palatii Præfectum, cum Grimoaldo patre, capto, & seu perpetuis vinculis adjudicato, seu supplicio affecto, filium suum, *Childericum*, Austrasiorum Regem fecit, ingenti fame Gallias urgente aurum & argentum, quo D. Dionysii templum magnifice ornatum erat, ad subsidium pauperum erogavit, & mentis, ex eo quod se reliquias Dionysii irreverentius tractasse crederet, sæpius impos, regnum *Clotario*, *Childerico*, & *Theodorico* * filiis reliquit. *Clotarius* quadriennium nomine tenus imperavit. In tantum enim degeneraverant, ut semel tantum in anno Calendis nempe Majis, curru frondibus floribusque ornato, quatuor bobus tracto, per urbes vecti, conspicerentur. Principum legationes audire, responsa inconsultis Regibus dare, fœdera inire, &c. penes Palatii Præfectos erat.

Aimoin l. 4. c. 42.

Paul. Aemil in Dagob. Stran. in Clodovæ. II.

In SCOTIA fuere post Donaldum * *Ferchardus* Ferchardi F. & † *Maldvinus*. *Ferchardus*, uxore jugulata, filias suas stupravit, in venatione à lupo vulneratus in febrim ex intemperantia incidit: agnito tandem errore, in publicum se, vili veste indutum, proferri jussit, & palam sua scelera fassus, interit. De Maldvino Donaldi F. sequenti capite dicemus.

Buchan. l. 5. H. Scot.

In BOHEMIA novum intra hoc tempus erectum est regnum. *Crocus* enim Croata, domi nobilitate & factione potens, cum certo an con[...] sulto

[illegible] cæde [illegible] commiſſo, ad cauſam dicendam citaretur, die non expectata, haud parva Croatarum manu comite, in Moraviam primo diverſit, inde in Bohemiam regionem tum deſertam, Sylvis horridam, & a multo tempore incultam, venit, colendamque, ac ædificiis exornandam, ſociis primus diſtribuit. Ei mortuo nemo intra [illegible] longum temporis ſpacium, quo Democratia viguit, ſubrogatus eſt, tandem cum ſocietas novellæ gentis ab hominibus inquietis perturbaretur, ſucceſſit *Crocus*, Hledi F. Toparcha wladorzinus, quem excepere *Crocus* junior. *Libuſſa* virgo, & *Præmyslus*, *Crocus* præter potius, quam princeps erat, & quia nondum ullæ ſcriptæ extabant leges, ſed id habebatur, inter plebiſcita, quod cõſuetudo & mores approbaverant, ideo magis controverſias dirimebat, quam judicabat, qua dexteritate tantam apud Polonos admirationem meruit, ut eum miſſa legatione, ad ordinandam Remp. quod etiam fecit, evocarent. *Libuſſa* Belæ & Tecchiæ ſoror, virgo fatidica, cum litem, quæ inter potentiorem & tenuiorem de finibus agrorum erat, ad illius nõ [illegible] mentem, in odium incidit, tandem tamen [illegible] imperium recuſantibus, ut Præmyslus, Stadicii pagi Dominus, & ſuus quondam Budeczanæ condiſcipulus, in Principem & maritum eligeretur, perſuaſit. Secuti ductum equi legati, inſidentem ſtivæ aratorem, & vomere menſæ vice utentem, offendere. Boves in auram evanuere. ſtimulus terræ infixus, puncto temporis in Corylum coaluit, & futurorum, binis ramis exareſcentibus, tertio nuces ferente, præſagium dedit. Libuſsâ adhuc vivente, exſtructa eſt in [illegible] velut Bohemiæ umbilico, ad utramque interlabentis Mol.

Dubravius Hiſt. Bohemica l. 1.

Bertius l. 3. Germaniæ. Muldaviæ ripam, *Praga*, quam nunc ob trium justarum civitatum, quas suo sinu complectitur, nexum. *Trinrbem* meritò appellare possis. In Curiæ turri machina, non minus arte quam sumptu commendabilis, visitur. Continet quippe revolutionem totius anni, cum recto solis & lunæ cursu, certoque mensium, dierum, & horarum spatio: indicat quoque ortus & occasus syderum, solis & lunæ cursus, solstitia, æquationes, dierum & noctium quantitates, &c.

VARIA. Elmac. H.S. l. 1. c. 3. Zonar. Tomo 3. Intra hoc tempus *pestis* in Syria XXVM Muslimorum † absumsit. *Ventus* Constantinopoli multas prægrandes arbores evulsit, & columnas illas, in quibus olim Stylitæ habitaverant, evertit. Romæ *inundatio* aquarum, & *terræ motus* fuere. *Ignis* cœlo decidit, visumque spectrum venabulo circuire, & pulsare domos, ita totidemque exinde mori cujusque familiæ, quot vicibus ostium pulsatum esset. De *fame* in Gallia, in Clodovæi historia diximus. In Italia

VVarnefrid Hist. Longobard. l. 5. cap. 15. Guicciard. Belg. l. 3. innumera hominum & animantium millia *fulminibus* sunt perempta, & *legumina*, quæ propter *pluvias* colligi nequiverant, iterum renata, & ad maturitatem perducta sunt. Tum etiam *Gertrudenberga* à Gertrude, Pipini Landeni F. exstructa est, præstans hodie & munitissimum oppidum, adeoque ob situm fortè inexpugnabile. *Scholæ* Judæorum, *Pombeditana* & *Sorrensis*, evanuisse à quibusdam creduntur: sed si vera sunt,

F. Dalid in Persian. quæ de Bustenaio, capite exulum, a Jazdigerde, quod in suo conspectu a crabrone ictus, Majestatis reventia, dolorem dissimulaverit, ...

...

to, & ab Haly, cui obviam solenniter processerat, Darâ, Jazdigerdis filia, ut ei uxor esset, donato, dicuntur, longe lectes aliter habebit.

SACRA.

ROMÆ sedêre post *Johannem IV.* *Theodorus* † *Hierosolymitanus* * *Martinus*, *Eugenius* †, & *Vitalianus* *. Sub *Theodoro* Omar Caliphas Hierosolymis *templum*, cultibus Muhamedis destinatum, e regione montis Olivarum, ingentibus sumptibus ædificavit. Idem *reliquias arcæ* in insulam sibi cognominem de monte translatam, ac pro tabulato templi à se exstructi abhibuit. Sigebertus Rex, regiis pompis valere jussis, monasticum vitæ genus amplexus est. Pirrhus fugitivus Constantinopolitanorum Episcopus, Monothelitarum errorem abjuravit. In Africa *concilia bina* de Monotheletarum controversia agitata, sententiam suam ad Papam Romanum misere. Constans Imperator, Episcopi Constantinopolitani Pauli suasu, edictum, quod peculiari nomine *Typum* dixit, promulgavit, & in eo controversiæ Monothelitarum silentium indixit: sed Theodorus P. R. id ut impium, convocato concilio, damnavit, & Paulum Episcopum anathemate ferit. Id & Pirrho, fidei iterum desertori, factum, depositionis sententia, sanguine Christi in atramentum infuso, ad Apostolorum atrum novo exemplo, subscripta est. *Martinus*, Juderti Umbriæ urbe natus, Typum in Concilio L.A. Episcoporum condemnavit. Constans, cum frustra per Olympium & Theodorum, Exarchos, subscriptionem

Beda m. Tr. Adlens de locis ter. Cudsilaf. Tyrius l. 1. cap. 2. Beda De. 3. cap. 19. Tom. Concilior. Anast. in Theodor. Anast. in Martin.

ptionem ursisset, Martinum ad se Constantinopolin † missum, audita causa, Chersonam in Pontum, ut ibi fame maceraretur *, relegavit.

Beda lib. 3. cap. 21. Caranza in summa Concilior. Sub *Eugenio* Angli mediterranei, Penda mortuo, religioni † Christianæ nomen dedere. In *Synodo Toletana*, filii ex incontinentia Clericorum nati in servitutem Ecclesiæ traditi sunt. Sub *Vitaliano Signino* ex Hernicis (qui in templis cantui Chorali musicum organum addi voluit) in Concilio Toletano, *festum Annunciationis*

Theophil. & Max. Acta. *Mariæ*, quod in Martio ob jejunia quadragesimæ, vel ferias Paschales impediretur, in XVIII Decembris translatum est. Maximus Abbas, cum discipulis Constantinopolin evocatus, cum se

Theophil. in Miscellan. Typo vehementer opponerent, flagellatus primo, inde dextra manu & lingua truncatus, in exilium pulsus est. Error *jejuniorum* com[illegible] est, quibusdam jejunium XXI Januarii incipientibus, aliis XVIII Februarii. Inter Scotos & Anglos de *ratione celebrandi Paschatis* actum est; Angli Romanam Ecclesiam secuti sunt: Scoti suam rationem retinuerunt. Osvinus Rex multa Petro per legatum aurea & argentea vasa

Caranza in sum. Conc. obtulit. In *concilio Emeritensi*, ut pro Regis salute, si is in bello esset, preces publicæ fierent, & ne quis famæ Episcopi defuncti detraheret, constitutum.



CAR

CAPUT III.

DE

CONSTANTINO POGONATO.

Anni sunt 17. ad A.C. 656.

CONSTANTINUS Constantis F. erat, quod Constantinopolim, ex qua genis prima lanugine vestitis solverat, barbatus redisset, agnomen *Barbati* seu *Pogonati* a populo tulit. Res ejus ad *tempus imperii turbatum* & *pacatum* optime reducuntur. Quantum ad *prius*, cum *tribus* ipsi *negotiis* res erat. *Primum* Mizizius Armenius, quem Siculenses legiones ob singularem formæ bonitatem Imperatorem dixerant. *Zonar. T. 3. Georg. Cedren. Regino l. 1.* Hunc ille classe vicit, & reos paternæ cædis, eosdemque hujus electionis auctores, ad pœnam rapuit, & sine æmulo imperium patris occupavit. Scilicet, Constantinopoli adhuc hærens, cum Proceres tres debere esse Imperatores clamarent; Heraclio & Tiberio fratribus, nasis præcisis spem capessendi imperii ademerat; principes vero evocatos pro seditiosis interfecerat. *Alteri* hostis Saraceni erant. Hi eadem occasione tumultuum Siculorum usi LXXVIII. captivorum ex Africa abduxere, & Siciliam magna classe ingressi, vastam stragem edidere, Syracusas capere, & prædam omnem à Constante ex urbe Roma ablatam secum asportavere. Nec contentus Muavias, provincias Romanas, Lyciam imprimis & Ciliciam assiduo incendio & direptionibus vastavisse, misit tandem Zuvi-Ensarem, ad obsidendam ipsam Constanti-

ſtantinopolim, qui cum Conſtantinopoli [illegible] tentatâ, domum diſcederet, ipſo revertenti [illegible] tio Cyzicum oppidum cum portu cepit, ut inde ſingulis annis verno tempore cum claſſe prodiret, & in urbis obſidionem æſtivos menſes inpenderet, & rurſum, quoties autumnus appeteret, in hyberna ſe reciperet. Verum ſecundâ hyeme ſuccendit & demerſit Conſtantinus ipſorum naves igne maritimo, ſeu Græco, mirifica quadam arte a Callinico Architecto parato, & XXXM periere. Compoſitionis ergò initio aliquo facto obſidionis curam intermiſerunt & cum dedecore domum reverſi ſunt, & licet anno ſequente [illegible] ſuas ita reparaviſſent, ut altero anno expeditione navali Hiſpaniæ etiam littora petere auderent: tamen motu *Mardaitarum* (qui Libanum & reliqua Palæſtinæ montana inſederant, aſylumque ſervorum & indigenarum conſiliis, nihil [illegible] relinquebant) vexati & afflicti pacem ad XXX annos tributariam fecere, & tria millia auri pondo, quinquagenos viros, totidemque equos Imperatori promiſere. *Tertium* hoſtem Bulgari, gens a Volga ſeu Bulga fluvio ita dicta, quæ è ſeptentrionalibus Ponti Euxini locis in Thraciam ſe effuderat. Illis terra marique, non ſine gravi animi motu occurſans Conſtantinus, terrorem incuſſit quidem, ac munitioribus ſe locis tenere compulit: at protracto bello, dum levanda pedum ægritudini in Meſembriam ſeſe balneis lavaturus, abit, datus eſt per caſtra rumor, metu perculſum ceſſiſſe, fugaque exercitus, nemine perſequente, orta eſt. Sic cedentium tergis inhærentes Bulgari, cædes fecere maximas, ac poſt-

Georg. Cedren.

qu

eis litruum tentoriis, Sclavinos sibi subegere. Tributi etiam impositi Constantino necessitas, ut Romanis ditionibus parceretur. Orbe pacato, consumit reliquos Constantinus in Ecclesiæ turbis componendis annos, quibus etiam per Concilium generale, de quo in Sacris, sopitis, placidè decessit, postquam XVII annos imperasset.

CONTEMPORANEA.

SARACENI, qui sub Muaviæ Caliphatu egerint, in Constantini historia explicatum est. Excepere eum *Iezid F. Muhavias*, hujus F. *Abdalla* F. Zubeiri, † *Mervan*, & * *Abdulmelicus*, *sudor lapidis* ob avaritiam dictus. *Iezid* tria, quantum scimus, gessit. Nam primo Hoseinum F. Alis jusjurandum fidelitatis præstare recusantem & jam Cufam, cujus cives XIIM in ejus verba juraverant, contendentem, per Obeidallam in agro Kerbalano oppugnatum, interfecit, & caput ejus, postquam primores dentes virga verberasset, portæ Damasci affigi curavit. Deinde per Selinium Chorasanam ingressus Naisaburum & Chovarazmium cepit; Bocharam occupavit, Regem Saidam, Bocharæ Reginæ Chatunis cum CXXM, sub conditione conjugii, auxilio venientem fudit, & à Samarcanda magna pecuniæ summâ se averti passus est. Tum Medinenses rebelles, quod sibi imperium abrogassent, Medinâ capta, & per triduum direptâ, per Hasinum Selvæum in servitutem redegit; Meccam, ubi Abdalla F. Zubeiri hærebat, obsedit, & templum catapultis impetitum exussit. *Muavias* dies duntaxat XLI, aut secundum alios XX, imperavit. *Abdalla* F. Zubeiri, cognomento *Abu-chobibus*, gener Abubecri

Elmacin. l. 1. c. 8.

Elmacin. l. 1. c. 9. 10.

fuit, & CXXVIII dies imperavit. Opposuit se ei *Mervan*, cognomento *Abdulmelicus*, qui ab illis Medinâ ejecerat, cumque Damascum pervenisset, inauguratus est, & victo ac occiso, qui ab Abdalla missus erat, in agro Margirabit Dahaco, subjugato Damasco, imperium suum stabilivit, illudque CCXCVIII dies retinuit. Intra hoc autem tempus Abdurahmeni, Ægypti præfecto, postquam multa cum eo commisisset prælia, ut, summa pecuniæ acceptâ, in Higiazam abiret, persuasit, & Cufenses, Huscinum sub Duce Suleimane vindicare volentes & in Mesopotamiam tendentes, Suleimane occiso, compescuit. Quia M[illegible]dis patrem ejus Hakiemum, quod secretum ejus divulgasset, in W[illegible]m expulerat, *Filius expulsi* dicebatur & a matre Jezidi, quem *meretricem* nominarat, *[illegible]lim* veneno sublatus est. Sub *Abdulmelecho* duo accidere. Muchtarus, postquam Cufensibus in partes pertractis, Obeidallæ, eorum gubernatori, arcem extorsisset, & eundem fugasset, Cufenses per absentiam Muchtari rebelles, profligavit, & omnes, qui bellum Husseino moverant, internecioni dedit. *Abdalla* F. Zubeiri Muhammedem F. Hanifæ fidelitatis juramentum recusantem, Meccæ in carcerem conjecit, qui à Muchtaro liberatus est.

Elmacin. H. S. l. 1. c. 11.

Elmacin. H. S. l. 1. c. 12.

AFRICA. In ÆGYPTO quid acciderit, in historia Mervanis diximus.

EUROPA. In GERMANIA nihil apud BAVAROS occurrit.

Mariana l. [illegible] In HISPANIA fuere post Recesvinthum *Bamba*, * seu *Wamba*, & † *Ervigius*, Reges. Sub *Bamba*, qui non citius regnum accipere voluit, quam

quam ex Gothis Principibus quidam stricto gladio, ni morem gereret, mortem minitaretur, triplices extitere *motus*. *Alii* à Vasconibus, quibus imperii nondum firmati ratione despectui erant: *Alii* ab Hilperico, Nemausi comite, omnes Judæos in regnum advocante, cui Paulus, cum exercitu a Bamba oppositus, accessit, & ut in Regem crearetur, à conjuratis obtinuit. *Alii* a Saracenis. Omnes feliciter compressit Bamba. Nam Asturas & Vascones sub dominatum revocavit, Cartam urbem restauravit, & *Pampelonam*, quasi Bambæ Lunam, dixit. Saracenos Hispaniæ littora deprædantes CCLXX navibus captis & crematis profligavit. Omnes, quas conjurati in potestatem redegerant, urbes cepit, ipsos adeò in vincula conjecit. Co[illegible] levi supplicio. Nam Paulus & cæteri ponere tantum cæsariem coacti sunt, & cum Toletum ingrederetur, rebelles pannosi, barba & capite rasis, nudis pedibus in camelis præibant. Paulo sutilis corona ex nigro corio capiti imposita, & ipse perpetuo carceri mancipatus est: *Ervigius*, Ardebasti, qui ex Græcia ab Imperatore pulsus, in Hispaniam venerat, ex Chindasvinthi Regis consobrina filius erat. Hic sublato veneno Bamba, ad regnum evectus, in conventu Toletano regni confirmationem obtinuit, & ne post mortem etiam suis abrogaretur, lex à primoribus promulgata, qua Reginæ *Liubigotonæ* ac filiorum præsidium continebatur. hinc Egica, Bambæ consanguineus, in generum per Cixilonem filiam cooptatus est, juratimque inprimis Reginæ socrus, atque filiorum ejus, commoda pro ea ac par erat procuraturum.

Tudens. Chron.

VVarnefrid l. 5. H. L. a c. 27. ad 37. In ITALIA apud LONGOBARDOS Grimoaldus, postquam in Foro Popilii ingentem stragem edidisset, Opitergio destructo, eorum fines Forojulianis Tarvisianisque divisisset, cum post venæ sectionem arcum tenderet, vena brachii rupta, & medicis venena supponentibus, mortuus, successorem *Pertharitum* habuit. Hic in octavum usque annum, assumpto in regni consortium *Cuniberto* F. pacifice rem administravit. Post hinc ab Alachi, Tridentinorum Duce rebellione turbatum, qui tamen paulo post, agente Cuniberto, in gratiam receptus, & Brexianæ civitati præfectus est. EXARCHUM *Theodorus Calliopa* adhuc regebat.

Speed in Histor. Anglica. In BRITANNIA præfuere CANTIANIS post Egbertum *Lotherus* Egberti frater, OCCIDENTALIBVS Saxonibus post Kenwaldum * *Eskwinus* & † *Kenwinus*, Kenwaldi Fr. ORIENTALIBVS adhuc *Sigerius* & *Sebba* fratres, NORTHUMBRIS * *Egfridus*, cui, a Pictis fugam simulantibus in angustias delato & cæso, successit † *Alfridus*, Oswii nothus : MERCIIS * *Ethelredus*, Pendæ F. ORIENTALIBUS Anglis † *Elwoldus*, Ethelheri F.

Serrang Hist. Galica. P. Æmilius in Histor. Gallica. In GALLIA, post mortem *Clotharii*, *Childericus*, Austrasiæ Rex in Franciam vocatus est. Ebroinus, Palatii Magister, veritus ne ab ipso removeretur, Theodoricum, natu minorem fratrem, coronari fecit. Galli Ebroini superbiam ferre non valentes, Ebroinum, & Theodoricum monasterio incluserunt. Childericus postquam biennio regno præfuisset, a *Bodilone*, nobili Franco, quem virgis cædi jusserat, in venatione

inter-

interfectus est. Sed & Reginæ [illegible] uterum, fœtu gravem, stillanti adhuc ferro [illegible], continuatâ ferociâ interemit carnifex. (*[illegible] [illegible] suam potestas aliorum contumeliæ experitur.*) Childerico mortuo, *Theodericus* in regnum postliminiò restitutus, Leudesium seu Landregisillum Magistrum Palatii constituit. Ebroinus verò, abjecto cucullo, regiâ gazâ interceptâ, & Magistro Palatii occiso, regni administrationem invasit.

In SCOTIA *Maldoinus* pacem cum omnibus vicinis fecit, & seditionem inter Argatelios & Levinianos, qui in Æbudas fugerant, exortam [illegible] sedavit, ut pœna eorum cæteros in officio continuerit. — *Buchan. l. 5.*

In BOHEMIA Libussæ puella *Valasca*, divinationum perita, arcis tutelam indepta, pertractis in suas partes primò virginibus, mox, quibus cum viris male conveniebat, uxoribus, dominatum muliebrem induxit; Devinum castrum ad Vultaviam flumen exstruxit, & *Przemyslaum* in Vicegradensi arce obsedit. *Przemyslaus* cum aperto Marte frustrà tentari puellas videret, sub specie delendæ arcis invitatas, interfecit, & Valascâ in prælio cæsâ, puellare jugum excussit. Dicitur primus argentarias in Bohemia coluisse. — *Dubrav. l. 2. [illegible] Hist. Bohem. c. 7. 8.*

Intra hoc tempus *hyems* adeò vehemens & diuturna fuit, ut & homines & animalia interirent. *Cometes* insigniter fulgentibus radiis apparuit. Obeidus quidam apud Muhaviam Calipham CCC annos vixit. *Fames* & **pestis* in Syria vehementer grassabantur. *Luna* penè tota nocte in — *Cedren. [illegible] l. 4. c. 4. [illegible] S. l. 1. c. 7.*

 sangui-

Sigebert. in Chronico. sanguineo luctu laboravit. *Vesuvius* mons maximas flammas eructavit, quarum cineribus finitima exusta sunt. *Stella* noctu juxta Vergilias cœlo Anastas. sereno, inter nativitatem Christi & Theophaniam, obtuso lumine & luna apparuit.

SACRA.

ROMÆ præfuere Ecclesiæ successivè * *Adeo-* Beda lib. 4. cap. 5. *datus*, † *Donus*, * *Agatho*, † *Leo II*, * *Benedictus II*. & † *Johannes V*. Sub *Agathone*, qui erat Romanus & Monachus, in Anglia constitutum est, ut Pascha à quindecima Luna ad XXI * celebretur. In *Concilio* verò *Toletano* Hispania in certos Archiepiscopatus, & Episcopatus octuplicè Beda de loc. Sanct. distributa † est. Sub *Dono* Antiochenus & Constantinopolitanus Episcopi Monotheletæ, Pontifices Romanos damnarunt, eorumque nomina ex sacris tabulis eraserunt. Sub *Agathone*, qui Panormitanus erat, sudarium Christi, octo pedes longum, Judæis ereptum & per ignem probatum, Christianis à Saracenis restitutum est. Wilfridus, Episcopus Eboracensis, in Frisiam Romam pergens, delatus, multos ad fidem Christianam convertit Constantinus *Concilium Œcumenicum VI* Ado Vienn. Anastas. in Agathone. *Constantinopoli* indixit, ac CCLXXX Episcopos in unum contraxit. Jussi sunt, omissis disputationibus philosophicis, pacifico colloquio de vera fide perquirere, datis de bibliotheca Constantinopolitana sanctorum Patrum, quos petebant, libellis. Convicti, qui unam voluntatem & operationem in Christo adstruebant, plurima Patrum loca falsasse. Georgius Patriarcha Byzantinus correctus est: Macarius verò Antiochenus, cum sequacibus & decessoribus, anathemate notarunt.

Theo-

Theophanes Abbas, Antiochenæ Ecclesiæ præpositus est. Post *Agathonem* vacabat sedes uno anno, & mensibus septem: intra quod tempus Constantinus pecuniam, quam pro confirmatione Imperatori mittere solebant, Pontificibus Romanis, jure confirmationis integro sibi æterno, remisit. Sub *Leone*, Abdulmelicus à Christianis templum Damascenum, oblata pro alterius erectione magna pecuniæ summa, frustra petiit. Idem peregrinationem Meccanam vetuit. Cœperuntque Saraceni Hierosolyma peregrinari. In *Synodo Toletana* venia iis indulgetur, qui Tyrannos secuti fuere. Sub *Benedicto III* confirmatio Pontificis clero Romano ab Imperatore remissa est. Sub *Johanne* Theodericus multos in Synodo, suasu Ebroini, ab Episcopatibus removit. Idem Ebroinus Leodegarium Episcopum, præcisis labiis, abscissa lingua, præcisis plantis, effossis oculis, tandem capite truncavit. Elmacin. H. S. l. 1. c. 12.

Caput IV.
DE
JUSTINIANO II. RHINOTMETO, LEONTIO, & APSIMARO.

Anni sunt 16. ad A. C. 712.

Res à JUSTINIANO gestæ ad *tres periodos* optime rediguntur. Sub *prima*, quæ *ab initio principatus ad exilium* se extendit, induciæ, cum Moavia factæ, suasu Leontii ruptæ sunt; recepta Armeniâ, pax iisdem petentibus ea conditione data, ut in dies singulos millena numismata, ser- Zonar. Tomo 3. Georg. Cedrenus.

vus & equus penderentur. Mardaitas, Libani & montium reliquorum insessores, quorum XIIM e Saracenis prædâ victitabant, & omnes Arabum civitates a Mopsvestia in Armeniam usque inhabitatas afficiebant, imprudenter nimis Justinianus amovit. Ruptæ & cum Bulgaris, sed impari fortuna, induciæ. Nam Mysia spoliatâ & vastatâ, angustiis deinceps locorum constrictus, prædam reddere, & pacem precariò impetratam novo sacramento stabilire coactus est. Item tertio post in Saracenos anno; eo confidentius, quod è Sclavica gente, quam περιούσιον vocabant, XXXM armatorum adfuerint. Damum culpæ, quod pacem perfidè colerent, & monetam auream non Imperatoris imagine signatam mitterent. Saraceni, qui, implorato perjurii ultore Deo, scriptas pacis conditiones hastis alligarant, primo congressu victi sunt: at postquam, Sclavorum Duce pecunia corrupto, XXM transfugissent, Imperator desertus, vix Leucaten pervenit; Sabbatius, Armeniæ Prætor, eandem Saracenis tradidit; & Muhamedes, frater Abdulmelichi, cum suis Sclavis locorum peritis, Romanos multis in locis afflixit, & ingentem multitudinem in captivitatem abduxit. *Exilii causa*, nimis dissoluta reipublicæ domesticæque administratio erat. Nimiam enim indulsit potentiam duobus præcipuè Sycophantis, uni Theodosio Ex Monacho & Logothetæ generali, altero Stephano Eunucho, Imperatoriæ pecuniæ quæstori & Sacellario designato. Hi inter multa avare & crudeliter administrata, ne ab Imperatoris quidem matre manus cohibuere; imo perfecere, ut Leontius san-

tanquam affectati Imperii ſuſceptus, in carcerem conjiceretur; & cædes Callinici Patriarchæ, aliorumque præclarorum virorum, qui eorum violentiæ obſtabant, ab Imperatore permitteretur. *Leontius* igitur, ſimul ac poſt biennium è carcere exaſſet, inſtigantibus amicis, Paulò imprimis Aſtrologo, ope eorum prætorium occuparit, ergaſtula effregit, & per incarceratos Juſtinianum imperio dejecit; eoque capto, & manibus truncato; unde *ῥινότμητος* dictus eſt, ac Cherſonam relegato & adulatoribus illis funibus ad pedes alligatis, per urbem tractis, ac extra eam vivis combuſtis, facile impetravit a legionibus, ut Imperator eſſet. Hærente in exilio Juſtiniano, occupavere Diacon. l. 2.
696 Saraceni Africam. Africam Sergius Patricius eis prodidit. Leontius igitur Johannem fratrem cum univerſis copiis eò miſit, qui feliciter initio rem
697 gerit; ſed poſtea, Saracenis ejectis, incolæ indignisſimè à militibus habiti & reduces cum claſſe Saraceni, per intemperantiam eorum, ſuperiores facti ſunt. Timentes ergò milites, ne reverſi Conſtantinopoli, rationem ſuæ [illegible] reddere cogerentur, *Apſimari*, Cibyrreotarum Drungario, Imperatore ſalutato, in urbem inopinatò trajecerunt; & pœnâ talionis a Leontio ſumptâ, præciſis naribus, ab imperio in monaſterium eum detruſerunt, poſtquam tres annos
698 imperio præfuiſſet. *Apſimarus* verò, *Tiberius* alias vocatus, per Heraclium fratrem Syriam ad Samoſata uſque pervagatus eſt, & CC M Saracenorum occidit; Armeniorum Principes, occiſis per ſeditionem Saracenis, in Romanorum ditionem ſe
[illegible] reſtituerunt; quos tamen Muhamedes acerrimè † ultus

Cedren. Zonar. Tom. 3.

† ultus est. Inde cum Ciliciæ arma inferret, uno atque altero prælio, ab Heraclio ita victus est, ut XIIM amiserit. Interim elapsus custodia Justinianus, Chagani, Hararorum Principis, sororem Theodoram in uxorem duxit: Cum vero sibi a Barbaro, Apsimari auro corrupto, insidias strui, per Theodoram conjugem rescivisset, ad Terbellinum Bulgarorum Regem fugit, ejusque operâ & Thraciam invasit, & Constantinopoli per aquæ ductum captâ, in Imperium restitutus est. Ita *redux tria* præcipue egit. *Primo* enim Apsimarum, cum fratre Heraclio, & aliis Principibus, de muro suspendit, &, interfecta magna civium multitudine, Callinicum Antistitem, demtis luminibus, Romam exulatum misit. *Deinde* orta cum Bulgaris de finibus controversiâ, Anchialum quidem occupavit; sed cum securius ageret, ita fusus est, ut vix cum paucis naviculâ tantum evaserit. Crudelitate tandem inaudita, imperiose & vita excussis illustribus [illegible], quem minime dignabatur, apparavit. Subinde dormienti Justiniano videbatur aquila caput *Philippi Bardanæ*, unius ex Patritiis, obumbrare. Misit ergò eum in exilium, & pro more quidem ejus seculi Chersonam. Successu verò temporis, sive æmulo se liberaturus, sive à Chersonensibus, & Bosphoranis ob insidias ei structas pœnas sumpturus, misit ed eos sub Mauro Patritio & Helia Prætore, exercitum; & Chersonenses repugnatos promiscuè omnes interimi (quidam in verubus ligneis assati sunt) solos impuberes ad se mitti imperavit. Post mense Octobri in naves impositi omnes, sæva oborta tempestate sub-

mersi

mersi sunt. Chersonenses autem, qui reliqui fuerant, postquam id una cum Bosphoranis cognovere, Philippicum apud se exulantem Ducem sibi legere, ac victis populis sibi adjunctis, Imperatorem contra Justinianum salutavere. Justinianus itaque classem & exercitum contra eos misit, qui ope Cazarorum à Ponticis, ab oppugnatione Chersonæ depulsis, ad crudelem Imperatorem re infecta redire timens, muneribus eximiis invitatus, ad Philippicum descivit. Et cum hujus rei propius explorandæ gratia Justinianus ad Sinopem usque progressus esset; frustra re comperta, Constantinopolim redire maturavit. Nam
[illegible] Helias Prætor cujus uxorem, interfectis in ipsius sinu liberis, Coquo fœdo nubere coëgerat, Amastri urbe capta, sua ei manu caput amputavit: filiusque ejus Tiberius, quem è Theodora susceperat & imperii crearat consortem, e templo abstractus, pecudis instar, secto gutture, occubuit.

CONTEMPORANEA

[illegible] Apud SARACENOS sub *Abdulmelico* [illegible] magnæ erant turbæ; quas Imperator movit, sunt à nobis in Justiniano expositæ. Muchtar, fuso per Ibrahimum Obeidallâ, aliquot urbes cepit. [illegible]
Musabus verò F. Zubeiri Basræ præfectus, Cufâ
[illegible] recepta, eosdem internecione delevit. *Azraitæ*, natio Charisæa ex Perside in Iracam & Medai-
[illegible] num irrupere. Hos Omar Temimæus in Caramaniam recedere coegit. Mahlebus rediens de Chalide & Abdalazizo triumphantes fugavit, &
[illegible] in aliam † provinciam rejecit. Hegiagius feliciter

citer, duce Siabibo, certantes, eo submerso, repressit, Mahlebus in Tabristanam rejectos, & Ashido ipsorum Regi graves, ab eodem proditos partim cecidit, partim cepit. *Omar* Damasci præfectus, ab Abdulmelico contra Abdallam egregie rebus, rebellavit & ab eodem reduce, contra fidem datâ interfectus est. *Hagiagius*, Abdulmelici Dux, expugnatâ Mecca, Abdallam æmulu, qui cum egressurus ad pugnam mosci libram ebibisse dicitur, capite truncatum, cruci affixit, & quicquid in Caaba exstruxerat *, diruit. Mohamed, Abdulmelici Dux, Hararis bellum intulit, in quo primo assultu CM amisit, Armeniam ingressus Hararos in templis combussit, & ad portā porum obsessos, Islamismum recipere coegit. Abderrhamam indignatus, quod ab Hagiagio cum parva manu contra Zentilum Turcarum Regem missus esset, exercitu in partes pertracto, & pace cum Zentilo factâ, Cufam & Bassam occupavit; sed à Jezido oppugnatus, interiit. Abdulmelico *Walid*, cognomento *Abulabbas*, successit. & intra hoc tempus per Cacibam Ducem terram Baikendæ, Maurenahazam, Sogdam, Farganam & Bagrasam, Turcis cæsis, occupavit; cum Rege Chovarazmiæ pacem ea conditione, ut singulos annos bis millies mille aureos numeraret, fecit; Samarcandam occupavit; & præter Mohamedem Indiam, Rege Dahero interfecto, subegit. quid in Hispania per Muzam egerit, vide ibidem. Sub Abdulmelico habebant Tabaristani suos Principes, quorum primus Tabarhan fuit. Reliqui quatuordecim, nonnisi de nomine & principatus annis noti sunt.

Elmacin. l. 1. 13.

Hottinger. in Hist. Orien. l. 1. c. 8.

In

In ÆGYPTO & reliqua Africa quid acciderit, in Justiniani historia attigimus. Elmacinus addit, a Monachis singulis aureum sub Abdulmelico tributi loco in Aegypto ab Abdulazizo præfecto fuisse exactum. Corabem verò præfectum templum Mitfræ cathedrale cum cynedis & lusoribus ingredi solitum fuisse; quin & presbyterum subsellia cum iis, cum preces fierent, occupasse. | AFRICA. ... Elmac.

In GERMANIA apud BAVAROS mortuus est *Grimoaldus*, Pipini per Plethrudam gener, relicto filio *Theodone VI* cujus filii ex Glislonotha *Theodo VII*, *Grimoaldus II*, & *Hugobertus*, Bavariam in quatuor partes diviserunt, quæ tamen postea ad solum Hugobertum devenit. | EUROPA. Aventin. l. 3. Boiar.

In HISPANIA Gothica mortuo, postquam acerbiores quasdam Bambæ leges abrogasset, *Ervigio*, fuere successivè, *Egica*, *Vitiza* *, & † *Rodericus*. *Egica*, Ervigeri gener, & Bambæ consanguineus, regnum adeptus, odio soceri Cixilonem uxorem repudiavit; & de quibusdam proceribus, qui in deturbando Bamba socerum juverant, supplicium sumsit. Dein, seditione a Sisberto Episcopo Toletano excitata, ter cum Francis, adversa semper fortuna, conflixit; tandem tamen turbas ita sopivit, ut Episcopus in exilium pelleretur. Sub eo etiam contra Judæos Hispaniam Saracenis prodere volentes, actum est, ut, æternæ servituti patrum sententia mancipati, fisco addictæ, & liberi utriusque sexus septennes & minores Christianis commissi sint. *Vitiza*, Egicæ ex Cixilone F. ... primo boni Pontificis, in exulum restitutione & Schedatum, quibus | Mariana l. 6. c. 18. Vaseus. Summa ... Gara...

bus delicta & infamiæ notæ continebantur, exuſtione, dedit; mox declinavit. Magno enim numero concubinas juſtarum uxorum loco alium lege lata, ut in cunctis liceret. Mox, cum multorum invidiam excitaſſet, & illi ad Recesvinthi ſobolem, Theodefredum & Favilam, reſpicerent, illum quidem excæcavit, hunc vero illiſum percuſſum, interfecit, ut uxore ejus liberius frueretur. Acceſſit his Urbium à Mænibus nudatio, quam pacis publicæ conſervandæ prætextu inſtituit, revera, quia tyranni, ubi ſemel eorum animos pravitas occupavit, ipſa præſidia metuunt. *Rodericus*, Recesvinthi nepos, Imperatoris Romani auxiliis munitus, Vitizam in prælio captum excœcavit, & filios ejus duo Hiſpaniâ expulit. Hi in Tingitanam Africæ provinciam, conjuratione primùm cum Juliano Cantabriæ Comite, in cujus locum Pelagius ſubſtitutus erat, & Oppa Præſule, inita abivere. Julianus, cum Roderico, ut ſubditis ſuis arma adimeret, perſuaſiſſet, occaſionem Saracenis, Duce *Tarich Abuzarca*, in Hiſpaniam trajiciendi, & quædam loca occupandi, dedit, cùm verò Rodericus ipſius Filiam in Gynæceo educatam compreſſiſſet, XII M Saracenorum, Muza mittente, in Hiſpaniam invitavit; qui primò Eneconem Roderici conſobrinum, mox & Rodericum ipſum, vicêre.

Mariana l. 6. H. H. cap. 19.

Roder. Toletan. Hiſtor. Arabũ c. 9.

In ITALIA apud LONGOBARDOS, extincto Perthario, fuere ſucceſſive *Cunibertus* † F. *Luitbertus* *, *Raginbertus*, & *Aripertus*. Cuniberto cum Alachi, Tridentinorum Duce, ſibi rebelle, *bellum* erat. In eo Ticinum, quod ille aſtu præripuerat, Aldone & Grauſone, ejus ſtrenpru-

VVarnefrid H. L. l. 5. 4. 8-adſi. ...m.

prudentiore dicto offenderat, prodentibus interceptum; Alachis duobus prælis, quorum unum Duce Thoma Diacono commiſſum eſt, victus; & juramentum ejus, de implendo teſticulis clericorum puteo, ſi victoria potiretur, ir-
4 ritum factum eſt. *Luitbertus* aliquot duntaxat menſes præfuit. *Raginbertus* enim, Dux Taurinenſium, Anſprando illius tutore ad Novarias victo, regnum invaſit. Sed & ipſe tres duntaxat menſes præfuit. Nam domum à prælio redux,
701 animam invitus exhalavit. *Aripertus*, Raginberti F. poſtquam Anſprandum, bellum reparantem, victum in Bojoariam fugaſſet, Luitbertum puerulum, captum in balneo vita privaſſet, Rotharicum Ducem, Bergomenſium regnum invadentem, Taurinum in exilium miſiſſet; Alpes Cottias Romano Pontifici donavit, & donationis inſtru-
704 mentum, aureis literis perſcriptum, Romam * miſit. Interea Dux Beneventanus Giſulfus, Campaniam aggreſſus, aliquot loca ſibi ſubjecit. EXAR-
6 CHI fuere *Theodorus* Calliopæ ſucceſſor, *Joannes* † *Platon*, qui Romæ templa ſpoliavit; *Theophylactus*, ab Abſimaro miſſus, cujus adventu Roma ita territa eſt, ut militares copiæ undiquaque convolarent, & Pontifex portas Urbis, ne cædes perpetrarentur, clauderet; rebus Romæ compoſitis Ravennam ſe contulit, & *Johannes Rizocopus*, Anaſtaſ.
qui Ravennam profectus, crudeliter in cives graſſatus eſt, & quoſdam ex clero interfecit. Intra hoc etiam tempus VENETI, qui primò à Conſulibus, mox a Tribunis, ex ſingulis Inſulis cum perpetua poteſtate electis (ſub quibus, in ipſo ſtagnorum aditu, & paludum fine, *Heraclia* in Veneto-

 rum

rum ditione condita, everso Altino, Torcellum exstructum & frequentatum, exundante Heracleensium multitudine Aequilium habitari ceptum, & in oppidi formam redactum; Metamaucum ædificiis occupatum est) regebantur, Ducem, ad quem a Tribunis provocatio esset, sibi creavere. Primus *Paulutius Anafestus* Heracleanus erat, qui inito Magistratu, omnia se recte curaturum, quæ pro Reip. dignitate essent, juravit; cum Luitbrando Longobardorum Rege foedus icit. Aequilinos, seu Jesulanos, deficientes, auctoritate potiùs quàm armis ad imperium retraxit, & Heracliæ fines à majori planitie ad minorem usque protulit.

Leand. de increm. Reip.Veneta

In ANGLIA præfuit CANTIANIS post *Lotherum*, qui in prælio contra Australes Saxones cecidit,* *Edricus*&*Withredus*† Fr. OCCIDENTALIBUS Saxonibus, post *Kenwinum*, *Cenwalla*, * Kenrici * abnepos, & *Ina*, Kenrici † pronepos. ORIENTALIBUS *Sigehard* & *Senfrid* * fratres, *Offa* † Sigeri F. & *Selredus* * Sigeberti boni F. NORTHUMBRIS *Alfridus* † Oswii nothus, & *Osredus*, Alfridi * F. MERCIIS *Kenredus* †, Wolferi F. & *Cedredus* *, Etheludi F. ORIENTALIBUS ANGLIS *Beorna* †, Ethelheri Filia.

Sigebert. in Chronic.

In GALLIA successere *Theodorico*, * *Ludovicus* † *Childebertus*, & *Dagobertus* *. *Theodorico* adhuc regnante, mortuo Wulfaldo, Majore Domus in Austrasia, Pipinus Ansegini F. Princeps cum Duce Martino factus est. Ebroinus hos persecutus in agro Laudunensi fudit. Ebroinum Ermenfridus in lectulo nocte jugulavit. Waratho, illius successor, cum Pipino pacem ...

poſcente, dubio ad Namurcum Marte congreſſus
eſt. Sed Bertharius, qui hunc excepit, ab eo vi-
690 ctus, & Major domus per totam Franciam factus
697 eſt. Ludovicus per eundem Pipinum Friſios, cum *Annal. Friſ.*
Radbodo eorum Duce ſuperatos, celebri victoria
Clodoveo ſubmiſit, quo bello confecto, Pipinus
Alpaidem concubinam conjuge Plectrudi ſuper-
698 induxit, ex qua *Carolum Martellum*, genuit. Sub
Childeberto Pipinus Grimoaldum F. Majorem *Sigebert. in Chron.*
Domus loco ſui conſtituit, eidemque Filiam Rad-
bodi, Friſiorum Regis, collocavit. Dodo, qui
Lambertum, Pipinum ob Alpaidis concubinatum
objurgantem, interfecerat, à vermibus conſum-
ptus & ob ingentem fœtorem in Moſam demerſus
eſt. De *Dagoberto* ſequenti capite agemus.

In SCOTIA excepere Malduinum ab uxore
ob ſuſpicionem de pellice ſtrangulatum, quæ et-
iam quarto poſt die viva cremata eſt, *Eugenius* * *Buchan.*
689 *V*, *Eugenius* † *VI*, *Amberkelethus* *, & *Eugenius* † *Hiſt. Scot.*
692 VII. *Eugenius V*, Dongardi F. bellum cum Eg- *l. 5.*
701 frido Northumbrii, elapſis induciis, geſſit. In eo
704 Egfridus, cum Pictis Gallovidiam populatus, in
prælio univerſum ferè exercitum amiſit, ſequenti
anno redux, in inſidias pertractus, cum ſuis omni-
bus conciſus eſt. Picti ademptos ſuperioribus
bellis agros occupavere, & Britones cum Scotis
Northumbriam ingreſſi, magna eam clade affi-
cere. *Eugenius VI*, Ferchardi F. cum Alfredo Eg-
fridi ſucceſſore, pacem coluit, cum Pictorum verò
gente, excurſionibus vario eventu ſæpe pugna-
tum eſt, fruſtrâ nitentibus Cutberchto Anglo, &
Adamanno Scoto Epiſcopis, rem componere.
Amberkelethus, Findani F. Eugenii V nepos, Prin-

ceps flagitiosus, bello à Garnardo, Pictorum Rege, pellitus, in eodem, noctu, cum ad necessaria naturæ egrederetur, sagittâ, incertum à quo missâ, occisus est. *Eugenius VII*, ejusdem Fr. cùm spei parum in exercitu reponeret, bellum acceptâ sponsâ Garnardi F. nuptiis finivit: hæc non adeò multò post à duobus Atholiis in lectulo confossa, noxii deprehensi, exquisito supplicio puniti sunt.

Michov. Chron. Pol. l. 1. c. 5. Guagvin in Comp. Cromerus Hist. Pol. l. 2.

In POLONIA exosi XII Palatinorum imperium subditi, Cracum quendam, fortè ex Palatinis unum, in Principem elegere. Hic Francos per Pannoniam in Poloniam se infundentes, profligavit; Cracoviam extruxit, & Holophagum in antro montis, cui Cracoviensis arx superimposita est, cubile habentem, astu interemit.

Dubrav. H. B. l. 2.

Æneas Sylv. H. B. c. 9.

In BOHEMIA successit *Przemislo*, seu Prometheo *Nezamislus* seu *Epimetheus* F. quem excepit *Mnatha*. Ille Gurimensem Satrapam, sub specie vendicati sibi a Patre pagi in agros irrumpentem, captum, naribus & auriculis privavit. Hic Vicegradensem præfectum, ad Principatum, quòd Mnatham venationibus nimium indulgere videret, anhelantem, mortem sibi inferre coëgit. Intra hoc tempus inventus est fons aquis salsis scaturiens, ad quem oppidum *Slana* conditum est; Cùm verò Slanenses cum Zatecensibus de salinis contenderent, brevi idem tempore evanuit. Historiam eorum sub A. DCCLXXXIII vide.

Sub istis etiam Imperatoribus, tantus fuit Solis defectus, ut stellæ apparerent. Septem dies per totam Britanniam *sanguine pluisse*, converso etiam lacte, caseo, & butyro in sanguinem, dicitur. Ex doctis floruit *Beda*.

SAXA-

SACRA.

ROMANÆ Ecclesiæ præfuere, post Johannem, *Conon* † Thrax, *Sergius* * Syrus, *Johannis VI* † natione Græcus, *Johannes VII* *, *Sisinnius* † & *Constantinus* *, natione Syrus. Sub *Conone* Cilianus, Monachus Hybernus, Christianam religionem in Francia Orientali docuit. Julianus Episcopus Hispanus, contra Judæos, qui nos verum annorum à condito Mundo numerum tenere negabant † scripsit. Post ipsius mortem, schisma inter Paschalem Archidiaconum & Theodorum Archipresbyterum exortum est, nec citius finiri potuit, quàm, Sergio electo, Paschalis ab Exarcho in monasterium concluderetur. *Sergius*, ut tempore Cœnæ Domini *Agnus Dei qui tollit peccata mundi*, canere, constituit. Sub eo, opposuit se in *Concilio Toletano XV* asperius Pontifici R. Julianus Episcopus. Wigbertus Anglus, frustrà apud Frisios, Ruginos, Danos, Saxones, Verbum Dei annunciavit. Ceadvalla, Westsaxonum Rex, Romam abiit, baptismum ibi recepturus. *Chilianus*, Francorum Apostolus, a Gola, Ducis Gosberti conjuge, nocta clam cum sociis interfectus est: locus sepulchri lapidibus stratus, &, ut equorum ibi esset stabulum, statutum. In *Synodo Cæsaraugustana*, ne uxores Regum post illorum obitum secundas inirent nuptias, sed inter moniales degerent, cautum est. Suidbertus Anglus Bructuarios in Christiana religione instituit. Callinicus, Patriarcha Constantinopolitanus, convocato *Constantinopoli Concilio*, Canones quàm plurimos de disciplina Ecclesiastica, & de Conjugio Cleri-

Margin (left): 686, 687, 701, 705, 707, 708, 688, 688, 691

Margin (right): *Baron. Tomo 8.* — *Beda l. 5. c. 7.* — *Beda lib. 3. cap. 27.*

Tomi Concilior. Clericorum, quibus illud permittitur, nomine Sextæ Synodi edidit. hos cum Sergius recipere nollet, & frustrà vi per Zachariam Protospatarium sollicitaretur; cepitse Ecclesia Orientalis ab Occidentali separare. Wigbertus, Wilbrordi

Annal. Frisia. Consobrinus, quòd *statuam Jovis & Fostæ* everitisset, à Radbodo Frisiorum Rege, interfectus


Baron. T. 8. est. Suitbertus, Episcopus Westphalorum, nobilem adolescentem, in Rheno submersum, ad vitam revocavit. Radbodus, Frisiorum Rex, cum a Wulfrano Episcopo Senonensi baptizandus esset, & majores suos in inferno esse audivisset, statim pedem ex baptismo retraxit; &

Annal. Frisia. *malle se cum majoribus suis, & magna frequentia in inferno esse, quam cum misero populo Christianorum & clericis in cœlo*, respondit. In *Sinu* dicuntur Bontii, Pagodum sectatores, postquam religio Christiana per X. provincias divulgata esset, contra eandem insurrexisse defendentibus Johanne quodam sacerdote, & ... quibus maxima a Rege authoritas. Collocata enim quinq; Regum in templo effigies. erecta altaria, & Ecclesiæ dotatæ sunt. Indi frustra Episcopum & Presbyteros, a Simone, Patriarcha Alexandri-

Elmacin. H. S. l. 1. c. 12. no, petiere. Sub *Johanne VI.* Isaacus, Patriarcha Alexandrinus, ne Patriarcha, nisi die Solis proponeretur, instituit. Simon Syrus, ejus successor, Indorum Episcopum & presbyteros jus-

Cedrenus. su Aegypti Caliphæ ordinavit. Callinicum Patriarcham Constantinopolitanum, depositum & oculis privatum, Romam Justinianus relegavit. Sub *Johanne VII* Suibertus apud Bructuarios Dæmoniacum sanavit. Caribus, Waldu Dux,

Dux, in Regno Chowarazmæ templum exstruxit, *Elmacin. l. c. H. b. l. 19.*
& idola, quæ clavis aureis, LM drachmas pendentibus, affixa erant, combussit. Sub eodem jussit Walid templum Christianorum, pro quo ipsis XLM aureos offerebat, Damasci destrui, & Mahumetanum, in quo exstruendo XIIM lato- *Elmacin. H. S. l. 1. c. 13.*
707 mi occupabantur, & CCCC cistæ aureorum, quarum singulæ XIVM aureos continebant insumtæ sunt, erigi. In fundamentis hæc sculptura inventa esse dicitur: *Cum mundus hic productus sit, neque productionis ejus ulla exstent vestigia, hoc signum est, eum habere authorem, cui nemo similis est, quemque celebrare, colere, & adorare oportet. Aedificavit hoc templum Muhibbulchasenus (idest, Amans boni) anno quarto annorum Ustuwanæ. Intuenti autem si visum est ædificatoris ejus meminisse, apud Creatorem ejus id faciat. Vale.* *Sisinnium* adeo afflixit podagra, ut nec cibum quidem capere posset, & subitò morere-
709 tur. *Constantinus*, à Justiniano evocatus, ut controversiæ de Canonibus sexto Concilio additis finis imponeretur, Constantinopolim ivit, & honorificè receptus est. Felix verò, Episcopus Ravennensis, quod in sui confirmatione
710 nec formulam obtemperandi scriptam dare, nec *Anastas. in Const.*
pecuniam Romam mittere voluisset, a Theodoro Patritio captus, & in Pontum relegatus est.



CAPUT V.
DE
PHILIPPICO BARDANE, ARTEMIO ANASTASIO, & THEODOSIO III.

Anni ſunt 5. ad A. C. 717.

Zonar. Tomo 3. Sigebertus in Chron. Cedrenus.

PHILIPPICI BARDANIS, ARTEMII ANASTASII, & THEODOSII III, momentanea fere imperia fuére. *Ille* cùm & Monotheletarum errorem reducere conaretur, & Bulgaros impunè ad portam Conſtantinopoleos Thraciam vaſtare, Saracenos verò Antiochiam Piſidiæ occupare, permitteret; in odium Procerum venit, atque ab illorum duobus, ut ſomno indulgeret e convivio digreſſus, domi ſuæ luminibus, anno imperii ſecundo, privatus eſt; Artemio Secretariorum Principe, Imperatore renunciato. *Artemius*, qui & *Anaſtaſius II* dici debuit, cùm Saracenos claſſem in Phœnicia inſtruere, qua Conſtantinopolim obſiderent, audiviſſet; eos præveniendos ratus, tum civibus de commeatu ſibi in triennium proſpicere, & qui re arctiori eſſent, emigrare imperavit: tum Claſſiarios, igni marino armatos ire juſſit, ut Saracenorum apparatum incenderent. Claſſiarii, ex his audentiores, Johannem Diaconum, pro imperio eos alloquentem Rhodi confodere, & *Theodoſium Adrumettenum*, tributa colligentem, invitum imperare coëgere. *Theodoſius III*, Conſtantinopolin verſus progreſſus, ſemeſtribus præliis Artemianos fatigavit, ac tandem proditione quorundam in Urbem admiſſus, diripiendam ſeditioſis & auxilioribus ſuis Gotho-Græcis

715 Græcis permisit; Germanum Patriarcham novellum, cum Principibus, pro Artemio stantibus, vinculis constrinxit; Imperatorem ipsum, Niceæ se tradentem, ejurato Imperio, tonderi in Clericum, & Thessalonicæ exulare jussit. Cum verò Leoni Isauro, Orientis Duci, Artemii partes secuto Saracenos & Armenios Imperium deferre, & filium suum Theodosium ab eo captum audivisset, purpurâ semetipsum exuit; atque acceptâ fide, nihil in se consultum iri graviùs, vitæ reliquum tranquillus Ephesi pro clerico exegit. Filius eandem amplexus sortem, sibi potius quàm aliis, imperare didicit. Hoc imperante, cepit Muslimas, Suleimanis Califæ frater, Pergamum. Nam cùm oppidani, Magi cujusdam instinctu, dissecto mulieris prægnantis utero, fœtus ejus sanguine dextras inunxissent manicas, justo Dei judicio victi, nefariæ impietatis suæ pœnas explverunt.

CONTEMPORANEA.

Apud SARACENOS ejecit *Walid* Alim F. Abdallæ Damasco, eumque Homaimæ considere jussit: ubi viginti ampliùs liberos, mares genuit; quin eundem LXX plagis cecidit, quòd Salitum à patre ejus cognominatum, occidere in animo habuisset. Sexaginta tres uxores duxit, & primus nosocomium languentibus, & Xenodochium, fabricavit. Dicitur iram cohibere non potuisse. Sub eo mortui sunt *Zainulabidinus* F. Huseini, Alis nepos, ob multitudinem Orationum *Orator* dictus, cujus pensum diurnum mille ingeniculationes erant; & *Hagiugus*, Iracæ præfectus, qui CXXM hominum, illis qui in prælis 7?? ... *ASIATICA* *Elmacin. l. 1. H. S. c. 1?*

Bbb 5 periere

periêre exceptis, partim in carcere, partim alibi extinxit. Quæ in Hispania gesta sunt, suo loco dicentur. Walidi successit *Suleiman*, cognomento *Abiobius*, ejus Fr. Huic cum se Catibas, Corasanæ præfectus, opponere voluisset, à Corasanis occisus est. Idem, per Jezidum Ducem, Tabristanam & Giorgianam cepit, & ipsius incolis tributum imposuit. Cum verò mensura Nili, quæ Halvani erat, collaberetur, aliam in insula illa, quæ est inter fluvium Fustatæ & fluvium Giizæ, exstrui curavit.

Elmacin. l. 1, 14.

AFRICANA. In ÆGYPTO quid acciderit, modo in Saracenicis dictum est. Ibidem Asama Præfectus ita in incolas grassatus est, ut eos libidini suorum Ducum exponeret. Monachos in manibus annulo ferreo signavit: non signatis manus amputabantur. Viatores diplomate liberi itineris non instructi, decem aureis mulctabantur, &c.

In GERMANIA nihil occurrit.

In HISPANIA commisit Rodericus cum Saracenis prælium, occisisq; licet XVIII suorum, cecidit tamen ipse; & Barbari passim Hispalin, Emeritam, Legionem, Toletum, Cordubam, partim vi, partim Judæorum & aliorum proditione occupassent, Hispania potiti, Cordubæ sedem aulæ posuere. Inter cætera, quæ Taric Abenocair inde evexit, erat & mensa lapidea, coloris viridis, trecentorum sexaginta pedum, ex uno lapide constructa, quæ in villa quadam Medinat-almeyda dicta, inventa est. Proditorem Julianum miserè cum suis periisse fama est. Nam uxorem a barbaris lapidibus obrutam, filiam ex Septensi turri præcipitem datam, ipsum per-

Roderic. Histor. Arab. c. 9. & 10.

Mariana H. H. l. 6. c. 25.

perpetuæ custodiæ in Oscensi agro, jussu Maurorum, manciparum ferunt. Primus autem SARACENORUM in Hispania Princeps erat *Alluza*, qui à Tarico apud Walidem delatus, quasi multa ex Hispanica præda intervertisset, ab eodem mille millibus & decies centum solidorum millibus mulctatus, mœrore vitam finivit. Excepere eum intra hoc tempus *Abdulazis* F. qui multa in Valentia loca occupavit; sedem suam Hispali posuit; & ducta Roderici R in uxorem vidua, diadema sibi imposuit: *Aiub Aben Habib*, qui aulam Cordubam transtulit, & urbem Calatayub ædificavit: *Alaabor*, qui Narbonensem Galliam vastavit, citeriorem Hispaniam, in qua quidam Christiani rebellarunt, subjugavit; & Cordubenses emunxit.

In ITALIA apud LONGOBARDOS *VVarnefrid*

712 rediit *Ansprandus*, Bavarorum, apud quos exulaverat, auxiliis instructus, regnum repetiturus. *H. L. l. 6. c. 35. & 34.*

712 *Aripertus* cum eo prælio congressus victoriam quidem obtinuit: sed cum, mutato consilio, in Galliam fugeret, in Ticino fluvio, navi nimium onerata, submersus, regnum Ansprando reliquit. Hic est ille Aripertus, qui nocte, mutato habitu, urbem perlustrare, & quid de se singuli dicerent, & quomodo à suis judicibus jus diceretur, explorare solebat. Legatis exteris vilibus indutus vestimentis occurrebat, ne nimis Italiæ insidiarentur. Ansprandus, postquam per trimestre præfuisset, successorem *Luithprandum* F. habuit. EXARCHUS *Johannes*, cùm in quosvis crudeliter grassaretur, à Civibus Ravennæ trucidatus est. Succeffit ei *Petrus* *Anastas. in*

712 quidam; *Constantino*

quidam; cui urbem cum valido comitatu ingredienti, & imaginem Philippici adferenti, Christophorus Primicerius cum firma civium manu ſeſe objecit, & commiſſo in ſacra via pro Palladio certamine, cedere eundem coëgit. Receptus tamen eſt poſtea, cùm abjectâ Philippici imagine, commodis eorum ſe conſulturum juraſſet.

De BRITANNIA nihil occurit.

Sigebert. in Chronico. Ad Viennenſ.

In GALLIA, vivo adhuc Dagoberto, Grimoaldus Pipini F. Major domus, quòd conjugem ſuam Radbodi filiam parvifaceret, Leodii in Templo à Radbodi ſatellite interfectus eſt. Pipinus Theodebaldum F. Drogonis Majorem Domus fecit, & moriturus Carolum Martellum Principatus hæredem dixit. Plectrudis, Pipini vidua, regnum Franciæ conſiliis ſuis per Theodebaldum adminiſtravit, & Carolum privignum captum Coloniam in cuſtodiam deduxit. Dagoberto mortuo, Proceres, muliebre exoſi imperium, *Childericum* Dagoberti Fr. ex cœnobio retractum, regem creavere: eique Raginfredum Majorem domus addidere, qui Plectrudem victam, cum nepote, præfecturâ exuit. Interim Carolus Martellus, cuſtodiâ elapſus, cùm Radbodo in Colonienſes moventi occurriſſet, ab eodem victus eſt.

De SCOTIA, POLONIA, & BOHEMIA nihil dicemus.

Intra hoc tempus *Tiberis* ita *exundavit*, ut in via lata ad unam & ſemis ſtaturam excreſceret, & à porta S. Petri ad pontem Milvium aquæ ſe protenderent.

SABBA-

SACRA.

*714 ROMÆ excepit *Constantinum Gregorius* * *II. Illo* adhuc sedente, Philippicus Monachi cujusdam Monotheletæ (qui ab eo adhuc exule Synodi sextæ abrogationem stipulatus, imperaturum esse prædixerat,) secutus judicium, Monotheletarum sententiam approbavit, ejectoque Cyro Patriarcha, alium illius factionis substituit, per quem acto conventu infirmavit, quæ in Monotheletas erant decreta. Ideò Constantinus Papa, cum populo Romano nomen, literas, & imagines ejus planè respuit, prætexens hæreticum esse imperatorem, cui nulla debeatur obedientia. De Gregorio in sequentibus.

CAPUT VI.

DE

LEONE ISAURICO.

Anni sunt 25. ad A.C. 742.

LEO inter familiares Justiniani adscitus, atque ab eo Abasgis domandis in Ælaniam seu Albaniam missus, extincto ipso, & Philippico excæcato, Orienti ab Artemio Rector datus fuerat: hoc amoto, favori militum & Artavasdi Prætoris Armeniorum, cui filiam Annam desponsarat, fisus ad imperium emersit. Res ipsi imprimis erat, cum *Suleimane, Omare Hisiamo.* Califis; *Sergio Artemio*, rebellibus: *exercitu suo* seditioso, & *Pontificibus Romanis*. *Suleiman* & *Omar* mari & terra, tam arctam Constantinopoleos obsidionem instituere, ut in sequentem annum duraret.

Zonar. T. 3.
Paul. Diac. Miscell. Hist. l. 21.
Cedren. in Synopsi.

[illegible]

Pro-

Profuit tum Græcus, ut vocant, ignis Leoni, & multò magis lues, quæ cum fame pestilens, verno alterius anni tempore, infinitam eorum multitudinem extinxit; ex qua qui superstites manserunt, in prælio cum Bulgaris, quos Leo evocarat, XXIIM, amiserunt. Omnium autem maxime pro Leone ventus impetuosus cum nube grandinosa militavit. His enim supervenientibus, de MDCC navibus, quinque duntaxat cum admiratione evaserunt, & domum suis Romanæ victoriæ nuncium pertulerunt. *Hisamus* Nicæam * Bithyniæ frustrà tentavit, Cæsaream Rumillæ, Cappadociæ Metropolim, oppugnavit & expugnavit, ac ea expeditione thesauros propemodum infinitos, & ingentem captivorum numerum, cum pacto tributi LM nummûm in annos solvendi singulos, & pacem usque ad Leonis & suam mortem consecutus est. *Sergius*, Siciliæ Prætor, obsidionem Urbis Regiæ occasionem suam ratus, Tyrannidi inhiabat, eamque Gregorio cuidam è suis gerendam dedit. Sed Paulus Chartularius, missum Leonis in Siciliam præfectus, Prætorem in fugam egit, peremptoque Gregorio, Sergium supplicem in fidem recepit. *Artemius* Thessalonicæ exul, a Niceta Xilinite in novas spes recuperandæ dignitatis impulsus, Bulgarorum fultus auxiliis, Byzantium appulit. Conatus ut infelix, sic temerarius erat. Nam cùm à Byzantinis non admitteretur, Bulgari acceptâ pecuniâ eum Leoni prodidere, à quo cum conjuratis peremptus est. Opes Xilinitæ prægrandes fiscum augustum implevere. *Exercitus navalis*, Duce Agallianio & Stephano, seditiosæ, Constantinopolin adorti, sanc-

sunt. Hos Leo vicit, navibus Græco igne crematis, Agallianus se in mare præcipitem dedit. Capti vel capite plexi, vel in mare projecti sunt. Quid cum Pontificibus Romanis actum sit, in sacris & Italicis dicemus. Caussam controversia de imaginibus dedit. Res eò deducta est, ut Pontifex Romanus & tributa Imperatoris in Italia inhiberet, & Diro carmine inferorum pœnis eum devoveret, & Romam, Italiam, ac totam Hesperiam ab eo abduceret.

Contemporanea.

Apud SARACENOS *Suleiman*, postquam ea, de quibus in Leone, contra Romanos gessisset, Elmacin
Sacalibam per Muslimam cepisset, & Ramlam exædificasset, veneno à Jezide sublatus est, princeps voracissimus quidem, (centum libras quotidie comedebat) sed a sanguinis effusione abhorrens. Successere ipsi * *Omar*, F. Abdulazizi † *Jezidus* F. Abdulmeleci, & * *Hisamus*. *Omar*, princeps devotus, sustulit. Alis maledictionem, qua eum filii Omraiæ inde à Muavia in suggestu prosequi solebant. *Jezid*, cognomento Abuchalid. Jezidum F. Mahlebi, Basoræ rebellem per Muslimam fusum interfecit: filium vero ejus Muaviam, occiso Adio, Basoræ præfecto, ad Candabilem in Indiam profugum, per eundem occidit, ductu verò Omaris, Iracæ & Corasanæ præfecti, Turcarum regionem infeliciter invasit. Gierahus enim, Dux exercitus Multahara capta, Adergianam ingressus, ad Ardebilem profligatus est. Dicitur puellam quandam Hababam tam vehementer

* 717 rens. Successere ipsi * Omar
† 719 zidus
* 724 ceps devotus

ter amasse, ut & mortuam, donec fœteret, reservaret, & sepultam effoderet. *Hisiamo*, cognomento Abulwalide negotium erat cum *Turcis*, *Zeido* F. Huseimi, imperio inhianti, & *Serirdeheba* Principe. *Turcis* Muslimas Dux aliquot oppida eripuit. *Zeidum*, Cufæ res turbantem, Omar occidit: eundem Josephus Iracæ præfectus cruci affixum combussit: caput verò ejus Hisiamus portæ Damascenæ affixit. *Principi Serirdehebæ*, Mervan cognomento, Himarus bellum intulit, eidemque eâ captâ & vastatâ, tributum imposuit. Quæ ab iis in Hispania & Gallia acta sunt, suis locis videantur.

AFRICANA — In ÆGYPTO, Suleimane mortuo, injecit Alamæ Præfecto catenas *Omar*. *Jezidus* cruces fregit, & templa diruit. *Hisiamus* liberrate sue Christianos ibi relinqui voluit: cùmque Abdalla præfectus tributum duplicaret, bestias etiam numerari juberet, & Christianos nota Leonis signaret, remotum eum præfecit Africæ, in qua eadem molitus, seditione motâ, filium amisit. Sub Hisiamo *Cyriacus*, Rex Nubiæ, cùm indigne Christianos à Præfectis Ægypti haberi audiret, armatus CM equitibus in Ægyptum contendit: sed Patriarcha res meliore esse loco significante, nulla re tentata, domum reversus est.

Elmacin. H. S. l. 1. c. 13. & 17.

EUROPÆA — De BAVARIA nihil in GERMANIA occurrit.

Vasæus in Chron.

In HISPANIA, inundantibus cuncta Saracenis, Gothorum reliquiæ, *Mularabum* cognomine *Mauris*, &, qui sub illis, in Hispania, ... in Astures, Cantabriam & Gallæciam, ubi adhuc Christiani rerum potiebantur, secesserre. Hic Pela-

Pelagius vera Gothorum soboles, sororem in sua
718 absentia a præfecto Mauro stupratam indignatus, incolis in suas partes traductis, Dux belli & Rex ab iisdem creatus, Hispaniam in libertatem asserere cepit. Initia erant nimis difficilia, & Alchama in spelunca cum mille militibus obsessum ferè interceperat: sed cum singulari divina providentia animatus, eruptione factâ XXM hostium perdidisset, reliqui ex Ausenæ montis fastigio, quod fugæ initio occuparant, in Libanensem agrum delati, ad Devæ fluminis ripam, propè prædium, cui ab eventu Causegadiæ nomen fuit, montis vicini parte sponte convulsa ab imo, atque collapsa, in subjecti fluminis aquas præcipitarentur: regnum illud obtinuit & ad posteros transmi-
724 sit: cùm præsertim post illa Asturum finibus non contentus, Legionem primò, mox, affinitate cum Alfonso per Ormisindam filiam suam auctus, Gegionem Asturicam &c. ipsis eripuisset.
*736 Excepit eum * *Favila*, & hunc † *Alfonsus*, Pe-
†738 lagii gener, Petri Ducis Cantabriæ F. ex sanguine Regis Reccaredi. *Ille* nimio venationum studio Remp. neglexit, & ab urso, quem inter venandum sequebatur, dilaniatus est. *Hic* Saracenos multis in Gallia, ut audiemus, cladibus attritos, multis urbibus pepulit. Interim *Garzias* Gothus, qui hactenus Cantabris præerat, Aynsa Urbe, ejectis Saracenis, occupata, & munita,
740 initia regni SUPRARBIENSIS fecit. SARACENORUM autem in Hispania Præfecti fuere, *Zama*, qui nova & graviora vectigalia captivis urbibus imperavit; Narbone in Gallia militare præsidium constituit, & Tholosam, sed frustrà

Roder. Tolet. l. c. 12, 13.

obiedit: nam ab Eudone Cantabriæ & Aquitaniæ Duce in fugam actus & occisus est. *Adam* vel Adham, qui quintam bonorum omnium partem à captis, decimam à deditiis urbibus exegit: specie quidem pauperes, quorum ingens multitudo erat, sublevandi, reverâ ut viribus debilitatis, nulla ad rebellandum facultas esset. Idem Cordubæ pontem exædificavit; Hispaniæ tractum monti Cauno adjacentem oppressit; Turiasonem vi captam, solo æquavit, & his rebus intra biennium & menses sex actis, ferro suorum ex insidiis Dertosæ occubit. *Ambiza*, qui aliquas in Franciam incursiones fecit, & eo prætextu vectigalia duplicavit. *Jahya, Odo sfa Jemen, Antuman Alhaytam, Muhamed Aben Abdala*, quorum vix annuum imperium fuit. Albaytam, quod Zathum nobilem Saracenum contumeliose habuisset à Mahimene flagellatus, detonsus, & per Civitatem tractus est. *Abderamenus*, qui Muzio, viro præpotenti, Eudonis Aquitaniæ Ducis fœderato, & genero, quem Gallia Gothica & Ceretani ad Pyrenæi montis juga sequebantur, à se abalienato, novo bello occasionem dedit. In eo Muzius in Ceretania urbe obsessus præcipitio vitam finivit: Eudo verò ad Arelatum & Burdigalam victus, & Petrocovii, Engolismenses, Santones, Pictonesque vexati sunt, nec citius cessatum, quàm Carolus Eudoni bellum, de quo in Gallicis, intulisset. Abderameni successit *Abdelmelicus*, solâ quadriennii sævitiâ notus.

Annal. Fuldens.

In ITALIA apud LONGOBARDOS Luitprando, postquam conflatas à cognatis & domesticis insidias extinxisset, duplex bellum erat

VVarnefrid. d. l. 6. à c. 38. ad finem.

Utram-

7[illegible] *Unum* contra Paulum Exarchum, seu cupiditas habendi seu Gregorius P. R. Leoni infensus excitavit. In eo, primò Ravenna capta & direpta; equestris Imperatoris Romani statua Ticinum translata est. Exarchus dein ad Venetos profugus, ab iisdem celeriùs repositus est, quàm Luitprando nunciari potuit. Dimiserant scilicet inopem, tanquam repulsum, & cùm classem instruerent, expeditionis consilium ficto rumore texerant, quasi in Saracenos profecturi.
7[illegible]9 *Alterum* contra Trasamundum, Spoletanorum Ducem, & defectorem, erat. In eo Trasamundus, Ducatu relicto, Romam fugit, & in tutelam benignè receptus est. Cùm non dederetur, Luitprandus quatuor ex Ducatu Romano urbes Pontifici ademit. Cum verò etiam restitueretur, Campaniæ Urbes ferro flammisque excisæ sunt, nec civibus sævire cessatum, quàm Carolus Martellus, per claves Petri rogatus, intercessisset. VENETIS
[illegible] præfuit post Paulutium *Marcellus* * *Tegalianus*,
[illegible]6 quem excepit † *Orseus Hypatus*, cognomine *Ursus*, qui, cum bello Jesulanis, fastum ipsius ferre nolentibus, illato, vario eventu cum ipsis pugnasset, à suis popularibus fœdè trucidatus est. Eo mortuo, loco Ducis *Magistri militum* electi sunt. EXARCHI erant post *Scholasticum*, ab Arthemio missum, *Paulus*, à Leone, ut Gregorium II. P.R. caperet, quòd sibi tributa dari prohiberet, missus, & *Eutychius*, qui mandato Leonis Pontifici vitam cum quibusdam Romanorum optimatibus adimere debebat, re compertâ a Pontifice diro anathemate percussus. Reliqua in Longobardicis diximus.

In ANGLIA successit apud CANTIOS Withredo, * *Edbertus* F. Apud OCCIDENTALES SAXONAS Inæ *Ethelardus* †, & *Cuthredus* * Fr. Apud ORIENTALES fuit adhuc *Selredus*. Apud NORTHUMBROS *Kenredus* †, *Osricus* * *Ceolulfus*, Kenredi Fr & *Egbertus* †, ejusdem cognatus. Apud MERCIOS * *Ethelbaldus*. Apud ORIENTALES ANGLOS fuit adhuc *Ethelredus*.

Sigebert. in Chron. *Annal. Fris.* *Aventin. l. 3.* *H. Bojoar.* *Mariana H. H. l. 6. c. 3.* In GALLIA Carolus Martellus, reparato exercitu, Chilpericum cum Raginfredo securius in agro Cameracensi agentes magnâ strage edita, in Austrasiam compulit. Plectrudem noverca captam Coloniam deduxit, &, ut in honesto otio viveret, mandavit. *Lotharium* denique, Dagoberti F. Regem fecit. Chilpericus cum Raginfredo ad Eudonem Aquitaniæ Ducem confugere; & auxiliis ipsius adjuti bellum, sed infelici conatu redintegravere. Ex victis alter, Raginfredus nempe, captus, alter, Chilpericus, fugatus est. Lothario paulò post mortuo, *Chilpericus* ab Eudone requisitus, à Carolo Martello in Regem inauguratus est. Sub eo Carolus, Rhenum transgressus, Saxones rebelles adeò exterruit ut, positis ultrò armis, per expeditos Oratores pacem precarentur. (*Nihil ad victoriam expeditius, quam hostem in suo veluti conatu opprimendum, illum objectæ adhuc difficultates & inchoata suorum consilia distinent.*) Dein Eudonē Aquitanum, Raginfredi defensorem, bello agressus occasionem Saracenos evocandi eidem dedit. Commissum ad Turonum prælium, in quo Eudo clàm in gratiam restitutus, ex improviso castra hostium adortus, cepit. Mauro-

Maurorum CCCLXXV. M. Francorum MD duntaxat cecidere. Abderamenes inter coacervatos cadaverum cumulos repertus. Carolus cognomentum *Martelli* ex victoria accepit, quòd mallei instar contuditis tantam multitudinem contudisset. Sequente victoriam anno, defuncto Chilperico, *Theodoricus II.* quartus Dagoberti F. successit. Sub eo Carolus † Burgundiam suo regno adjecit, Lugdunum cepit, & Aquitaniam, mortuo Eudone* occupavit. Hunaldus verò ac Vaifarus, Eudonis filii, ideò indignati collectis ex Gothis, Vandalis & Saracenis copiis, bellum intulere, & in Galliam irrupere. Inde co, Rhodano transmisso, Delphinatus, Sabaudia, Burgundia, &c. expilatæ sunt. Vienna Allobrogum ægrè defensa, Lugdunum parum ab exitio abfuit. Ad Senonas, antiquissimam urbem, delati, ab Antistite ejusdem adeò opportunè invasi sunt, ut maxima parte cæsâ, reliqui dissiparentur, alas timori nunciatus Martelli adventus addidit. Nec reparari restauratis viribus crebris clades poterat. Nam Avenio Cavarum à Mauricio Massiliæ comite Athino Barbaro prodita, per Childebertum Martelli fratrem vi capta, hostium stragem maximam vidit. Narbo intercepta, Amor-
733 rheo frustra obsessis opitulante; † imò, cum pugnaret, interfecto, sub pristinum imperium
734 rediit. Athinus, repetita classe iterum fugiens,
736 è Gallia discessit. Rebelles civitates, Narbo, † Nemausus, Agathe, Biterræ, flammis exustæ sunt. Mauricius Dux finibus pulsus, & provincia Galliæ adjecta. Eo, quo Leo mortuus est, anno, excepit in Gallia Theodoricum *Childericus*, qui

Aimoin. l. 4. c. 52 & 53. Paul. Aemil. Annal. Fuld.

etiam Carolus Carisiaci propter Isaram diem suum obiit. Apud BURGUNDOS, qui hactenus per Præfectos regebantur, *Gerardus Rusilonius*, vir magnæ authoritatis, Francorum Regum ignavia utendum ratus, Regem se Burgundionum facere conatus est: sed à Carolo Martello in ipso conatu oppressus, dignas perfidiæ pœnas luit.

Henter. l. 1. H. Burg.

In SCOTIA fuere † *Mordacus* & * *Etvinus*, de quibus nihil occurrit.

Michov. H. Pol. l. 1. c. 6. Cromer. l. 2.

In POLONIA successit Craco major natu F. *Cracus*, quem minor natu *Lechus* in venatione interfecit, & à feris laceratum mentitus est. Re detecta, pulsus, *Vendæ* principatum reliquit.

Cedrenus.

Intra hoc tempus *hyems* adeò vehementissima fuit, ut terra totis centum diebus in Asia nive operta jacuerit. Inter Theram & Therasiam insulas, cum tanquam ex Camino vapor ebulliret, tandem *concreti lapides*, ut pumices, eruperunt, qui Asiam, Lesbum, Abydum, & maritima Macedoniæ ferè obruerunt. Exuptæ ante Insulam sacram *Insula*, cum nulla antea ibi fuisset. Bini luxere *Cometæ*; quorum alter solem orientem præcedebat, alter occidentem sequebatur. *Beda*, qui cognomentum *Venerabilis* ex carmine sepulchrali, à discipulo conscripto, accepit, mortuus est. Leo Prætorem Constantinopolitanum, quod *magas*, quæ invisibiles factæ infantes interfecerant, absolvisset, publicè virgis cædi jussit. *Terræ motus* tantus extitit, ut Constantinopoli templa, monasteria, & omnes ferè ædes destructæ fuerint, & mare alicubi redundaverit.

Annal. Fuld.

Cedrenus.

SACRA.

Sacra.

ROMÆ præfuit Gregorius II. cujus regimen *Miscell Hist*
718 partim *pacatum*, partim *turbatum* fuit. Sub *VVarnefrid l. 6. cap 40.*
pacato Omar Califa exercitium religionis Christianis prohibuit, & qui Christum abnegarent, *Chronico Cassin.*
immunitatem à tributis concessit, Damascenis tamen omnium monasteriorum & templorum usum confirmavit. Petronax, Civis Brixiensis,
720 *Cœnobium Cassinense* instauravit, & Monachos Româ evocavit. Gregorius ipse in *Synodo Romana* eos, qui matrimonio dicatis monasteriis virginibus jungerentur, anathemate perculsit. Interim postea quidam Syrus Messiam se esse audacter mentitus, Judæorum complures non insolenter
721 *Concil. Tomi.*
722 seduxit. Leo Imperator Judæos, ut religioni *Cedrenus.*
Christianæ darent nomen, coëgit, qui postea vel baptismum ejurarunt, vel seipsos domibus
722 inclusos cum tota familia cremarunt. Bonifacius Anglo-Saxo Chattos & alios in Christiana
723 religione instituit. Jezid Califa, longæ vitæ promisso à Judæo quodam inductus, edictum de abolendis imaginibus promulgavit: Judæos, eodem intra sesqui annum mortuo, jussu Filii trucidatus est. Augustini, Hipponensis Episcopi, reli- *Hist. Miscell.*
725 quiæ, ex Africa olim sub Vandalis in Sardiniam delatæ, Luitprando Longobardorum R. procurante, ex Sardinia Papiam translatæ sunt. *Tur-*
725 *bis* occasionem dedit promulgatum à Leone de demoliendis imaginibus (cum ei centum annorum vita, si id fieret, promitteretur) edictum, & utrinque modum excessisse medicina videtur.
726 Nam primô Gregorius, postquam frustra Imperatorem per literas dehortatus fuisset, edictum *Anastas. in Gregor. II.*

illud damnavit, & amicitiâ cum Longobardis initâ, ejusdem, vim intentari volentis, tributa in Italia atque Romæ inhibuit. Leo, cum administros suos, edictum de imaginibus exequentes, nonnulli ex plebe interimerent, acriter tum in illos, cum in alios levius se opponentes animadvertit, & Monachos aliquot cum libris & supellectile in Cænobio exussit. Hinc Gregorius fœdus cum Carolo Martello † pepigit, & Leonem * excommunicavit. Leo, cum vi nihil contra Pontificem efficere posset, ex insidiis eum, ut seditiosum, tollere, sed frustrà, voluit. Johanni Damasceno Chrysorroæ, in aula Saracenica degenti, & Episcopos ad retinendas imagines instiganti, ingens periculum creavit. Germanum denique, Patriarcham Constantinopolitanum, sibi obtrectantem, in exilium ejecit. Nec minores sub *Gregorio III.* Gregorii † successore turbæ fuere. Nam etsi hic supplicibus duntaxat & commonitoriis, libellis, rem imaginum ageret, frustrà tamen fuit. imo Imperator, classem contra eum misit. hac in sinu Adriatico tempestatibus disjectâ, ejus in Sicilia & Calabria reditus, quæ se ad VIIIM aureorum extendebant, in fiscum redegit. Theophylactum, Nicomediensem Episcopum, pepulit, & Monachorum quibusdam cutem in capite detraxit. aliis barbam pice liquenti illitam accendit, nonnullos ad perpetuos carceres condemnavit. Sub eo Carolus Martellus, instigante Willebrordo, Frisios ad recipiendam religionem Christianam, lucis, fanis, & idolis eorum subversis, adegit. Bonifacius, Germaniæ Episcopus, an conjugium ejus dissolvendum sit

Cedrenus.

Anastas. in Gregor. III.

Annal. Fris.

Baron. T. 9.

734 ſit, qui cum adoptaſſet aliquem in filium, poſtea ejus matrem viduam duceret? dubitavit: Idem

739 totam Bojoariam in quatuor Epiſcopatus diſtri-

740 buit, & conventum Epiſcoporum ad Danubium †

741 egit. Gregorio III. ſucceſſit anno Leonis ultimo * *Zacharias.*

CAPUT VI.

DE

CONSTANTINO V. SEU COPRONYMO.

Anni ſunt 34. ad A.C. 776.

CONSTANTINUS à fœdata, ut ajunt, inter baptizandum excrementis aquâ nomen *Copronymi*; ex Caballinarum æſtimatione ſordium, *Caballini* accepit. *Bellum* ipſi cum *Artavasdo Affine*, *Saracenis*, & *Bulgaris*, erat. *Primi* ipſi Artavasdus Curopalates cauſa, quòd Anaſtaſio Patriarchâ annitente, & Conſtantino Neſtorianiſmum imputante, reſtitutis per urbem imaginibus, imperium ſibi ſumſiſſet. Geſtum eſt magno Reip. damno, terrâ & mari, tertium

743 in annum. Victor Conſtantinus, captâ fame urbe, Ardavasdum excæcatum, cum duobus filiis, ludibrio expoſuit: Anaſtaſium verò Patriarcham, verſo ad aſini caudam capite, ignominiose per urbem circumduxit: pœnitentem facinoris poſtea Eccleſiam regere iterum, ſacriſque operari paſſus eſt. *Alterius* civilia Saracenorum diſſidia occaſio: facilè amiſſa recupe-

[illegible] rari poſſe videbantur. In eo Natolia a Walide vaſtata

Cedrenus. Jornandes Tom. 3. Diacon. l. 22. Miscel. Sigebertus in Chron.

vastata Constantinus in Assyriam usq, progressus, Germanitia † urbe potitus est. Saraceni Cyprum aggressi *, profligati: Hali Cappadociam ingressus, metu Constantini postmodum recessit, eo ferè ipso anno, quo is multos è Syris & Armeniis Constantinopolim traduxit, ut vacuè fa[illegible] per contagia urbi civium frequentiam redderet. Banaca sub Abdala Isauriam deprædatus, exercitum Constantini, Sycæ obsessæ auxilio venientem, prostravit; at Walid palabundus a Mopsvestiensibus ex insidiis oppressus, & prædâ exutus est. *Tertium*, quod contra Bulgaros, eadem occasio dedit. Principes suos per discordias & seditionem interfecerant. In ejus initiis Constantinus acie victus, inglorius Constantinopolim rediit, post, eo nempe anno, quo Turcæ, Caspiis portis egressi, crudeliter in Armenia grassati sunt, Telesin ipsorum Regem ad Anchialum † fudit, in spem pacis conjectos, ferro & incendio * vastavit. Infida pace factâ, in eosdem inopinato † irruit. & cum redintegratam, immissis subitô copiis, violare Telerichus decrevisset vulgatis sibi per aliquos Procerum arcanis, XIIM prædonum, ne unico ex suis amisso intercepit. *Ultimam* initurus in eosdem expeditionem, quam Telerichus exercita in Proceres, quos secretum prodidisse suspiciebatur sævitiâ, conciverat, anthrace correptus vivumque se, velut in ignem mitti questus, consumptus est. Renovavit Valentinianum aquæductum Constantinopoli, aliosque insuper, per operarios plusquā sex mille, [illegible]

CONTEMPORANEA.

ASIATICA Apud SARACENOS mortuus est Hisamus, Prin-

Princeps prodigus, qui vestibus DC Camelos oneravisse, & mille braccarum fasces, cum XM interulis reliquisse dicitur. Successores ipsius ad Abdallam Saffaham fuere, *Walid Abulabbas*, *Jezidus Annakes*, *Ibrahimus* & *Mervan*. *Walid*, postquam unum annum in imperio exegisset, a Syris ob impietatem & lasciviam depositus, *Elmacin. l. 1. H. S. c. 17. & 18.*
743 à Jezido Baharæ prope Damascum oppugnatus, à Wegiho Kalbine Duce interfectus est. Dicitur, Meccam canes venaticos in ergastulis deportasse, & sese in stagnum, ex vino & aqua confectum, præcipitare solitus fuisse. *Jezidi* imperium turbulentum propter cædem Walidi fuit. Emisseni ab eo discivere. Soliman F. Hishami, qui in vincula conjectus fuerat, Nahamanam diripuit. Palæstini præfectum suum interfecere. Mervan vero F. Muhammedis, Himarius, non citius juramentum fidelitatis deposuit, quam a Jezido Mesopotamiæ, Armeniæ, Mausilæ, & Aderbigianæ præficeretur. Quod stipendia militum diminuisset, *Nakes*, id est, *Diminutor* cognominatus fuit. Sub Mervane Chalifa effossus, & cruci affixus esse dicitur. *Ibrahimus* sexaginta novem *Elmacin. l. 1. c. 19.*
745 duntaxat imperavit dies. Nam cum exercitus suos, a Mervane rebelle, & Walidis vindictas præ se ferente, cæsos, Emissam & Damascum, ab eodem captas, videret, depositus, Mervanem pro Chalifa agnovit. *Mervan*, qui *Abu Abdulmelicus*, *Giaadæus* & *Himar-Uljezira*, id est, *Asinus Mesopotamiæ* cognominatur, negotium cum *Emissenis*, *Damascenis*, *Solimane* F. Hashemi, *Abdalla* F. Muaviæ, & *Abujahlo*, fuit. *Emissenis* perduellibus magna rebellio, & admissa in ipsum *Elmacin. l. 1. c. 20.* *Elmacin. l. 1. c. 21.*

ipsum fraus, stetit. Prælium committere ausi, civitatis mœnia amisere; & civium sexcenti circum eam crucibus affixi sunt. *Damascenorum* motum (deposuerant præfectum) facile, urbem ingressus, composuit. *Suleiman* Califatum, Bosranis offerentibus, invaserat. Prælio congressus XXXM amisit; Emissa, quam muniverat deditione Saidi, incolumitatem obtinuit.

Elmacin. H. S. l. 2. c. 1, 2, 3. Idem motuum *Abdallæ* eventus, ut eadem causa. Fugatus, in montibus latebras quærere coactus est. Alia Mervanis contra *Abbasidas* fortuna. Ex iis enim *Muhammed*. F. Alis, primus Princeps à Chorasanis, tempore Ommiæ, nominatus, principatum ad Ibrahimum F. transmisit. Ibrahimus per Abumuslimum, cognomento Abdurrahmanem, sectam *Hasimidarum* in Chorasana publicavit; & Nasro, Mervanis ibidem præfecto, profligato, Chorasanam cum Giorgiana in suas partes pertraxit. Occiso autem Mervane Ibrahimo, *Abdalla Saffahus Abulabbas* frater, Jezido præfecto Iracæ (in quo expeditione Cathabas Dux exercitus, Euphratem trajiciens, submersus est,) cæso, in Chalifam electus, Mervanem, per Abdallam patruum Tubari propè Mausilum profligatum, in Palæstinam, ubi LXXX ex illa familia trucidati sunt, captâ verò per vim Damasco, in Ægyptum, ubi Misram exussit, rejecit, & eo ibidem interfecto, Califatum à filiis Ommiæ, penes quos LXX & aliquot annos erat, ad Abbasidas transtulit. Dicitur hic Mervan in tantum hostis ovium renibus delectatus fuisse, ut plusquam mille tunicas pinguedine eorum inquinaverit. Abdallam exceperunt

initia

* 753 intra hoc tempus *Abugiafar*, * *Almansor*, & *Mu-*
† 775 + *hammed* † *Mahadus*. *Ille* intra tempus, quo regna-
* 754 vit, rebelliones tum Abdallæ Syriæ * præfecti, per
Abumuslimum, tum Muhammedis, quem Medi-
† 754 næ cives Califam † creaverant, per Isam, tum
Ibrahimi, qui Perfidem & Ahwazam occupaverat, per eundem, compressit. & *Bagdadum* (ab Eremita, cui ibidem tugurium, sic dictam) tempore
762 ab Astrologis electo fundavit; eandemque *Medinato-ßalami*, seu civitatem pacis, appellavit, inque ea sedem posuit. Malè audit ob avaritiam, unde illi *Obolarii* cognomentum. Coquos ita conduxisse dicitur, ut capita & crura animalium eorum essent, ipsique ligna & ollas suppeditarent. Fertur, canitiem suam singulis mensibus bis mille drachmis mulci mutavisse. Reliquit in ærario sexcenties millies mille stateres, & quater & vicies millies mille aureos. De *Muhammede* sequenti capite agemus.

In ÆGYPTO tantæ erant sub Almansore exactiones, ut nec opificibus, laterariis, camelariis, libitinariis, aut mendicis parceretur. Populus cum tanta conflictabatur miseria, ut canes & cadavera comederent. *AFRICANA.* *Elmacin. H. S. l. 2. c. 3.*

In GERMANIA apud BAVAROS successit *EVROPÆA* *Avent. l. 3.*
725 Hugoberto *Utilo*, sub quo Hunni & Avares, quæcunque Boji infra Anasum posséderant, ferro & flamma vastavere. Bojoaria autem in Ecclesiasticas diœceses & parochias distributa est. Sumsit titulum Regis, & Landofredum & Gothofredum, Sueviæ Præfectos, bello vexavit; sed & ipse mox, Fraximo per Pipinum capta, universa superiore Bajoaria excidit. & Rhegnoburgum rele-

rejectus est: quam tamen paulò post recepit. Habuit filium *Thassilonem*, in aula Pipini Regis avunculi sui, educatum, Lythobyrgæ, Desiderii Longobardi filiæ, maritum; qui à Grypho fratre Pipini Ducatu ejectus, à Pipino, Gryphone & Lanfredo ejus duce in Franciam abductis, restitutus est. Plura in Gallicis vide.

Annal. Fuld.

In HISPANIA apud ASTURES & LEGIONENSES *Alphonsus*, dissidiis Maurorum incitatus, in Galæcia Tudam Asturicam, in Lusitania Pacem Juliam, Bracaram, Portum Cale ad Durii ostium, quâ se parte fundit in mare, Segobiam, Abulam, Sepulvedam, ad radices Orospedæ montis Duratoni fluvio impositam, olim Segobrigam, cepit; mox Virvescanos, atque Rivogiam in Vardulis Idubedæ latere comprehensam, qua parte Ogia amnis ex eo monte emissus in Iberiam decurrit, in Vasconibus Pompelonam, in Cantabria partem eam, cui hodiè Alavæ nomen est, in potestatem redegit. His expeditis, *Froilam* F. successorem reliquit, quem *Aurelius* Fr. & *Silo Saracenus*, excepere. *Froila*, postquam Juaphum Saracenum ingenti prælio, (perierè LM hominum) vicisset, Navarrenos rebellantes invasisset, Vascones infestos subdidisset, & in Asturias reversus Vimeranum fratrem propriis manibus occidisset, ab Aurelio Fratre, qui cum Saracenis colluserat, & Silo eorundem Principi sororem suam conjugem dederat, trucidatus est. *Aurelius* Veremundum Froilæ F. ad invidiam declinandam in spem successionis adoptavit, Servos contra Dominos suos insurgentes singulari prudentia compescuit, & [illegible] obiit. Silo, Odisindæ vel Egimondæ, Aure-

Tarapha de Regib. Hisp.

Aurelii sororis, maritus, quid egerit, sequenti capite discemus. In SOPRARBÆ regno successit *Garzias II*, cognomento *Ynniguez*, Ximenis F. qui Pompelonam, multaque alia oppida, brevi temporis spacio à Mauris liberavit, & ad Christi cultum reduxit. Interea vir quidam, nomine *Asnar*, quod, trajecto Aragone fluvio, Jacam civitatem, & alia oppida, ad Christianam fidem revocasset, Aragoniæ provinciæ Comes appellatus est. MAURIS successive intra hoc tempus imperavere *Aucupa* sive *Ocha*, *Abdulmelec*, *Abulcatar*, *Toban*, *Thoaba*, *Juzaf*, & *Abderahmen*. *Aucupa*, Abdulmeleco antecessore in vincula conjecto, & seditiosis quibusdam in exilium actis, dum contra Francos bellum sumit, rebellione, à subditis exagitatur. Ideò in Africam trajicere coactus est, unde redux, rebelles coercuit. *Abdulmelec* rem primò contra Belgin Abenben, Maurorum Africanorum rebellium Ducem, qui, profligato Hisiami exercitu, in Hispaniam trajecerat, fusâ ipsius ad Toletum, Cordubam, & portum Septitanum acie, feliciter gessit: postea, ab ejusdem Duce, Cordubæ captus, sudibus arundinum cruciatus, miserè trucidatus est. *Abulcator*, cum seditiosos sub specie exercitus in Africam misisset, ab Hispanis Arabibus, Duce Zimaele, per insidias oppressus est. De *Tobane* & *Thoaba* nihil singulare occurrit. *Abderahmen*, occiso in Ægypto, ut diximus, Mervano, postquam inclinatos ad se Maurorum in Hispania animos fecisset, in eam ex Africa trajecit, & captis Malaca, Assidona, & Hispali, victo & occiso Juzephi præfecto, *Regem & Principem fidelium* se dixit, & sedem Cordubæ posuit. In

Tarapha in Fragm.

Roderic. Toletan. H. H. c. 15. 16. 17.

In ITALIA, apud LONGOBARDOS, *Luitprandus*, postquam ab obsidione Ravennæ, interponente se Zacharia Pontifice, recessisset, & oblidum loco aliquot urbes ab Exarcho ad annum recepisset, * mortuus est. Excepere ipsum † *Rachisius*, * *Aistulphus*, & † *Desiderius*, Thuscia Præfectus. *Rachisius*, rejecto Aldebrando, Luithprandi nepote, Rex factus, vicennalem cum Pontifice pacem fecit. mox, ejus oblitus, Perusiam obsedit: sed cum à Pontifice de violato juramento objurgaretur, non tantum obsidionem reliquit, sed etiam cum uxore & filia monasticæ vitæ se mancipavit. *Aistulphus*, expugnatâ Ravenna, Eutychio Exarcho Byzantium fugato, totum Exarchatum in suam ditionem redegit, eidemque finem imposuit. Inde Romam obsedit, & plenam jurisdictionem in ea, cum tributo quotannis Græcis Impp pendi solito, postulavit, & Pontifici civitates, quas ille ad jura D. Petri pertinere dicebat, ademit. Stephanus P. R. per legatos Constantini auxilium imploravit: sed cum ille etiam Aistulphum per legatos ad meliora consilia frustra invitaret, & aliàs rescripsisset, *habetis arma secularia, & nervos Imperatoribus ereptos, defensate vos ipsos*; ad Pipinum confugit. Pipinus, cum semel atque iterum legatos Stephani causâ ad Longobardum misisset, & educationem in aula Luithprandi, ac notitiam cum ea gente parum sibi prodesse vidisset; Alpes transgressus, Aistulphum, Ticini obsessum, primò, ut promitteret, dein, cum promissis non staret, ut revera Exarchatum, & quicquid in Italia ceperat, cathedræ Apostolicæ traderet, coegit; Sic Ravenna, Bononia, Imo-

Sigebert. in Chronico.

Anastas. in Stephano.

Imola, Faventia, Ferraria, & in Pentapoli Ariminum, Pisaurum, Ancona, Auximum, & Urbinum, hæreditariæ R. E. assignatæ sunt. Cum verò Constantini legati intercessissent, &, ut Imperio adempta Imperio restituerentur, flagitarent; respondit Pipinus, *labores & sumtus tantos a se non Imperii, sed D. Petri causa esse susceptos.* Mortuo Aistulpho, repetiit regnum ante sexennium desertum Rachisius : sed monitus à Stephano, intermisit hoc institutum, & promotus est auxilis Pipini, & Pontificis, cui Ducatu Ferrariæ cesserat, favore, ad regnum illud *Desiderius*, Dux exercitus. Ideò quamdiu vixit Pipinus, acta ab eo retractare non est aggressus : Eo verò mortuo, cum Carolus ejus F. ab affinitate cum eo contrahendâ, machinis Stephani III, *foetidam esse, perjuram, horridam, & leprosam Longobardorum gentem* clamitantis, abduci se pateretur; repetivit ab Hadriano, Stephani successore urbes olim à Pipino ejus sedi donatas. Hinc, postquam Carolus neque donis neque deprecationibus flectere posset Desiderium, ortum est bellum, in quo Desiderius ad Vercellas
774 victus, frustrà se Ticino inclusit. Nam Longobardi, diuturnitate obsidionis fracti, dediderunt se, & Desiderium Carolo; & tum allatus est finis regno à Longobardis ante CCVI annos in Italia constituto. Regnum enim Carolus sibi asseruit, Desiderio in Franciam abducto, & con-
775 cessa Pontifici à Pipino, ei restituit. *Adelgisus*, Desiderii F. cum paucis Veronam effugit. Unde sequenti anno ne Carolo traderetur, elapsus, Constantinopolin abiit, ubi tandem consenuit. *Annal. Fuld. Regino Chron. l. 2.*

Ddd Apud

Apud VENETOS *Theodatus* Dux, ad Brundulum castellum muniendum profectus, à Galla Corio insidiis exceptus, excoecatus est. Præfuere post eum *Galla Corsus*, qui principatum, per scelus partum, brevi, postquam luminibus orbatus esset, amisit: *Dominicus Monetarius*, Metamaucius, cui, per suffragia populi creato, bini Tribuni additi sunt: & *Mauritius Galbius*, præstantis ingenii vir.

Speed in Histor. Anglica.

In BRITANNIA regnavere apud CANTIOS * *Edelbertus*, Withredi F. & † *Alricus* Fr. Apud OCCIDENTALES SAXONAS * *Kenwaldus* Kingilis F. & † Eskwinus. Apud ORIENTALES * *Sigebertus* bonus, *Swithelmus* † ejus Fr. *Sigerus* & *Sebba* * Fratres. NORTHUMBROS *Oswius* † nothus, *Egfridus* * F. Apud MERCIOS † *Offa*, apud ORIENTALES ANGLOS * *Ethelbrighus*, Ethelredi F.

Annal. Fuld. Aimoin l. 4. cap. 58. Paul. Æmylius.

In GALLIA Pipinus, postquam Hunaldum, Ducem Aquitaniæ rebellem, finibus ejecisset, Alemannos, qui Theodebaldo Duce jugum excutere conabantur, celeritate nimia oppressisset; Ogdilonem, seu Uthilonem, Ducem Bavariæ, qui sororem ejus rapuerat, difficillimo prælio vicisset: Saxones, Thuringiam vastantes, Carolomanno fratre auxiliante, capta Osnaburgo, compescuisset, & Griffonem fratrem, quod ipsi nulla paternæ hereditatis pars obtigisset, tumultuantem, captum, mox, libertate obtenta, Saxonum implorantem arma, intra maternæ ditionis fines compulsum, tum post bellum Bavaricum

ricum Neustriæ parte donatum, tandem Vaifa-
750 rum Aquitanum, evanido successu, in Pipinum
concitantem, in Italiam, ubi à Burgundo nobili,
Theodino Transjurano, interfectus est, rejecisset;
regnum Franciæ callidè ambire cepit, cumque
751 omnium ordinum consensus accederet, & Za-
charias Pontifex *Childericum* indignum regno
pronunciasset, detrusus est in Monasterium &
sacris addictus Childericus; *Pipinus* verò, ne
tam delata, quam jure adepta majestas censere-
752 tur, sacro per Bonifacium Moguntinum Archi-
Episcopum oleo inunctus, regnum à Merovin-
gorum familia, ad Carolovingorum transtulit,
in qua ad annum DCCCCLXXXVII permansit.
Tria ipsius, intra id quod regnavit tempus, notan-
tur bella, *Longobardicum* nempe, *Saxonicum* &
Aquitanicum. De priore suo loco egimus. *Annal. Fuld.*
757 *Saxonicum* Saxones Bavaris fœderati, quòd ægrè *Regin. in*
jugum paterentur, eo ipso anno quo *Parlamen-* *Chronic.*
tum in Gallia à Pipino institutum est, movere.
Pipinus victos primum, & castris exutos Saxo-
nes, mox bellum novo delectu comparantes,
petentibus veniam primoribus, in gratiam rece-
pit, ea lege, ut quotannis CCC bellatores Equos
adducerent. Thasillo, Saxonum armis destitu-
tus, in fidem reversus, beneficio avunculi, Duca-
tum jure belli amissum recepit. *Aquitanici* Vai-
758 farus, Eudonis filius, quod, mortuo Hunaldo
fratre, Principatu potitus, Pipini regiones, & re-
ligionis bona carperet, causa. In eo Vaifarus,
760 Francorum celeritate turbatus, facturum se, uti
inter legatos convenerat, pollicitus est: metu eo
7[illegible] liberatus, facto cum Pictonum Avernorumque

Comitibus fœdere, Franciam infesto agmine ingressus est. Pipinus, cæsis fœderatis, & multis in Pictonibus & in Aquitania urbibus captis, interveniente Thassilonis perfidiâ, patrem Vaifarum petere, & obsides dare coëgit: hâc ruptâ, partem Aquitaniæ haud ignobilem occupavit. Ramistanum, Vaifari patruum, singulari perfidia à suis falsò deficientem, cruce affecit. Vaifaro inter Ligerim & Garumnam in Santonum tractu profligato, tantum provinciis metum incussit, ut se certatim dederent: & Vaifarus captus, ab iisdem interficeretur, & cœno sepeliretur. Eo anno Pipinus mortuus, *Carolum* successorem habuit, cujus tria intra hoc, quod hic posuimus, tempus, bella, *Aquitanicum* nempe, *Longobardicum* & *Saxonicum* occurrunt; De *Longobardico* superius actum est. *Aquitanicum*, quod Hunaldus Vaifari F. superioris belli reliquiis, & aliquot sociorum supplementis, provocatus, ut Aquitaniam occuparet, concivit, non diu duravit. Cùm enim is, Santonibus & Pictonibus frustrà sollicitatis, ad Lupum, Vasconum Ducem, se recepisset; ab eodem, Carolo deditus est. Liber post illa dimissus, ad Longobardos in Italiam concessit. *Saxonicum* duplex erat: *Primo*, quod Longobardicum antecessit, Eresburgo capta, idolo Ermenseul destructo, & incolis attritis, duodecim pacis obsides obtenti sunt. *Altero*, quod secutum, Saxones Hessis juncti, Eresburgum cepere. Carolus ex Italia redux, illud restauravit, nec citius eos oppugnare destitit, quàm, abjecto Dæmo-

Annal. Fuld. Aimoin. l. 4. cap. 67.

Annal. Fuld. Sigeb. in Chron. Paul. Æmil.

776 Dæmonum cultui homagium præstitissent. Tum etiam *Radbodus*, Frisiorum Rex, geminâ pugnâ victus, Frisiâ pulsus est. BURGUNDIONUM historia, sub Carolo Calvo redibit. *Annal. Frisici.*

In SCOTIA, cæso in prælio contra Edelbaldum, Northumbriæ Regem, propè Cladu-
†761 num, *Etwino*, succeffit † *Eugenius VIII*, quem *Buchan. H. S. l. 5*
*764 excepere * *Fergusius III*, & † *Solvatius*. *Eugenius*,
†767 Mordaci F. postquàm Donaldo, qui per Gallovidiam grassabatur, & Murdaco ejus complice, supplicio affectis, tranquillitatem regno restituisset; ad scelera delapsus, odium Procerum incurrit, & in eorundem cœtu confossus periit. *Fergusius*, Etwini F. pari fœditate usus, ob matrimonii contemptum, & pellicum greges, ab uxore strangulatus est. Cum quæstioni amicorum multi subjicerentur, illa tot innoxiorum capitum miserta, in medium processit, ac è superiori loco cædem à se factam confessa, ne ad ludibrium superesset, pectus cultro transfodit. *Solvatius*, Eugenii VIII. F. nisi tertio regni anno è frigore podagram contraxisset, jure inter optimos Reges annumerari potuisset: nihilo tamen minus tumultus per Præfectos consilio ac prudentia sedavit, ut sequenti capite dicemus.

In POLONIA Ritigerus Germanus Princeps, bellum *Vendæ*, quod ipsi matrimonium *Michov. l. 1. c. 6. & 7.*
770 denegasset, intulit. In eo Ritigerus, duplici prælio victus, præ pudore manus sibi conscivit. Venda Cracoviam redux, victoriâ læta, seu quod Diis *Gvagnin. Hist. Polon. Cromer. H. Pol. l. 2.*

patriis solenni ritu sese devovisset, seu ne adversus aliquis casus, felicitatem contaminaret, in vistulam amnem se præcipitem dedit. Post ejus mortem reductum est *Palatinorum* regimen; sub quibus cum omnia per discordias ruerent, nec Pannoniis & Moravis infestantibus occurri posset, traditus est Principatus *Przemislo* aurifabro, qui hostes ingenioso galearum & clypeorum, felle & lythargiro inunctorum, stratagemate fuderat.

VARIA. Intra hoc tempus, antequam Hunni Transylvaniam occuparent, tanta è montibus *aquilarum multitudo* advolavit, ut non tantum pecudes, sed etiam epulas de mensis raperent. In Syria multa hominum millia *terræ motu* periere. Altero urbes nonnullæ præcipitatæ in valles, quædam ad sextum lapidem transpositæ, quædam in ipso jactu conservatæ incolumes. In Mesopotamia *terra* ad duo millia passuum *disrupta*; ex voragine terra alia alba ascendit, simulque animal, adventum peregrinæ adversus Saracenos gentis prænuncians. *Tenebræ* caliginosæ à decima Augusti ad XXV fuere. *Pestilentia* Calabriam, Siciliam, Græciam, & Thraciam pervagata, tantam induxit Constantinopoli solitudinem, ut cadaveribus vespillones deessent, catervatimque jumentis imposita, urbe, humanda, exportarentur. *Magi* in Persia, cum se in cœlum evolaturos populo persuasissent, à suis incantationibus destituti, terræ illisi perierunt. *Cometa* fulsit, qui & in Orientali & in Occidentali plaga apparuit. *Hiemis* rigore maximo concretum pelagus Euxinum adeò fuisse, ut glacies excre-

Bonfin. H. Hung. l. 9.

Sigebertus. in Chron.

Cedrenus.

Theophanes.

Cedrenus.

excreverit ad crassitiem cubitorum XXX: tum nive super glacie subinde decidente atque obri-
763 gente, auctam ad cubitos L, ea porro, cum ver appeteret, fatiscente, concretos veluti montes, in
764 Propontidem atque Hellespontum dilapsos, spectaculo Byzantii civibus accolisque cæteris fuisse, Theophanes oculatus testis est. Instrumentum
766 illud Musicum, quod *Organum* dicitur, Pipino à Constantino missum, his oris innotescere cepit. *Robertus Neustrius*, quem *Diabolum* à perditis moribus appellabant, floruit. hunc tandem pœnitentia ductum, magnis demum virtutibus vitia adolescentiæ emendasse ferunt.

Sacra.

†752 ROMÆ sedere, *Zacharias*, † *Stephanus II*,
*757 * *Paulus*, † *Constantinus*, * *Philippus*, *Stephanus*
†767 *III*, & † *Hadrianus Romanus*. Sub *Zacharia*,
*768 Walid Episcopum Damasci, quòd Arabum, Sa-
†772 racenorum & Manichæorum religionem refu-
743 tarer, linguâ mutilavit, & in Arabiam in exilium misit. Cosmas, Patriarcha Alexandrinus, acuarius, qui nec legere nec scribere norat, jussu *Elmacin. l. 1. c. 17.*
744 Hisiami templum Evangelii Jacobitis Alexandriæ eripuit. Ab Childerico, Franciæ Rege, multa, ductu Pipini, quæ ad religionem faciunt, in comitiis Suessionensibus decreta sunt. Bonifacius, *Annal. Fuldens.* de quo capite antecedente dictum, cœnobium
†744 Fuldense in solitudine Bocónia † fundavit; &
Episcopatum Herbipolensem, nec non Eichstet-
*746 tensem, * instituit. Sacerdos quidam in Bojoa-
744 ria, latinæ linguæ ignarus, *in nomine Patria, et* *Baron. T. 9.*

 Filia

Filia, & *Spiritui Sancta* baptizabat. Gervilius
Sigebert. in Chron. Episcopus Moguntinus, quod quendam occi-
disset, & canibus venaticis delectaretur, Episco-
patu dejectus est. Carolomannus, Pipini frater,
Regin. l. 2. à Cassinensibus monachis pro homicida re[cc]e-
Kircher. ptus, abjectissimam fortunam subiit. In China[m]
Phodr. Coptic. 3. delatus est ex Judæa sacerdos quidam, *Kse ho* no-
mine & quidem stellarum ope ductus, ibidemq[ue]
Polyd. Virgil. l. 8. de invent. rer. c. 2. quinque nova templa erecta sunt. *Stephanus*
primus ad Lateranum humeris subeuntium por-
tari voluit; & ut tabulæ diplomatum Pontificis
plumbo obsignarentur, ut diuturniores essent,
decrevit. Vide de eo plura in Longobardicis.
Eo sedente, Constantinus Imperator in *Concilio*
Theophanes CCCXXXVIII. Episcoporum, quod *VII. Oecu-
menicum* vocat, ut omnes imagines *idola* voca-
rentur, nec quis eas haberet, decrevit: per cru-
cem tamen Christi omnibus jurare permisit.
Surius in Vita. Bonifacius Doconii à paganis rusticis una cum
sociis trucidatus est; cranium una cum calice
ibidem reservatum; corpus Trajectum primum,
inde Fuldam relatum. Ejus scitè dictum illud
circumfertur: *aureos olim sacerdotes, calices
ad sacrificia habuisse ligneos: recentiores contra
sacerdotes ligneos quodammodo ipsos, aureos
calices contrectare consuevisse.* Anan Judæus
Tzemach David. quod sectam Sadducæorum, quæ à tempore
excidii sublata erat, iterum in lucem produxisset,
senex Apostata ex judicum sententiâ factus est.
Anastas. in Paulo. *Paulus* monasterium Romæ, in quo monachi
Græca lingua Psalmos canerent, instituit, &
ut id singulari privilegio muniret, Synodum
Tuden. indixit. Sub eo Frojola disciplinam Ecclesiasti-
cam

cam in Hispania restituit, & sacerdotibus
760 conjugia prohibuit. Error in Paschate adnotatur. Constantinus Imperator Andream Calybitem Monachum, quod imagines de- *Baron. T. 9.*
761 fenderet, virgis laceratum, colligatis pedibus per plateas resupinum trahi jussit; ca-
762 daver in mare projectum est. Idem Mona- *Miscellan.*
765 chatum prohibuit. A subditis suis jusjurandum novum, ne quis imagines adoraret & sanctos coleret, exegit: & edictum de Monachis, ut *Zonar T. 3.*
766 monasteriis pellerentur, & uxores ducerent, proposuit. Tandem detruso de Patriarchatu, quod quædam sua secreta publicasset, Constantino, Nicetam Eunuchum, de Sclavis ortum, Patriarcham elegit. Tum etiam
762 Vincentii Martyris ossa è Valentia, à Sarace- *Tuden.* nis occupata, à piis quibusdam in Lusitaniæ promontorium, quod postea Vincentii nomen accedit, delata sunt. Pipinus in villa *Sigebert. in*
767 Gentiliaco Episcopos suos convocavit, qui *Chronic.* cum legatis Græcis de imaginibus, sancta Trinitate, & processione Spiritus Sancti, col- *Regino l. 2.* locuti sunt. *Constantinus* à Totone, Duce
767 Nepelino, per vim, (nam cum exercitu & caterva rusticorum Romam venit) laicus adhuc, obtrusus est; & cum cedere nollet, Dux Spoletinus noctu urbem ingressus, Totonem trucidavit, eo ipso anno, quo Con-
768 stantinus Imperator, convocatis ex totâ Asiâ Monachis, ut vel induti vestimentis plebejis *Cedrenus.* uxores ducerent, vel erutis oculis in Cyprum deportarentur, præcepit, & monasteria militibus inhabitanda concessit. *Philippus* quinto

 die


die à populo ex Laterano ejectus, & in monasterium detrusus est. Sub *Stephano III*, decreto *Concilii Romani*, Constantinus Papa, qui excæcatus in monasterium detrusus fuerat, damnatus & exustus est; acta ipsius rescissa, & ab eo ordinati ad inferiores gradus reducti sunt. Cautum insuper, ne quis, nisi per distinctos gradus Diaconus, Presbyter, Cardinalis, factus esset, Pontifex eligeretur. Tum etiam Constantini contra Monachos decretum repetitum est. Aliqui elegerunt exilium; quidam Conjugium prætulerunt, & monasteria vendita sunt. In *Concilio Vormatiensi*, ne liceret clericis in bellum exire, impetratum à Carolo. De *Hadriano* in sequentibus agemus; hoc interim addi potest, Carolum, cum in festo Paschatos alio modo Romæ, quam in Galliâ, cantari audivisset, binos Clericos qui Romanorum cantum discerent, Romæ aluisse; qui etiam eundem primùm in Ecclesia Metensi instituere.

Anastas. in Stephano.

Miscella.

Baron. T. 9.

Sigebert. in Chronic.



CAPUT

CAPUT VII.

DE LEONE PORPHYROGENNETO & IRENE.

Anni sunt 15. ad A.C. 791.

LEO IV quòd puerulus purpuram induisset, consors factus imperii, *Porphyrogennets* cognomentum accepit; ac post Constantini obitum solus gubernacula tenuit. *Initio* statim regiminis, Proceres filium ejus Constantinū, Irene matre genitum, ad participationem dominatus *Zonar. Tomo 3. Regin. l. 1. Miscell. l. 5.*
776 provehi postulavere. Ille, perfidiæ mortalium haud ignarus, suffragaturum se pollicitus est, si Senatores & populus jurati, se nulli præterquam Constantino & semini ejus parituros, promitterent. Nullius religionis vinculo compesci perfidiosos posse, brevi post apparuit. Nicephoro enim, Leonis fratri, quidam capessendæ tyrannidis authores fuere; quos, rebellionis convictos, attonderi, & captivos in Chersonesum mitti jussit. *Altero* ejus anno Telericus, Bulgarorum Rex regno a subditis ejectus, quod
777 se quondam facturum finxerat, revera fecit, atque in fidem Leonis venit, cujus hortatu baptizatus, consobrinam Irenes Augustæ uxorem accepit, Patricique honore insignitus est. Leone mortuo, venerat imperii summa ad *Constantinum VII*, ejus F. sed, cum is per ætatem regere non posset, *Irene* mater, eademque Bulgarorum Regis filia, vices ejus per decennium gessit, & calliditatis impotentiæque muliebris specimen populis præ-

præbuit. *Primo anno*, poſtquam, ut plebeculæ rudis laudes promoveret, imagines reſtituiſſet, & Monachos, cum monialibus cœnobiis reddidiſſet; ſeditioſos, Nicephoro Leonis fratri ſtudentes, revocato Principibus in memoriam juramento, Leoni dato, aut in carcerem conjecit, aut exilio mulctavit; Nicephorum, Chriſtophorum, & alios Patruos, ſacerdotio attonſos addixit; & cum Helpidium, Siciliæ præfectum, clanculum Nicephoro favere intellexiſſet, ejus uxorem & liberos carcere incluſit. *Altero* Helpidium, aliquot præliis fractum, Siciliâ ejecit, & cum Nicephoro in Africam ad Saracenos fugere coëgit: utque filio potentiam nuptiis adſtrueret, Rotildam, Caroli M. filiam, ei deſponſari curavit, & Eliſæum Eunuchum, à quo virgo regia Græcas literas moresque doceretur, miſit. Cum Saracenis, relictâ eis Africâ, pacem pepigit. Haroni verò Principi impar, tributarium reddidit imperium, primamq; ei impoſuit labem. *Tertio* Sclavos, Theſſaliam & Peloponneſum vaſtantes, Græciâ feliciter ejecit. Sequentes anni nihil ſingulare habent; *Rotildis nurus repudium*, *Adelgiſi Longobardorum Regis in Italiam expeditionem*, & *maritimum cum Saracenis prælium*, ſi excipias. *Illud* revocato Eliſæo, commiſſum, ne filio viribus aucto, ipſa à regni gubernatione removeretur. *Iſti*, quod Carolus Beneventanum Ducem & Clientem in ordinem redegiſſet, occaſionem dedit. Reſtitere Principes, & Græci è Calabria feliciter ejecti ſunt. *Hoc*, poſt Conſtantini cum Maria Armenia † nuptias juramentum fidelitatis à populo depoſitum, pulſos in exilium filii

lauto-

789 fautores, commissum, infeliciter cessit. Theophilus enim Dux, cum Prætoria nave captus, & Damascum abductus, cum nec donis nec minis, ut Islamismum amplecteretur, compelli posset,
790 gladio percussus est. *Anno decimo,* cum exercitus ex Armenia evocatus juramentum fidelitatis depositurus, Imperatorem posceret, cæteris adsentientibus, Irene deposita est, Constantinus F. imperium accepit.

CONTEMPORANEA.

Apud SARACENOS gessit *duplex bellum* *ASIATICA*
775 *Muhammed Mahadis. Unum* contra Josephum, *Elmacin. l. 2.*
Chorasanæ Imperatorem, quem per Jezidum ca- *c. 4. 5. 6.*
779 ptum, Bagdadi cruci affixit. *Alterum* contra Romanos, per Haronem F. qui à Leone primò pro-
780 fligatus, cum cladem ulcisci vellet, modico exercitu rejectus, redux, Samalicâ arce expugnatâ, & aliis egregie gestis, tributum tandem Irene expressit, ut superius diximus. Dicitur Præfectos sæpius metu rebellionis mutasse, Poetæ cuidam pro singulis distichis mille stateras dedisse, & à sanguinis effusione abstinuisse, dicitur. Succes-
* 785 sores habuit, *Musam* * *Alhadis* & *Abugjafarem*
† 785 *Haronem* † *Rasjidum. Musa* tum temporis electus, cum in Georgiana cum Tabistranis bellum gereret, unicum duntaxat annum præfuit, & a matre suâ Hirzarana, quæ plurium Califarum mater fuerat, quamque veneno petierat, sublata est. De *Harone* hoc solum occurrit, quod Jahiam, F. Chalidis, consiliarium suum fecerit, eidemque omnia imperii negotia commiserit.

In

AFRICANA In ÆGYPTO nihil planè occurrit.

EVROPÆA In GERMANIA apud BAVAROS *Thassilo*, suasu uxoris suæ, Desiderii Filiæ, soceri exilium vindicaturus, factu cum Hunnis & Avaribus fœdere, bellum Carolo movit, & eundem Adriano Pontifici suspectum reddere voluit. Verum Carolus ex Italia redux, eum Vormatiam citavit; non comparante, tribus cum exercitibus Bojoariam ingressus, eandem cum sceptro, cui homo insculptus erat, tradere, seque conjugem, & liberos clementiæ suæ dedere coëgit, eandemque tredecim obsedibus imperatis, inter quos *Theudo* F. erat, reddidit.

Sigebert. in Chronic.
Aventin. l. 3.

Tuden. In HISPANIA, mortuo apud ASTURES Silo, successere * *Mauregatus* seu *Mauracatus* (*Magaretus* alias) & † *Veremundus*. *Mauregatus*, qui per tyrannidem, Alphonso Casto in Arabam Cantabriæ & Navanam compulso, constitutus est, puellas nobiles L, & totidem plebeias, stupris Arabum pro tributo annuatim constituit. De *Veremundo* nihil occurrit. In regno SOBRARBÆ excepit Garziam *Fortunius* F. qui filiam Galindi, Aragoniæ Comitis, in uxorem duxit, & ratione conjugii *Comitatus Aragonensis* titulum accepit. Quantum ad MAUROS, excepit Cordubæ Abderahmenum *Hisiamus* F. qui intra hoc tempus, Zuleimanem fratrem, regnum Cordubæ ad se pertrahere conantem, vicit, & Toletum ipsius sedem, expugnavit. *Ibnabala* vero, regulus Cæsaraugustanus, ditione sua pulsus, à Carolo, cui Paderbornæ se supplicem stiterat, ea conditione, ut Saraceni religionem Christianam susce-

Tarapha de Regib. Hisp.
Toletan. H. H. c. 19.
Annal. Fuld.
Turpin. in Vita Caroli c. 13.

difcerent, regulus facris femper intereffet, reftitutus eft. In reditu Vafcones, impedimenta ejus ad faltus Pyrenæos aggrefsi, diripuerunt. Eginhardus, regiæ menfæ minifter, Anfelmus, Comes Palatii, & Rolandus, ex forore nepos, ibidem periiffe dicuntur. Parentavit huic his verfibus Carolus:

Tu patriam repetis, trifti nos urbe relinquis,
Te tenet aula nitens, nos lachrymofa dies, &c.

Quæ Turpinus B. Jacobo, Carolo vifo, viâ lacteâ Aigolande, & Caroli, centenis primum equitibus, mox totius exercitus viribus, pugnis, Ferracuti, Larvatorum, Marfirii & Belligandi luctâ; Gamelonis perfidiâ, fcribit, fomniantium anicularum funt deliramenta.

776 In ITALIA tria occurrunt. Rogandus Forojulienfis Dux, qui Longobardorum regnum in abfentia Caroli occuparat, à Carolo in acie trucidatus eft, & Forojulium cum Tarvifio occupatum, præfidium accepit. Carolus *Pipinum F.* in *Regem Italiæ* inaugurari curavit. Rachifius, Dux Beneventanus, quod parum fincere pacem coleret, & de opprimendis in Italia Francis confilia agitaret, à Carolo invafus, ut pacem obtineret, XII obfides, & in his filium fuum tradere coactus eft. Adalgafi in Italiam expeditionem in Leonis vita pofuimus. *Regino l. 2.*

In BRITANNIA præfuit adhuc CANTIO *Alricus*; OCCIDENTALIBUS SAXONIBUS 784 * *Brithricus*: apud ORIENTALES defiit fub *Speed in Chron. Anglic.*

Swi-

Swithredo regnum. Apud NORTHUMBROS fuit † *Alfwoldus*, Alredi Fr. quem * *Osredus*, Alredi F. & † *Ettelredus*, ultimus Rex, excepere. Apud MERCIOS fuit adhuc *Offa*. ORIENTALES ANGLI, Ethelbrighto ab Offa occiso, regno Merciorum adjecti sunt. Intra hoc tempus, primam Dani in Angliam excursionem fecere.

Annal. Fuldens. Regino lib. 2.

In GALLIA gessit multa intra hoc tempus bella Carolus, *Bojoaricum* nempe, *Forojuliense*, *Beneventanum*, *Saracenicum*, *Calabricum*, *Britannicum*, *Austrasianum*, *Aquitanicum*, *Saxonicum* & *Hunnicum*. De *Bojoarico*, *Forojuliensi*, *Beneventano*, *Saracenico*, & *Calabrico* superius diximus. *Britannicum*, quod Odulphus, Carorum Princeps, moverat, tanti momenti non est.

Sigebert. in Chron.

Hunc enim in obsequium Ardulphus Caroli legatus reduxit; quanquam mox rebellaverint, ut, quæ gens suos olim Reges habuerat, suis sine Regulis, stare ac quiescere vix posset. Sed & Hartradus, in *Austrasia* Comes, Adelardus, in *Aquitania*, in ipso tumultus ortu, pari felicitate oppressi sunt.

Aimoin. l. 4. cap. 70. Sigebert. in Chron. Paul. Aemil. Eginhart. in vita Caroli.

Saxonicum Vindoandus, sive Widekindus Dux Saxonum, rerum gestarum fama a suis Magnus appellatus, absente in Hispania Carolo, frustra ad belli societatem ineundam sollicitatis Danorum Proceribus, Rhenum transgressus, movit. In eo, *primo anno* Carolus fraude Saxonum, nocte jam appetente cum Francis commilitonum instar castra ingressorum, pene interceptus est. Franci vastatis hostibus ignominiam deterfere Saxones, tentatis irrito conatu Heresburgo & Segesburgo, ad Lippæ fluminis caput:

Caro-

Carolo sese, obsidibus datis, & rebus suis aliquo-
777 ne, dediderunt. Altera Westphali pugna victi, cum Francorum in iugum obligavere fidem, arripuerunt, tum a Regis Caroli gloria, at Saxo-
778 num Apostolus diceretur. Quarto ex Hispania redux, bonam partem Saxonum, prælio victam, in deditionem accepit. Majori armatura nemini-bus excessit, & pulsis loco suo Vandalis earumdem sedes occupavit, [illegible]que Ostpha-
780 lorum familiam. Quinto Viridomedus in tutum se recepit. Carolus vero [illegible] Heresburgi institui, & in [illegible] Francia [illegible] Bardongaucienses, & Nordlingenses ultra Albim fluvium,
780 baptizati sunt. Sexto, absente in Italia Carolo, Theodoricus & Geilo, Duces bello huic præfecti, invicem dissidentes, bonum publicum privatis odiis impediebant. Alter æmuli odio, ut solus unius belli confecti decus ferret integrum, in Saxones irruens, cum ma-
782 xima copiarum parte occubuit. Septimo traditi à Saxonibus, qui in officio manserunt, ad IVMD seditiosi, iussu Caroli, securi percussi sunt; Witikindus ad Normannos profugit. Westphali in Galliam cum liberis & uxoribus traducti sunt, ut qui in sua fidem servare non potuissent, in aliena quiescerent. *Octavo* & nono ingens eorumdem strages facta, & Westphali Carolo ditionandi concessi sunt.
785 *Decimo* tandem postquam præcipuorum familiarum ad XM in Brabantiam & Flandriam missa essent, Witikindus, Regis Daniæ [illegible]rario, supplex factus, & Christianorum sacris

Eee imbu-

Ado Vienn. imbutus, Ducatu Angriæ donatus est. *Alba-nici* Phasillo, qui Hunnos [illegible], [illegible] fuit. In eo, Hunni bipartito exercitu Germaniam & Italiam aggressi, [illegible] & [illegible] ctio Ducibus, utrobique Caroli fortunam experti sunt, & XM amisere. Carolus [illegible] copiis eosdem aggressus, conceptis publicis votis, totoque triduo religiose lustratis, [illegible] tam victoriæ spem Francorum animis impressit, ut prædam in antecessum partiri decernerent, ac, cæsis plurimis, [illegible] Carolus, palantes insecutus ad Danubii & Arabonis confluentes, ut in sylvarum [illegible] & locorum inaccessa se abderent, effecit. Reliquiæ Henrico, Forijulii Duci, conficiendæ relictæ sunt.

Buchan. l. 6. In SCOTIA Solvathius Donaldum Banum, qui occupatis omnibus occidentalibus insulis, Regem se Aebudarum vocarat, & in continentem egressus ubique prædas egerat, per Callenum Argathelorum, & Duncanum Atholiorum Præfectos, in salsum compulsum trucidavit. Mortuum excepit *Achaius*, Etfini F., qui cum bellum ab Hibernis instare intelligeret, & labore & liberalitate seditiones, domi jamjam erupturas, compescuit.

In POLONIA fuit adhuc *Przemyslaus*, cognomento *Lesko*.

Dubravius Hist. Bohem. l. 4. In BOHEMIA fortè fuit *[illegible]* seu *[illegible]* Mnatæ F. qui Rahovitium, [illegible]

pre-

prætextu tyrannum, Vilegrada ad Teutonenses pulsum Sclavi prædas agentem, captum, baquo sibi galeam frangere coegit. Tum compescendis Saxonibus, qui adversus Albinum [illegible] [illegible], [illegible] exilium, quem ille post donavit, & Moravos, [illegible] flammis Lipnica arce, [illegible], [illegible] arcem in Moravia solo æquavit.

790 Tum etiam *terræmotu* Constantinopoli exorto, præter plurimas ædes, facræ scripturæ interpretationes à Chrysostomo scriptæ interiere. Apud Arabes floruere *Abbas Abulai*, *seu F.* Poëta, cui Mahadis pro singulis carminis cujusdam distichis mille stateras dari jussit: *Josephus Sicarius*, Poëta, qui à Mula decem stateras pro carmine accepit: & *Gomenus Hesterus*, qui pro carmine gratulatorio auri ab Rasido munera obtinuit. Tum etiam *Paulus Diaconus* Historicus, à Desiderio Rege à secretis, quod eidem fugiendi rationem, Caroli manum imitatus, clam manifestasset, jussu Caroli in Insulam Diomedis deportatus est. Inde Hapsus, in Cassinense Cœnobium nomen dedit. In Bavaria *sanguinei* ex terra rivi manarunt, *Cruces* in vestimentis hominum apparuere. In agrum Praenestinum, cœlo sereno, diversi generis ligna de cœlo missa, proditum est.

Cedren. Cedrenus
Elmacin. l. 2. c. 6. p. 108.
Langobard.

SACRA.

79[illegible] ROMÆ sedebat adhuc *Hadrianus*. Sub eo Alcuinus, Caroli præceptor, Biblia sacra

quæ describendum vitio corrupta fuerant, ab eodem emendanda accepit. Monachi Lerinenses immunes à vectigalibus facti [illegible] Leo Imperator quosdam aulæ Principes ob imaginum cultum ignominia afficit: [illegible] Theophanes interfectus est; Irene in periculo fuit. Irene, mortuo Leone, imagines restituit, & monachos cum mancipiis in cœnobia reduxit. Elipandus [illegible] Episcopus in Nestorianismum incidit. Tarasius, laicus nobilis, in Patriarcham Constantinopolitanum electus est. *Synodum Constantinopolitanam*, in qua decretum de [illegible] & cultu imaginum fieri debebat, plebs seditiosa disturbavit; *Concilium VII Generale* [illegible] *Nicææ* celebratum est, cujus decreto restitutæ imagines, pœnitentes in Ecclesiam recepti; sed cultus divinus ipsis attribuere non est.

Tomi Concilior. Zonar. T. Theophan. & Cedren.

Tum etiam *Episcopatus Mindensis, Osnabrugensis & Bremensis* institutus fuit.





CAPUT

Caput VIII.

DE CONSTANTINO VI & IRENE.

Anno [illegible], ad A. C. 800. inclusive.

Res CONSTANTINI & IRENES optime Cedren. secundum suos annos exponi possunt. Undeci- Zonar. mo anno, postquam exules Principes, qui con- [illegible] tra [illegible] fuerant, exilio [illegible], matrem in lib. 23.
790 Eleutheriano palatio, quod extruxerat, libera-
liter habere jussisset: in Bulgariam primùm, mox
in Ciliciam contra Saracenos, pari utrobique
eventu, movit. Nam ibi aliquot horarum
791 in prælio [illegible], cum [illegible] hostem non
inveniret, Constantinopolim rediit. Anno,
792 postquam matrem & optimatum præsidium [illegible]
tis, eandem in societatem imperii recepisset,
& exercitus in ejus verba adegisset; in Bulgaros magnâ spe victoriæ motus, ideò frustratus agnos, [illegible], grandem optimatum jacturam fecit, ipse vix fugâ elapsus est. Milites clade superstites, Augusto se exosis existimantes, Nicephorum, ejusdem Patruum, Augustum appellavere. Constantinus, re comperta, oculis eosdem privavit, Christophoro & Nicetæ etiam linguam abscidit. Suasu id matris factum, quæ exosum subditis filium red-

dere volebat. Tum etiam *Pancratius Astronomus*, qui certam ei victoriam spoponderat, interemtus est. *Tertio* Armeniaci, Exercitus [illegible] crudelitatem in Patruos exercitam [illegible] rebellarunt. Cum verò Constantinus quosdam ex iis captos partim interfecisset, partim publicatis bonis relegasset; reliqui quædam propugnacula Saracenis tradidere. *Duobus insequentibus* Constantinus, inclusâ cœnobio, suasu matris uxore Mariâ, quasi ab ea veneno petitus esset, Theodoten in gynæceo duxit. Lites exin in Ecclesia quoque excitæ sunt; aliis Ecclesiasticam disciplinam in legitimum requirentibus, aliis eam labefactantibus. Monachi frementes in exilium missi sunt. *Sexto* in Bulgaros, quorum Rex Cardamus insolenter tributum flagitabat, profectus, Bulgariam longe lateque vastavit. Inde Prusiam in thermas profectus, cum natum sibi Constantinopoli filium comperisset, non [illegible] matre, in urbem delatus, effecit, ut illa absentiam filii occasionem sibi ratam, cum Proceribus de eo imperio deponendo consilia agitaret. *Septimo* contra Saracenos, qui fines Romanos in Ciliciam usque vastarant, profectus, proditione suorum Constantinopolim, ubi filiolus mortuus erat, rediit. Ibi demum, compertis matris insidiis, in Armeniam effugere studet, comprehensus, oculis, quinto post anno, eademque die, quo patruis suis ille intulerat supplicium, tam crudeliter privatus, ut paucis post diebus moreretur. Tum

clam

etiam Irene Nicephorum & Christophorum, mariti fratres, Athenis relegavit, & cum iis, ibidem occisis, totum Leonis Isaurici genus extinctum est. *Osman* Abdelmelech Saracenus, equitatu Irenes victo, Thraciam ad suburbia usque Constantinopolitana vastavit: & neglectis muneribus, quæ ab Irene mittebantur, onustus præda demum reversus est. Irene legatos de pace ad Carolum misit, qui benignè auditi, è captivitate Sisinnium Tarasii fratrem receperunt, & nova cruentæ & insidiosæ mulieri spes firmandarum opum affulsit. Nam Acamirus, Sclavorum Rex, Constantini Copronymi filios, apud se exulantes, in Imperium reducere conatus est, Irene interceptos eos excæcavit. Fastidii vero quidam de imperio occupando consilia agitavere. De *[illegible]* anno nihil occurrit.

798

Contemporanea.

Apud SARACENOS *tria Rashidi bella* occurrunt. *Unum* contra fratrem E. Abdallæ, imperium Dallawæ invadentem, cui præfectum Fadlum Rayæ, Georginæ & Tabaristanæ præfectum, ut se fidei quæ committeretur, persolutis Reducem compedibus ferreis constrinxit. *Alterum* contra Romanos, de quo superius. *Tertium* contra Hunnorum, Hunnorum Regem, cujus filia, Fadlo desponsata cum in itinere vita excessisset, ille occisam esse ratus, Maurehanarum invasit, & multos in ea mortales trucidavit.

Margin notes: 797 (beside "occurrunt"); AFRICA *Almalicha* in A.I.C. (right margin); 799 (beside "Tertium")

AFRICANA. In ÆGYPTO nihil planè [illegible].

EVROPÆA In GERMANIA apud BAVAROS *Tassilo* sorte illâ, de qua præcedenti capite [illegible], non contentus, in pejorem [illegible]. [illegible] iterum arma in Carolum paravit, [illegible] in conventu Engelheimensi, [illegible] condemnatur, remissâ pœnâ, in monasterium cum uxore detrusus est, ut Bojoaria [illegible] Imperio accederet.

Annal. [illegible] 3.

In HISPANIA apud ASTURES [illegible] *dus*, postquam H[illegible], Regem Cordubæ, Gallæciam vastantem, vicisset; [illegible] id *Alphonso II.* [illegible] *Casto* [illegible] quod à conjuge quam duxerat [illegible] abstineret, tradidit. Hic, cum amplius Saracenis [illegible] quotannis dare, prout Silo [illegible], [illegible] à Saracenis, Duce M[illegible] eorum M in loco Lucus dicto occidit [illegible] pene verò recepta, Carolo Regi [illegible] pulchritudinis per legatum [illegible] eo absente, cum Saracenis [illegible] vicisset, prioribus donis [illegible], captivos, [illegible] insignia adjecit. Apud SORBARBOS fuit adhuc [illegible]. Apud MAUROS cessere ex Hispania in Africam [illegible] & [illegible], Hissami fratres, [illegible] bus suis LXXM aureorum accepit. [illegible] verò, postquam præter ea, de quibus in [illegible], subjugata Narbona & Gerunda, Mezquitam Cordubæ, quam patre inchoaverat, [illegible] esset; Christianis à Narbona usque [illegible]

Tuden.

Roder. Tolet. cap. [illegible]

[illegible]

& vehiculis terram ferentibus & pontem validum
795 exstruxisset, mortuus, successorem *Alhacamum*
F. reliquit, qui VM servorum ad sui custodiam destinasse, pauperes ipsemet judicasse, & eleemosynas largiter distribuisse dicitur. Initio statim regni defecit ab eo, cum Valentia barbaris, *Abdala*, cognomento *Valencianus*, cui se patruus, ex Africa rediens, conjunxerat. Com-
797 misso prælio, cecidit unus ex patruis, *Valentia* Abdalla in Valentiam rejectus, & supplex post factus, Mauritaniam obtinuit: filio soror Alhacami elocata est.

In ITALIA nihil ferè occurrit, Ducis Forojuliensis *contra Hunnos*, jussu Caroli, cum Annal. Fuld.
796 Pipino ejus filio *expeditionem*, & *Romanum tumultum*, si excipias: In hac Hunni fugati, thesauros suos Duci reliquere. Carolus ad se missorum magnam partem Pontifici donavit. *Hic* inter Papam Leonem & quosdam erant. Leo populum in Caroli verba, vexillo Romanæ urbis ad ipsum misso, adegerat. Paschalis Primicerius, & Campulus Sacellarius, Hadriani Pontificis sibi consanguinei, malè cum ideo tractarunt. Oculorum suorum damnatione, mitigatione eorum, quibus tamen destinatum erat supplicium, læsis tantum leviter oculis, artem eorum incolumem retinuit, hinc opera Albini Cubicularii ex custodia elapsus, ad Carolum in Germaniam pervenit, ejusque authoritate & armis reductus est. Grimoaldus, Beneventi Dux, cum in Pipinum movisset, ab eodem,

Ludovici Aquitaniæ Regis copiis auxilio [illegible] perdomitus est.

VENETIS adhuc præfuit *Dominico* [illegible].

In BRITANNIA præfuit CANTIIS *Eibelbertus* usurpator, cui postquam Cenulfus Merciorum Rex, capto oculos eruisset, & manus abscidisset, successit * *Cuthredus*. Apud OCCIDENTALES SAXONAS fuit adhuc *Brithricus*. Apud NORTHUMBROS, interfecto Ethelredo, fuit *interregnum*; quod tamdiu duravit, donec illud *Egbertus* Wellianus [illegible] paret, quod anno DCCCXXVII accidit. Apud MERCIOS excepit Offam † *Egfridus* F. & * *Cenulphus* cognatus. Intra hoc tempus, *Normanni* seu Dani, irruptione in Angliam facta, eam crudeliter vastarunt, sed omnes in ea expeditione periisse dicuntur.

Speed in Histor. Anglica.

Regerius.

In GALLIA multa singularia occurrunt. Austrasianæ juventutis Proceres aliquot, *Hardrado* authore, dum [illegible] in societatem plures adsciscunt, [illegible] [illegible] cogitant facinore [illegible]. Pipinus Filius nothus, sive in spem regni adductus, sive odio Fastradæ Reginæ, [illegible] necandi Patris circumspiciens de [illegible] per Fardulphum Langobardum conjuratione [illegible] agnitus, tonsura sacris addictus, in Prumiensi cœnobio posuit. Avares, Pannoniæ populi, & Bavari [illegible], qui in Austriam à Theodorico Duce pulsi, exercitum reparaverunt, a Carolo, (qui cum ad Anisum fluvium venisset, [illegible] [illegible]

Regin. l. 2

jejunio indicto, exercitum lustravit; ita territi sunt, ut pars ad Hunnos Scythasque confugeret; alii Danubio secundo trepida celeri-
795 tate vecti, insequentes Francos effugerent. Mox iterum bello à Pipino tentati, Christiana [illegible] cia suscepere. [illegible] sunt, Hunnorum ad Tibiscum Rex, id fecit, & se suaque Carolo tradidit. Canalem, extructo ad Moguntiam
793 ponte, Danubium Rheno committere cogitavit; perfecisseque negotium, sub Nerone [illegible] lim Principatu [illegible], ni frequentibus caelo imbribus, aliisque incommodis interruptum opus cessisset. Tum etiam in Saxones, cladibus suis animosiores, trifariam fuit expeditum.
794 Primâ, praemisso trans Rhenum Carolo F. deditionem eos ut facerent, coegit; Eo ipso anno, quo Carolus Pater barbara & antiquissima carmina, quibus res gestae Veterum continebantur, literis describi mandavit, mensibus autem juxta Teutonicam linguam nomina imposuit,
795 & ventos duodecim fecit. Altera, cujus causa, quod Wiltzanum Sclavorum Ducem, ad Carolum proficiscentem, in Albis trajectu, trucidassent, ad gentis proviciam, supplices veniam
798 deprecati sunt. Tertia, quam tremendam in Caroli trans Albim praesides, & Godeschalcum ejusdem ad Danos legatum, crudelitate conciverit, misso cum exercitu iterum Carolo filio, quidquid terrarum Visurgim inter Albimque jacet, ferro ignique vastatum est, eo ferè anno, quo Pannoniae pars à Barbaris colta, mutatione incolarum aliud nomen sortita est,
ut

Annal. Fuldens. ut *Avaria*, quasi Orientalis Pannonia, diceretur. Sequenti anno Baleares insulæ, acceptis à Carolo auxiliis, egregiè se adversus Maurorum insultus defendere. Tandem, compositis Romæ inter Pontificem & æmulos [illegible] Carolus, ipso nativitatis Dominicæ die, *Imperator Romanorum* a Pontifice renunciatus est, populo his verbis acclamante: *Carolo Augusto à DEO coronato, magno & pacifico Romanorum Imperatori vita & victoria.* Quamvis vero Carolus hanc inaugurationem adversatus fuerit; certum tamen est Occidentis imperium tunc fuisse ab Orientali avulsum.

Egin. vit. Caroli.

VARIA. De POLONIA & BOHEMIA in sequentibus, DEO volente, agemus.

Annal. Tum etiam *Tiberis* Romam mense Decembri triduo *inundavit*. Aqua alicubi superavit muros, & in via lata [illegible] *Cedrenus.* ascendit *Terræ motu* Siciliam & [illegible] concussit *Tenebræ* [illegible] sole [illegible], mox XVII diebus tantæ erant, ut [illegible] mari, medio die [illegible]. [illegible] gelu concreta die sexta & octava Julii accidit, quæ tamen fructibus non nocuit.

SACRA.

[illegible] ROMÆ adhuc sedente, [illegible] *Synodo* [illegible] damnati sunt Græci, qui Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedere negabant. In *Synodo* [illegible] [illegible]

tius,

ano, qui Christum ratione humanæ naturæ adoptivum DEI filium esse affirmabat; Romam missus, revocato errore, Ecclesiasticis func-
792 ctionibus restitutus est. Carolus, ab Alcuino, Johanne, Mulrosio & Claudio Clemente, Scotis, qui artes liberales se alios docere posse profitebantur, incitatus fundamenta *Academiæ Parisiensis* jecit. Idem templum Aquisgrani Divo Petro ædificavit, eidemque hos versiculos inscripsit.

Si Christus DEUS est, & Petrus claviger ejus,
Jam nisi per Petrum nemo videbit eum.

793 Idem, ne Clerici, etiam omnium ritu, vulgari habitu ceremonias sacras administrarent, edixit. In *Synodo Francofurtana*, in qua CCC
794 Episcopi, præter Abbates & alios, jussu Caroli convenerant, error Elipandi Episcopi Toletani de Christi filiatione adoptivâ, damnatus est, ut Nicena II Synodus aboleretur statuum & imaginum adoratio, quam Adrianus Pontifex approbarat, rejecta. Adrianum excepit
795 *Leo III.* de quo in Italicis diximus. Sub eo, Plato Abbas, quod Tharasium Patriarcham,
796 qui Mariam Augustam à Constantino repudiatam in cœnobium truserat, & Imperatori in alia ducenda consenserat, excommunicasset, ab Imperatore in carcerem conjectus est.
800 Carolus legatos Hierosolymam ad Patriarcham cum

Annal. Fuld. Eginhart in vit. Caroli Magni c. 4.

Annal. Fuld.

cum donariis, ſacro ſepulchro offerendis, miſit, qui ab Harone Chalipha humaniſſime habiti ſunt. Claves ſacri ſepulchri, ab Epiſcopo Hieroſolymitano cum vexillo miſſas, Carolus perbenigne excepit.

F I N I S.





